HISTORIÆ BYZANTINÆ SCRIPTORES

POST THEOPHANEM.

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIÆ BYZANTINÆ SCRIPTORES POST THEOPHANEM,

PARTIM NUNC PRIMUM EDITI,

PARTIM RECENSITI, ET NOVA VERSIONE ADORNATI:
quorum Catalogum proxima pagina indicabit.

Cura, & Studio τῦ Μακαρίτε R.P. FRANCISCI COMBEFISII
Ordinis FF. Prædicatorum Congreg. S. Ludovici.



VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA.

M. DCC. XXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

ELENCHUS
AUCTORUM,
QUI IN HOCCE VOLUME
CONTINENTUR,

ET

A MICHAELE CUROPALATA IMPERATORE,
IN QUEM DESINIT THEOPHANIS CHRONICON,
USQUE AD NICEPHORUM PHOCAM
SCRIPSERE:

CHronici jussu Constantini Porphyrogenneti conscripti, a Leone Armenio usque ad Michaelem Theophili F. lib. IV. Ex MS. Cod. pag. 1

Idem Constantinus Porphyrogennetus de Basilii Imp. avi vita & rebus gestis. Cum nova versione. pag. 98

Anonymus Continuator Theophanis, a Leone Sapiente usque ad Romanum, Constantini Porphyrogenneti F. Ex MS. Cod. pag. 162

Orthodoxorum Invectiva adversus Iconomachos. Ex MS. Cod. pag. 228

Joannis Jerosolymitani Narratio de Iconomachis. Ex MS. Cod. pag. 235

Joannes Cameniata, & Demetrius Cydonius, de Excidio Thessalonicæ. Cum nova versione. pag. 240

Symeonis Magistri ac Logothetæ Annales, a Leone Armenio usque ad Nicephorum Phocam. Ex MS. Cod. pag. 302

Georgii Monachi Vitæ recentiorum Imperatorum, a Leone Armenio usque ad Constantinum Porphyrogennetum. Ex MS. Cod. pag. 374

HIC porro monendus Lector, R. P. COMBEFISIUM hosce Auctores notis illustrare in animo habuisse, quod colligere licet ex numeris voluminis istius marginibus subinde affixis; sed has, præter inchoata forte dumtaxat quædam fragmenta, post illius obitum haud fuisse inventas.

Digitized by Google

Digitized by Google

LUDOVICO MAGNO,

REGUM

AUT ARBITRO AUT VICTORI,

HISTORIÆ BYZANTINÆ,

CUI ILLUSTRANDÆ INCUMBIT

TOT ABHINC ANNIS

TYPOGRAPHIA REGIA

NOVUM HOC VOLUMEN

OFFEREBAT

INEUNTE ANNO M. DC. LXXXV.

SEBASTIANUS MABRE-CRAMOISY

REGIÆ TYPOGRAPHIÆ DIRECTOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑ

ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΣΑ

ΕΚ ΠΡΟΣΤΑΓΜΑΤΟΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ Φιλοχείσου καὶ Πορφυρογεννήτου Δεσπότου, ὑοῦ Λέοντος τοῦ σοφωτάτου Δεσπότου καὶ Αὐτοκράτορος . . . . . ἀρχομένου ὅπου ἔληξε Θεοφάνης . . . . . τῷ Βασιλεῖ Μιχαὴλ υἱῷ Θεοφίλου τοῦ Κουροπαλάτου, ἤγουν ἀπὸ τῆς Βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου . . . . . .

ΤΩΝ ΔΕ ΚΑΘ' ΕΚΑΣΤΑ ΥΠΟΘΕΣΕΙΣΟ ΑΥΤΟΣ Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος φιλοπόνως συνέλεξε, καὶ διεσώπτως ἐξέθετο, ... ἵνα τῆς μετέπειτα ὕλλα γιν . . .

Edit. Paris. pag. 1.

Ex Emin. Cardinal. Francisci Barberini Vaticano Apographo.

CHRONOGRAPHIA CHRISTI AMANTIS,

AC PORPHYROGENNETI DOMINI CONSTANTINI, sapientissimi Domini Leonis Imperatoris Filii jussu conscripta, ... inde ducens exordium ubi Theophanes desiit..... Michaele scilicet Theophili filio Curopalata Imperatore, hoc est, a Leonis Armeni Imperio.....

ARGUMENTA SINGULA IMPERATOR IPSE CONSTANTINUS studiose collegit, & ne Posteros superiorum temporum Gesta lateant, dilucide, & ut capi facile possint, edidit,

PROLOGUS AUCTORIS.

ΚΑΙ τοῦτο πάντως τῷ σῶν, ὦ φιλοσοφώτατε Βασιλεῦ, καλῶν, μετά γε πολλῶν ἄλλων τε καὶ μεγάλων, τὸ τὰ τῇ χρόνῳ παραρρυέντα, καὶ χιχωρηκότα πρὸς τὸ μὴ ὂν, πρὸς παλιγζωΐαν αὖθις καὶ παλιγγενεσίαν ἀναγαγεῖν, καὶ τὰ τῆς ἱστορίας ἐπιμεληθῆναι καλῶς. ἀλλὰ μὴ τοῖς πρὸ σοῦ τῷ Βασιλικῷ ἐπειλημμένοις, ἀμεληθῆναι, ἀρχῷ. Οἱ μὲν γὰρ ζῆλον ἐζηλωκότες τοῖς ἀγαθοῖς ἀζήλωτον, ὑπεξηρήθωσαν τοῦ λόγου. τινὲς διενοχλήσαι ἐπιδόκασι τῶν πολλῶν κατ' ἰδίαν, ὅτι μὴ λόγου σπουδαῖοι, ἀλλ' ἀγροικίας γεγόνασι κατατρύφημα. Τί γὰρ τοιοῦτον ἐξασκεῖν Αὐτοκράτορα δεῖ, ὃ μὴ . . . . ἐπιφέρει τῷ ὄντως μὴ λόγου γινόμενον· δεῖν ἐπιμελεῖσθαι ἀνδρῶν, καὶ τῆς λογικῆς ὅτι μάλιστα ἐπιστήμης, ἐξ ὧν τὸ κράτος Βασιλείας· ὡς ἂν μὴ λάθοιεν καταφρονηθέντες φερόμενοι ἀλογωθέντες οἱ ἄνθρω-

Constant. Porphyrog. Continuat.

AHOc quoque omnino, Sapientissime Princeps, ad alia tua multaque ipsa & magnifica ornamenta virtutesque accedit, quod ea quæ tempore pereffluxerunt, jamque esse desierunt, ad vitam denuo ortumque oppido novum studeas revocare; Historiæque bonum cura prosequaris: nec velut ii, qui ante Imperii clavum moderati sunt, abs Te negligi patiaris. Atque horum quidem, qui ea æmulati sunt, quæ nemo bonus umquam æmuletur, nulla nobis mentione habita; fuerunt quidam, qui ut supra vulgus præstarent, nihil operæ posuerunt, quod neque litteris educati sint, sed rusticitatis ludibrium propudiumque extiterint. Quid enim ejusmodi Imperatorem excolere deceat, quod homini ratione prædito nihil commodi afferat: cum magis deceat virorum curam habere, præcipueque scientiæ rationalis, quibus Imperii robur præstatur: ne homines in præ- *pag.* 2.

Digitized by Google

ceps ruentes, paulatim obbrutescant: ac ne Id, quo universis præcellimus, silentio traditum periclitetur.

Quantam verotu, mitissime Princeps, operam posueris, tum in rationali scientia, tum in hominum cura, ut alia prætermittam, commemorabunt quidem homines sapientes, quando & tu ipse, vel potius tu ipse palam, quod & illi sapientes. Scribis autem ipse, manum dumtaxat nostram tibi ministrantem assumens, quæcumque superioris ætatis hominibus gesta nolcuntur; tametsi illa abunde vitiosa sint, nec virtutis laude admodum splendeant: quod hinc quoque viri studiosi commodum referant. Sane igitur omni alia occupatione otioque, eruditionis litterarumque curæ posthabitis, quod nimirum, ea res doctrinæ historiæque amantibus subditorum animis æmulationem virtutemque inferat; ex iis, quæ aut ab aliis scripta, aut auditione accepta sunt, unum corpus contexens, communem quasi scholam universis proponere, sagaci consilio decrevisti. Hujus Historiæ illud optimum catus initium, ubi felicis memoriæ Theophanes scribendi finem fecisset: (ita nimirum ut omnium Imperatorum ad hanc usque ætatem Tuumque Imperium, res gestas sermone complectatur. Quamquam inclyti Avi tui inter Augustos fama celeberrimi Basilii Imperatoris gesta abs Te conscripta, omnique perspicuitate ac sermonis ornatu vere sincereque ab eruditissima prudentia Tua, omni denique fide narrata, supersluum nobis sit ullo modo retractare:) quem, sanguis necessitudine (illius ipse Nepos) propius contingens, cum Tuis ornamentis abunde honestas, tum rursus quamdam ad eo claritatem recipis.

Edit. Paris. pag. 3. Salutatus Theophani Leo Armenus, non enarratus.

Is porro in Michaelis Curopalatæ Imperio, acceptaque a Bulgaris clade per suorum proditionem, Leonis duntaxat proclamati Augusti levius facta mentione, scribendi finem fecit; ejusque nec natales aut patriam nec educationem Lectoribus aperuit. Nos autem velut membra reliqua capiti jungentes, tum ipsum Historiæ corpus integrum, non quasi dimidia parte mutilum, repræsentamus; tum ad ea quæ deinceps secutisque temporibus gesta sunt traducimus; rem scilicet præstantes, iis qui in otio & desidia vivere noluerint, utilem, nihilque eis damni afferentem. Quippe bonum est & ad securitatem cum primis utile, ut bonorum pariter atque malorum vitam cognoscamus.

*sent-

Α σοι, τῷ κινδυνεύσῃ τοῦτο, ᾧ τῷ πάντων ἀφέρομεν, ἀφωνία παραδοθήν.

Ἀλλ' ὅσον μέν σοι πεπόνηται, φιλόπατορ Βασιλεῦ, περὶ τὸν λογισμὸν, καὶ τὸν τῶν ἀνδρῶν ἐπιμέλειαν, ἵνα τ' ἄλλα . . . . . , θεωρήσουσι μὲν οἱ σοφοὶ, ὅτι δὴ καὶ σύ· μᾶλλον δὲ δὴ σὺ σαφῶς, ὅτι γε κἀκεῖνος σοφός. ἰσορρεῖς δ' αὖπος, χεῖρα μόνως λαβὼν ἡμῶν ὑπουργοῦντα σοι, ὅσα τοῖς πρὸ σοῦ βεβίωται, καὶ ἀποχρώντως ἔχοντι τὸ φαῦλον, καὶ τὸ λαμπρόν· ἐπεὶ καὶ πόθεν ἔνεστι θηράσειν τοῖς ἀπαιδεύτοις τὰ χρήσιμα. Ἀμέλει τοιγαροῦν πάσης ἀσχολίας καὶ ἀργίας τὸν περὶ λόγων *προτετιμηκὼς ἀπωθοῦ, ἅ τε δὴ τότε μάλιστα τοῖς ὑπηκόοις φιλομαθέσι τε καὶ φιλεργοῦσι ζῆλον καὶ ἀρετὴν ἐγγεννῶντος· τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγεγραμμένων, τὰ δὲ ἐκ τῆς ἀκοῆς παραδιδομένων συνηθροικὼς, ὥσπερ τι κοινὸν διδασκαλεῖον προθεῖναι πᾶσιν ἐβουλήθη καλῶς· ἐκείνου ταύτην ἀρχὴν εἶναι νομίσας τῆς ἱστορίας ἀεί, τὸν τῷ μακαρίτῃ Θεοφάνῃ γενομένου καταληξιν. (πάντων τῶν Βασιλέων ἕως τοῦ νῦν καιροῦ καὶ τῆς Βασιλείας σου τὰ πεπραγμένα διὰ λόγου συλλαβεῖν· εἰ καὶ τὸ ἀοίδιμόν σε πάππον τὸν ἐν Βασιλεῦσιν ὀνομαστὸν Βασιλέως Βασιλείου τὰ παρὰ σοῦ ἰσορρόπως, καὶ μὴ πάσης σαφηνείας καὶ λόγου εὐκοσμίας καὶ τὸ τῷ γενομένων ἀληθὲς καὶ εἰλικρινὲς εἰς τὸ φανερὸν παρὰ τῆς πολυμαθεστάτης εἰδήσεως ἐξαγορεύθηναι, περιττὸν ἂν εἴη ἀδοτοῦν διηγήσασθαι.) ὃν κατὰ συγγένειαν καὶ ἀγχιστείαν, τὸ εἶναι γνώσιος λαχὼν, ἀποσημειώσεις τε ἐκ τῆς σῶν ἱκανῶς, καὶ ἀντιλαμβάνεις αὐθις παρ' αὐτοῦ τινα δόκλειαν.

Ἐκεῖνος μὲν οὖν εἰς τὸν τοῦ Κουροπαλάτου Μιχαὴλ Βασιλείαν, καὶ ἥττας ἃς ἐκ τῆς Βουλγάρων συμβᾶσαν αὐτῷ καταπροδοθέντος ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ, κατέλιγε, τῆς τοῦ Λέοντος μόνον μνησθεὶς ἀναῤῥήσεως. μηδὲν μήθ' ὅθεν ἦν, μηδ' ὅπως ἐτράφη δῆλον τοῖς ἀναγινώσκουσι πεποιηκώς. Ἡμεῖς δὲ, ὥσπερ τῇ κεφαλῇ τὰ ἄλλα μέρη συναπτοντες, αὐτὸν τε τὸν ἱστορίας ὁλόσωμον, ἀλλ' οὐκ ἡμιτελῆ ἀποδείκνυμεν, καὶ πρὸς τὰ ἑξῆς ἐκ κάτω χρόνου, τοῖς μὴ ῥᾳθυμότερον ζῶσι, διαβιβάζομεν, κέρδος, ἀλλ' ὠφελίαν αὐτοῖς πορίζομενοι. εἰγὰ δὴ καλὸν καὶ πρὸς ἀσφάλειαν ὁδὸν, τῷ ἀγαθῶν τε ἐκ μὴ, καὶ βίον διαγινώσκειν.

Clause addita ex conjectura B. P. Goar; eaque non levi, sed ex Scriptoris ipsius verbis petita.

Digitized by Google

Edit. Paris. pag. 4.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΛΕΟΝΤΟΣ.

ΛΟΓΟΣ Α'.

LEONIS ARMENI IMPERIUM.

LIBER PRIMUS.

Α. Πατρὶς μὲν οὖν τῷ δηλωθέντος Λέοντος, Ἀρμενία. Γένος δὲ, τὸ μὲν ἐξ * Ἀσυρίων. τὸ δὲ, καὶ αὐτῶν Ἀρμενίων. οἱ καὶ τοὺς ἰδίους ἐξ ἀσεβοῦς γνώμης σφαγῇ μιαιφόνῳ παραδόντες γεννήτορας, ὑπερορίας καταδικάσθησαν. κἀκεῖσε δὴ τὸν πένητα βίον, ἄτε δὴ καὶ φυγάδες, ἀσπασάμενοι, τὸν ἐρημέτην θῆρα ἀπέτεκον. Ἄρτι γοῦν εἰς ἡβᾶς ὁ Λέων ἐτάττετο, ἐν κώμῃ Πίδρᾳ καταναμαζομένῃ, ὑπὸ τὸ Θέμα πλεῖσταν τῆς Ἀνατολικῶν, τῆς πατρίδος ἀλλάσσεται. Ἐνθα δὴ καὶ ἀνδρὸς ἡλικίαν διεξάμενος, τοῖς μαχιμωτάτοις ἐν φοινικοπάτοις καταριθμούμενος, δόξης ἐμοίρασεν ἐπὶ γενναιότητι. Νικηφόρος τότε τὰς τῆς Βασιλείας ἴθυνεν ἰδίας, ὁ Φώκαιον ἐν Βουλγαρείᾳ γενόμενος, καὶ Μονοσράτηγον τὸν Βαρδάνιον, ᾧ Τοῦρκος ἐπίκλην, τῆς πέντε Θεμάτων τῆς κατὰ τὴν Ἀνατολὴν τὴν ἡγεμονίας καὶ φρουρίας διοικούμενον, ἔς τε τὴν ἐν πολέμοις τόλμαν, καὶ τὰς ἄλλας ἐπαινουσας αὐτῷ ἀρετὰς, ἐξαπέστελλεν. ὃς ἅτε δὴ τῆς ἐχθρῶν ἀγαπῶν κυριεύειν, καὶ τὴν Βασιλείαν ἑκάστοτε ὀνειροπολῶν, τοῦτόν τε περὶ οὗ ὁ λόγος τὸν Λέοντα καταπληκτικὸν βλέποντα, καὶ γενναῖον ἀνάστημα ἔχοντα, καὶ ἄλλως ἀστεῖον ἐν ταῖς ὁμιλίαις δοκοῦντα, τοῖς ἑαυτοῦ δορυφόροις ἐγκαταλέγει καὶ διακόνοις. ἦν πρό γε τούτου, ἢ μετὰ τοῦτο μικρὸν, Μιχαὴλ τὸν Τραυλὸν, καὶ Θωμᾶν τὸν ἀπὸ λίμνης Γαζουροῦ, ταπεινοὺς πάντας καὶ ἀζήλους ὄντας, ἦν ἀρτίως εἰς γνῶσιν ἀγομένους τοῖς τὰ πολεμικὰ ἐγχειρισμένοις ἀρχάς.

Β. Ἐκρέμαντο οὖν οὗτοι τοῦ Βαρδανίου, καὶ ἐν αὐτῷ τὰς κοσμικὰς ἐλπίδας ἐσάλδευον. καὶ ἦν τῆς Βασιλείας ὧν ἐρασὴς, ἀνδρί τινι μοναζόντι καὶ τὸν τοῦ Φιλομηλίου χῶρον ἐνδιαιτωμένῳ, τῷ ταύτης ἀναχωρεῖται γνώμῃ αὐτῷ καὶ ἐπιθυμίαν. καὶ πρὸς Θεὸν δὴ χὰς ἱκετηρίους παρεκάλει τοῦτον ἀναπέμπειν, τὰ αὐτοῦ βουλήματα κατευθυνούσας, καὶ τῷ Βασιλείαν ἐπιβραβεύσας αὐτῷ. Ἀλλ' ἦν τις ἀνὴρ μοναχὸς, ὡς οὐ δίοπτοις τοῦ καταπλήττοντος φαντάσματος, Βαρδάνιε, δι' ὧν ἀπώλειά τε πραγμάτων καὶ ὀμμάτων περικοπὴ, καὶ δυσχέρεια ἄλλως οὐ καλῶς σοι γενήσεται. ἀλλ' εἴ τι ἔχεις πειθοῦσί σοι συμβουλεύοντι, ἀποπήδησον τοῦτον δὴ βραχέως, ἀρχήν τινα μηδ' ὅλως τῆς τοιούτων σου φαντασμάτων βάλλων εἰς νοῦν. Ἐπληρώθη καταφείας καὶ ἀχλύος ὁ ἄνθρωπος, τούτων τῆς λόγων ἀκη-

Constant. Porphyrog. Contin.

I. Ejus itaque, quem dicebam, Leonis patria, Armenia fuit. Genus, partim ex Assyriis, partim ex ipsis Armeniis propagatum fuit. Hi, cum scelestæ mentis proposito, truci nece parentes sustulissent, exilio damnati sunt: in quo velut profugi, pauperem tolerantes vitam, quem nominavimus, feram bestiam susceperunt. Jam itaque Leo pubertatis annos ingressus, in oppidum Pidra nomine, quod Orientalium Thematis est, migravit: ubi cum viriles annos attigisset, bellicosissimis viris truculentissimisque connumeratus, strenui, fortisque pectoris viri laude claruit. Nicephorus, cum per id tempus Imperii habenas moderaretur, in Bulgaria insigni Romanæ rei ludibrio occubuit. Supremum is Ducem Bardanium, cognomento Turcum, destinaverat, quinque tunc Orientalium Thematum agentem Præsidem, ac qua pollebat bellica fortitudine, ac reliquarum virtutum laude, provida cura gubernantem. Porro Bardanius, ut cui hostium potiri in votis esset, ac cum sibi ipse quotidie Imperium somniaret, hunc, de quo loquimur, Leonem, hominem gravi trucique aspectu atque animo generoso, quique præterea colloquio blandus videretur moribusque urbanus, suis tum satellitibus ac ministris adlegit: atque hoc priorem, aut certe brevi post, Michaelem Balbum, necnon Thomam, Gazura palude oriundum: abjectæ omnes sortis homines, nullaque hactenus nominis claritate conspicuos, ac qui tum primum militarium ordinum Ducibus Tribunisque innotuissent.

II. Hi ergo toti e Bardanio pendebant, inque eum omnes spes suas sæcularis claritatis jactabant. Bardanius porro Imperii nanciscendi cupiditate flagrans, viro cuidam in Philomelio Monasticam vitam agenti, illicque commoranti, ejus quandoque adipiscendi animum aperit, ac confert consilium, rogatque ut supplices ad Deum pro eo preces fundat, quo ejus gressus dirigantur, exque voti ratione Imperii compos fiat. Ad quem protinus Monachus: *Noli, Bardani, ejusmodi aliquid temere aggredi ac præsumere, unde futurum ut substantiam amittas, & oculi effodiantur, aliaque tibi infausta eveniant. Sed, si quid probe, inque rem tuam consulenti, obaudis, quam cito ab ea animum transfer molitione, nullam parandi Principatus cogitationem assumens, cujus rei se ita habeant.* Quo audito, mœstitia quædam ac caligo hominem incesA. Leonis illustre genus.

Nicephorus in Bulgaria subditos.

pag. 5.

Leonis initia & virtus.

Philomelii Monachi, Imperii vaticinatio.

sit, tristique & afflicto animo, e tugurio pedem tetert. Tum Monachus, quos dicebam viros (Leonem scilicet & Michaelem & Thomam) equum adducentes, quem conscenderet, videns, Ducem redire jubet. Is vero nova quædam & inaudita se auditurum sperans, dicto citius reversus est. Tum ille iterum Bardanium rogare ac obtestari, ne ipse sponte ad parata mala procurrat, neve absens infortunium, cum præsenti rerum secundarum statum commutare quærat. His autem ipse, futurorum prælicia lingua contestatus est certoque affirmavit, *Fore, ut primus, alterque Imperii, quod sic ille deperiret, compotes fierent; ipse illo nunquam potiretur. Tertio, cum fausta omnia publicamque acclamationem consecutus esset, nihil ex voto ac prospere cessurum, sed fore ut & animam male abrumperet.* His mœste perculsus Bardanius, ac vultus colorem identidem mutans, rursus domum abit, simul maledicta quædam verbaque atrocia in Monachum jactans, illiusque sic in eos fausta vaticinia narrans, multoque risu homini dicta excipiens,

Edit. Paris. pag. 6.

Bardanio affectata tyrannis.

III. Ejus itaque sermonibus valere jussis, ad decimam nonam Julii mensis Indictione undecima, ingenti adversus Nicephorum Imperatorem coacto exercitu, eque subjectis Thematibus, verborum lenocinio quatuor in sententiam pertractis, Armeniis dumtaxat in fide perstantibus (nec enim ut Bardanio morem gererent induci potuerant) rebellionem orditur. Erat vero Nicephorus cum subditis exosus, quod publicorum vectigalium gravi onere opprimeret: hinc novandarum rerum ansa quædam & occasio fuit: sed & alia quædam huic causa accessit. Nam cum Bardanius adversus Agarenos rem feliciter gessisset, prædamque, qua potitus erat, maximam, æquissime inter milites divisisset, nulla personarum ratione, sed pro merito eorum qui pugnaverant largitus præmia, tantam exercitus omnis iniit gratiam, ut & dignum putaverint qui Imperio potiretur. Hincque adeo publice Imperator proclamatus, pluresque alios honores ac præmia, populi in eum studiis consecutus (ut & templum ejus nomine erexerint) Nicomediam versus iter contendit. Verum cum Nicephorus Imperator idoneum, nec ullatenus imparem exercitum, in eum eduxisset, & militum multitudine perculsum de eventu belli desperare coegisset, persuasit illi ut prior veniam peteret. Jam enim Leo, atque etiam Michael cum ad Imperatorem defecissent, ab eoque donati essent, alter Fœderatorum præfectura, Regiaque Zenonis domo & Dagistea: alter Aulæ Comitis dignitate ac Cariani ædibus, fecerant ut suis ille rebus diffideret. Quapropter tum sibi ipse, tum copiis veniam ab Imperatore precatus, ad Malaginas usque iter reflexit, quo loco securitatis fidem accepit: parva quoque Cruce aurea, Nicephoro gestari solita, certo datæ fidei pignore ad eum missa. Tum ad Heraclii Monasterium noctu aufugit, uno Thoma periculi socio; eumque capitis ornatum vellet auferre, non acquievit Monasterii Præses. Tum ille ense, quo præcinctus erat, comam amputans, vilique indutus toga, versus Proten insulam iter arripit, quo loco prædium pulchre excultum olim pos-

Ejus affectatæ causa.

Bardanius Imperator Cukeus habitus.

Sua soluta tyrannis.

Monachum in duum, Sabbas appellatum.

Λεοῦς, καὶ πλοῦς ἐξεῖν τὰ βασιλεῖα, πλήρης ἀθυμίας καὶ βλίψεως. Ὡς δὲ τὰς εἰρημένας ἔνδοθεν, δίεκτα τε καὶ Μιχαὴλ καὶ Θωμᾶν, καὶ τὸν ἵππον ἄγοντας ἀναβῆναι τούτῳ ὁ μοναχὸς ἐκέλευσε, τὸν Στρατηγὸν ἐπανελθεῖν παρεκελεύετο. Καὶ ὡς καινῶν τινῶν καὶ ξένων ἀκουσθησόμενος προσδοκῶν, ἔλεγε τὸν λόγον ὑπέρτερος. Ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν οὐδεὶς ἐξηλέγξαι, μὴ πρὸς τὰ ἐλπιζόμενα αὐτομολῆσαι δεινά, καὶ τῶν ἀπόντων κακοφραγίαν τῆς παρούσης δαιμονίως ἀλλάξασθαι. αὐτὸς δὲ τοῦτο προφητικῇ γλώττῃ διεμαρτύρετο, βεβαιῶν, ὡς ὁ πρῶτος τούτων καὶ δεύτερος τῆς σοὶ προτεθειμένης βασιλείας γενήσοιτο ἐγγρατής, ἀλλ' οὐ σύ. ὁ τρίτος δὲ δι' ὀφθαλμοῦ μόνης καὶ ἀναρρήσεως μεταχώρ, οὐδ' ὅλως διοδωθήσεται, ἀλλὰ καὶ κακῶς τὴν ψυχὴν ἀποβαλεῖ τὴν ἑαυτοῦ. Τούτοις βαλλόμενος τὴν ψυχὴν, ποικίλας ὁρᾶν καὶ πρόσωπον πρὸς χρέας· καὶ αὐθις ἄγειν τὴν οἰκαδε, ὁμοῦ μὲν βλέφαρά τινα κατὰ τὸ ἀνδρός, ἐ ὕβρεις ἀποῤῥίπτων, ὁμοῦ δὲ τύπος πρὸς ἐκεῖνον δι' αὐτοῦ ἐξαγγέλλων προῤῥήσεις, καὶ γέλωτα πολὺν καταχέων τῶν εἰρημένων.

γ'. Χαίρειν ἐμὲ εἶπὼν τοῖς ἐκείνη λόγοις, τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς τῆς ια'. Ἰνδικτιῶνος καὶ τοῦ Βασιλεύοντος Νικηφόρου χεῖρα σωσθροίσας πολλὴν, καὶ τὰ ὑφ' ἑαυτὸν πάντα θέμενος τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ὑπαγαγών, τῷ Ἀρμενιακῶν χωρεῖ, καὶ δὴ ὑπείξων αὐτῷ, τὰς ἐπαναστάσεως ἀρχὴν. Ἐμίσει μὲν ὅμως πάντα τὸν Νικηφόρον τὸν ὑπήκοον, τῷ βάρει πιεζόμενον τῷ δημοσίων τελῶν· ἃ γέγονε πᾶσι καὶ ἀφορμὴ καὶ συμφόρων ἐκείνῳ τῆς ἐπαναστάσεως. γέγονε δέ τι καὶ ἕτερον αἴτιον. Ὡς γὰρ κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ὁ Βαρδάνιος εὐδοκιμήσει, καὶ τῆς γενομένης πολλῆς λαφυραγωγίας, δικαίᾳ φορτίᾳ πιέσαι τὸν χαρμολὼ, κατάλληλα τοῖς ἀγωνιζομένοις ἐν πολέμῳ. ἀλλ' οὐ κατὰ πρόσωπον τὰ ἆθλα προθεὶς, ἔδοξε καὶ Βασιλείας τούτου ἄξιος μεταλαχεῖν. Οὗτος ἀναῤῥηθεὶς δημοσίᾳ φωνῇ Βασιλεὺς, καὶ πολλῶν ἄλλων ἀπολαύσεσι τιμῆς καὶ γέρως ἐκ τοῦ δήμου καταξιωθείς, ἐς καὶ ναὸν ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ ἀνεγεῖραί τε καὶ κατασκάψας, τὸν ἐπὶ Νικομηδείας φέρουσαν γῆν ἐδόη. Ἀλλ' ἀποχωρήσας καὶ ἐφαμίλλου ὁ Βασιλέως Νικηφόρου δυνάμιν ἐκτρατεύσας, καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος δύσελπιν ποιήσας αὐτὸν, τῷ πλήθει τῶν ἀντιπαρατεταγμένων, ἔπεισε αὐτῷ συγγνώμην σθάσαντα ἐξαιτήσασθαι. ἄρτι μὲν γὰρ Λέων, ἄρτι δὴ καὶ Μιχαὴλ ἀποῤῥήξαντες πρὸς Βασιλέα, ἆθλον ὁ μὲν τὴν Φοιδράτων, καὶ βασιλικὸν οἶκον τὸν Ζήνωνος καὶ τὴν Δαγισθέα· ὁ δὲ τὴν τοῦ κόμητος Κόμητος ἀρχὴν ἔτι τε τὸν Καριανοῦ οἶκον ἀπενεγκάμενοι, καὶ ἀγαθὰ φρονεῖν αὐτὸν περὶ ἑαυτῶν πεποιήκασιν. ὅθεν αὐτῷ τε καὶ τῷ λαῷ συγγνώμην αἰτήσας ὁ Βασιλεὺς, μέχρι τῶν Μαλαγίνων ὑπέστρεψε. κἀκεῖθεν τὰς ἀπαθείας λόγους δεξάμενος· καὶ τὸ χρυσοῦν σταυρίδιον, τὸ παρὰ τοῦ Νικηφόρου φερόμενον, αὐτῷ ἀπεσταλτο φως ἀσφαλείας τε καὶ πίστεως. φως τῶν Ἡρακλείου μονῶν νύκτωρ, τὸν Θωμᾶν μόνον συγκινδυνεύοντα ἔχων, ἀπέφυγε, τὸν τῆς κεφαλῆς κόσμον ἀφαιρήσας αὐτὸς ἑαυτῷ. Καὶ ὁ μὲν τῆς μονῆς προεστὼς τοῦτο δρᾶσαι τοῦτον οὐ συνεχώρει· αὐτὸς δὲ τῇ μὲν περιεζώσατο στολῇ, ἡ πλοκαμον αὐτοῦ ἀφιλῶν, καὶ πενιχρὰν ἐσθῆ-

3· τα ἀμφιασάμενος, ᾖ εἶχτο τῆς πρὸς τὸν Πρόϊλον
ἔπεσε στρατείας, ἔνθα δὴ πάντῃ κτῆμα καλῶς πεπονημένον ἑαυτῷ. καὶ ὁ Βασιλεὺς ἐκεῖ μένειν παρεσκεύαζεν ἐπιτροπεύων. ἐκεῖσε γοῦν παραπεμφθεὶς, καὶ τὰς συνήθεις εὐχὰς, καὶ τὸ τῶν μοναχῶν θεῖον χῆμα δεξάμενος, μεταπορεύθη Σάββας, ἀγῶνας ἀσκητικοὺς πολλοὺς ἐκδεικνύμενος. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καίτινες ἐκ τῶν ἐκ τῆς Δυκαονίας αὐτῷ ἐπιτήδειοι, καὶ πεπονωμένοι τὰ ὀφθαλμῶν, γνώσει τε εἰδήσει τῶν Βασιλέων τῶν, τῷ τῶν Θεῷ προσφύγωσι θείῳ καὶ μεγάλῳ νεῷ. καὶ πάλιν εἶχεν ἡ προῤῥήσις τοῦ τὸ Φιλομήλιον ἐκδιαιτωμένου μοναζόντος. Αλλ' ἐκεῖνος μὲν ὡς διηργάσαις αὐτοῖς ἐπιτήδειος, τῆς σκληροτέρας εἶχετο ἀγωγῆς, οἴνου, καὶ ἰχθύων καὶ ἐλαίου ὁλοχερῶς ἀπεχόμενος, γυμνὸν τε ἀεὶ φέρων τὴν κεφαλὴν, καὶ τοὺς ἀνυπόδητους, καὶ εἴ τις σφοδρότερος ἐγεγόνει χειμών. ἔτι δὲ μονοχίτων διετέλει, τῷ θέρει μὲν δερμάτινον χιτῶνα ἀμφιεννύμενος, καὶ χειμῶνι δὲ τρίχινον περιβαλλόμενος. ἔζη δὲ ἐκ σιτίνης, κριθῆς δὲ ἄλευρα ἐγκρυφίας ποιῶν· καὶ ὅπου παρέτυχε τῷ ἑαυτοῦ βίῳ, ἁρμόσας ἑαυτῷ ὁ Λέων τῆς βασιλείας ἐγένετο ἐγκρατής. ἐποκαρῆναι δὲ καὶ ἑαυτῷ σύμβιον Δομνίκαν ἅμα θυγατρὶ, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ἐν τῇ ἰδίᾳ οἴκῳ ἐποίησεν, μετονομάσας αὐτὴ Αθαναΐαν, ἅπαντα δηλαδὴ τὸν πλοῦτον ἐλεήμας πτωχοῖς· καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Βαρδάνιον οὕτω τε καὶ πολοῦται.

δ'. Ο δὲ Λέων εἶχτο τῆς δόξης, καὶ ἐγαυρία, ἐκ ταπεινοῦ καὶ ἀδόξου περιβλεπτος ὁραθεὶς, κατὰ τὸν τῆς Φοιδεράτων ἀρχὸν. ἀλλ' ὅδε τῆς ἀχαριστίας ἀπεῖχτο, τοιοῦτος περὶ τὸ εὐεργέτην φανεὶς. πλὴν εἶχτο, καὶ μάχαις μάχας ἐπιπωλάπτων, κατὰ τῶν Ισμαηλιτῶν ἐνδραγαθίζετο, ἅτε μεγάλου ἐν τῷ τοιούτῳ μέρει καὶ φύσει καὶ τελεῖ προσφερόμενος δυνάμει. Καί ποτε στρατιωτικῶν χρημάτων δεομένῳ παρὰ τοῦ τὰ σκῆπτρα δίποντος Νικηφόρου ἐγχειρεῖσθαι, ἐπεὶ ὅδε ἤμελε αὐτῷ τῆς βασιλικῶν ἐπολῶν, ὅδ' ἐξεπίρασέ τι, ἀλλ' ἐν πολίχνῃ Εὐχάϊτων τῆ καιροῤῥαιζούσῃ καὶ ἀμελίᾳ κατατείβων, ἀνεβάλλετο τὰ πεπομισμένα τῇ στρατῇ παραχεῖν. καὶ φυλακὰς ὑδεμίας φρόνιμος ἔχων, ὅτε μὲν τῆ λοιπῶν χρημάτων, ὅδε καὶ τῆ ἑαυτοῦ σώματος, ὅδ' αὐτῆ τῆ ἐπὶ χεῖρα, τῆ Αγαρηνῶν ἐκδραμόντων καὶ τὰ Ρωμαίων λαΐζομένων, καὶ λείας αὐτοῖς ὄντος, ἀλλ' ἐκ ἄλλος τις, ἀπεπλήρα ἀπαλαιπώρως· ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν, ὅ. ἐξεία τῆ φυγῆ καὶ σωτηρίας ἐφαρμοστώσατο. τὰ στρατιωτικὰ ἢ φροδὶς, καὶ μετοχὴ χρυσὶ πολυμίοις ἐμβαλὼν χρήματα· ἃ δὴ ἕνεκα δίκας, εἰ καὶ μὴ τὰς ἀξίας, τῷ καπαπιστώσαντι δὺς Νικηφόρῳ, πλαγαῖς τε τοῖς κατὰ νώτου ὑπέχθη καὶ στίρεων, καὶ φυγῇ αἰδίῳ καὶ ζημίαις ἀπείτοις. Αλλὰ τὸν Νικηφόρον καὶ Σκυθῶν ἐκστρατεύσαντος καὶ τραυματίου καὶ καπαβολὴν τὸν πολέμου πεσόντος, μηνὶ Ιουλίῳ εἰκάδι ἕκτῃ τῆς δ'. Ινδικτιῶνος, καὶ τὸν υἱὸν Σταυράκιον καὶ τὸν πολέμου κατείαν τραυθέντος, ὡς δυοῖν μὲν μόνοιν μηνοῖν καὶ ἡμέραις ἐπιζῆσαι ὀκτὼ, συμβασιλεύσαντος δὲ πρότερον τῷ πατρὶ ἔτη ὀκτὼ, μῆνας ἑπτά. καὶ Μιχαὴλ τὸν Κυροπαλάτην μετὰ τὸν τὸν Σταυράκιον, καὶ τὸν δεύτερον τὸν Οκτωβρίου μηνὸς ἀποβιώσαντα· γαμβρὸν μὲν Νικηφόρου τυγχάνοντος, ἐκ γενετῆς δὲ καταγομένου τὸν Ραγγαβὲ, καὶ καὶ τὸν θεῖον τὸν Μαγγάνων σκηνοποιὸν

4

A sidebat: in quo & extorrem agere Imperator mandaverat. Illuc itaque trajiciens, solitisque precibus initiatus, ac Monachorum divinum habitum consecutus, mutato nomine Sabbas appellatur, pro sanctioris ab eo arrepti instituti ratione plura ac magna certamina desudans. Haud longum tempus fluxerat, cum Lycaonum quidam impetu in eum facto, atque eo oculis orbato, scienteac volente, qui tum rerum potiebatur, Nicephoro, in divinum magnumque Dei Templum confugiunt. Inque eum modum Philomelii quoque Monachi vaticinatio exitum habuit. Ceterum ille, velut a quibus beneficio affectus esset, faustis vocis homines prosecutus, austerioris vitæ disciplinam colebat, vino, piscibus, oleo penitus abstinens; nudo semper capite ac pedibus, vel cum acrior hyems desæviret. Ad hæc, una tunica corpus contegebat; æstate quidem pelliceam induens; hyeme vero, cilicinam. Non triticeo panevitam sustentabat, sed sibi ipse hordeaceos subcinericios panes faciebat. Hanc itaque severioris vitæ regulam consectatus, duravit donec Leo Imperio potitus est. Quin & Domnicam conjugem, cum filia liberisque domi detondendos curavit, Athanasiam appellans, cunctasque opes in pauperum eleemosynas erogans. Atque hæc quidem ac ejusmodi Bardanii res.

Edit. Paris. pag. 7.

Exul oculi.

Vitæ summa austeritas.

Dominica Bardanii conjux in sancto instituto Athanasia dicta.

IV. Porro Leo clarus habebatur, ac superbia ferebatur, ex humili atque obscuro conspicuus atque illustris, pro Fœderatorum præfectura, quam gerebat. Sed nec ingratos mores exuerat, talem se exhibens adversus eum qui beneficio afficerat. Cæterum clarebat, aliaque aliis nectens prælia, strenue adversus Ismaelitas ac secundo marte pugnabat, quippe qui & sua ipse indole, & exercitatione in eam rem multa virtute pollebat. Quandoque vero, ab eo qui tum rerum potiebatur (Nicephorus is erat) quam in copias militares erogaret, pecuniarum vi credita, nihili pendens imperialia jussa, ne rem quidem exequebatur; sed in Euchaitarum ignobili oppido, tempus voluptate ac ignavia terens, constituta exercitui stipendia præbere differebat: nec ullam omnino curam ac diligentiam adhibens, tum pecuniæ publicæ, tum suo ipsius tutando corpori, ac nec provincialibus conservandis; cum Agareni excursiones facerent Romanamque ditionem diriperent, solus ipse ac nemo alius, confertam prædam citra omnem laborem eis tradebat: non quidem suis ipse fortunis ac periculo (quippe qui celeri fuga saluti suæ consulebat) sed militaribus pecuniis proditis, & quasi in manus hostium conjectis. Quamobrem etiam eidem Nicephoro, a quo pecunias consignatas acceperat, pœnas dedit, etsi leviores quam delicti ratio exposcebat; nempe dorsum reneſque verberibus affectus, perpetuoque exilio mulctatus. Cæterum cum Nicephorus adversus Scythas movens, accepto in acie vulnere satis concessisset, Julii mensis vigesima sexta, Indictione quarta; Stauratiusque ejus filius ipse quoque lethali in prælio affectus vulnere, non plures duobus mensibus dieſque octo patri superstes exitisset; Michael vero Curopalata post Stauratium secunda Octobris vita functum (erat is gener Nicephori, Rangabæ ortus prosapia, ad Armamentarii ædes morans) Imperii sce-

Leonis in Agarenos belli successus.

Ejusdem clades ac defectio. Vide Not. & Theoph.

pag. 8.

Clementiæ, Lex Romanorum Principibus absolvendi reos cum inaugurantur.

ptra adeptus esset, mense Octobri, Indictione quinta, Leontio solvitur; Romanorum Principum, cum primum inaugurantur, solenni clementia; atque a fuga revocatus, ipsius Michaelis Palatinis Lictoribus accensetur: nec longa mora, Patricii dignitate augetur, Duxque Orientalium creatur, quando & Michael veterem virum, quo cum fuerat educatus, amicitiam renovans (quem Aulæ Comitem relicta Bardanii factio ante provexerat) arcanorumque conscium assumens, rerum domesticarum fidissimum testem, eorumque quæ foris agenda essent, efficacissimum ministrum adhibuit. Rursus tamen ingrati animi labem sibi aspersurus erat homo crudeli ingenio agrestique indole educatus, ac qui priora sua, mortalium scelestissimus, sequentibus esset obscuraturus.

V. Unde cum jam Bulgarorum Dux Crumnus, concordiam & pacis fœdera amicitiasque ambire se simularet, ac animum pacis cupidum præferret, dummodo annua, quæ pendi solita erant, pro eo ac majoribus visum erat, Romani tributa præstarent; ea demum adjecta conditione, ut & Bulgarorum vicissimque Romanorum impositorum transfugæ, suæ quique genti redderentur: Transfugarum caput illud absurdum Senatui visum est, quamquam Michael Imperator totus in Principis Bulgarorum sententiam ibat, quod iucundæ pacis occasionem illam sibi nolebat aufugere. Obtinuit tamen Senatus sententia, quam Theoctistus Magister sequeretur, ac cui vim ac pondus auctoritate sua adjiceret. Iterum ergo relictis colloquiis, ad belli aleam revocatum negotium: idque magis decere merito judicatum est. *Quomodo enim non omnem humanitatis sensum exuisse arbitrandus est, qui hominem casu aliquo, aut vicissitudine in errorem prolapsum; patriaque (quæ nihil dulcius esse ajunt) contempta; ad hæc uxore & liberis, ceu ad aras inviolabiles, ad Romanæ ditionis loca confugientem, Scythicæ gentis immanitati, cujus a feris nihil indoles differat, dedendos putaverit? Cum enim terribiles, truculentique ac feri sint, multos suorum id non ferentes, ad lenitatem & mansuetudinem nostram sæpenumero transire animadverterint.* Ne igitur universa ipsorum gens in nostram paulatim sese effundat, veriti eorum Principes, sæpius, & ad nostram usque ætatem multos de hac re sermones moverunt. In vanum tamen (quod communi fertur adagio) ercinerunt; viros nacti firmi propositi, & qui a sententia non facile dimoverentur.

Transfugarum causa, Bulgarici belli occasio.

Edit. Paris. pag. 9.

VI. Brevi itaque cessatum mora; ambæque mox gentes ad arma concurrere. In his Michael Legatum suum reverti jubet, exque Oriente cum copiis quam cito transmittere: enimvero quo se adjutore usurum expectabat bellique socio, implacabilem hostem offendit. Cum enim ex verborum illa jactantia, ac Romanis intentatis minis, quibus se Crumnus hominum stragem facturum, agros vastaturum, arbores excisurum, domos succensurum, omninoque torrentis more, violento in nos impetu, irruptionem se facturum affirmabat, ac omnes sub jugum missurum; animatus Imperator, susceptaque jam expeditione, modum omnem excedentes Barbari minas compressisset, vixque non suis se finibus

Michaelis consilium defugiendi pugnæ aleam.

Ἀνος, ἡ τῆς βασιλείας δεξαμένη ἀρχὴν καὶ τὸν Ὀκτώβριον μῆνα τῆς πέμπτης Ἰνδικτιῶνος, λύεται ὁ Λέων τῆς ὑπηρεσίας, καὶ τὸ ἐπικρατῆσαν ἔθος τῆς χρυσότητος ἔνεκεν τοῖς Ῥωμαίων Βασιλεῦσι, καὶ τῆς φυγῆς καθίσταται, ὁ τοῖς αὐτῷ τότε δὴ τῷ Μιχαὴλ ῥαβδόχοις τοῖς καὶ τὰ ἀνάκτορα συμπάττεται. ἐφεδρεύει, καὶ Πατρικίων τιμᾶται μὲν ἀπὸ πολλῆ τιμῇ, καὶ στρατηγὸς Ἀνατολικῶν ἀναδείκνυται. διὰ τοῦτο καὶ ἡ παλαιὰν φιλίαν τὴ συνὼν αὐτῷ τραφέντος ἀνδρὸς Μιχαὴλ ἀνακτῶν, ἐκ Κόμπα τῆς Κόπτης ἀπὸ τὸ Βαρδανίου μεταπαξις προστετίμηκεν, καὶ τῷ λόγῳ μύσῳ λαμβάνων, τῷ ἔνδον τε εἶχεν πιστότατον, καὶ τῶν ἐκτὸς πραγτικώτατον. ἀλλ' ἐμπλὴν αὖθις ἀχαριστίας ἀλῶναι γραφῇ, ὠμόπτι συμπαρεὶς, καὶ ἀγελαίοτι ἐκτραφεὶς, καὶ τοῖς δεσπόταις τὰ πρῶτα καλύψαι ὁ ἀλιτήριος.

ε'. Ὅθεν ἄρτι Κρόμνα τῶν τῶν Βουλγάρων Ἡγεμόνος συμβάσεις καὶ φιλίας ὑποκειμένης, καὶ σπονδὰς ζητούντος εἰρηνικὰς, εἰ μόνον τὰ κατ' ἔτος δεδόμενα, εἰς τάξιν εἶναι δοθῆσιν φόρα αὐτῷ ὡς τοῖς πρότερον ἔδοξε. καὶ προσιθέντος ὡς καὶ τοὺς αὐτόφυγας Βουλγάρων, πρὸς δὲ καὶ Ῥωμαίων εἰς τ' ἀπίστω ἐκδίδοσθαι τῷ ἑαυτῶν ἔθνει. ὁ ἄτοπον ἐφάνη τὸ τῶν αὐτόφυγων τοῖς τῆς συγκλήτου βουλῆς, εἰ καὶ ὁ Βασιλεὺς Μιχαὴλ ὅλως ἐγίνετο τῆς δόξης τοῦ Ἄρχοντος, τό γε δὴ τῆς εἰρήνης βούλεσθαι μὴ λαθεῖν. ἀλλ' ἐκράτησεν ἡ βουλὴ, Θεοκτίστου Μάγιστρου ἐπικουρωτὰ καὶ συμπαθήμονος ἔχοντα τῇ δόξῃ· καὶ διαλύσασθαι πάλιν εἰς ἔργα πολέμου, τοὺς λόγους καταλιπόντες γυμνούς. καὶ τοῦτ' εἰκότως ἐφάνη καλόν. Πῶς γὰρ ἂν τις φιλάνθρωπος δόξῃ καὶ συμπαθὴς· τὸν γε ἐφ' ἅπαντα σφαλέντα δὴ περιπίπτειν, καὶ τῶν ἑαυτοῦ μὲν ἀρπαζόμενον ἀσυγχαμείλως, ἧς οὐδὲν γλυκίον, ὡς φασι· πρὸς δὲ καὶ γαμετοῦ τε καὶ ἐγγόνων, ὡς εἰς ἄσυλον καταφυγόντα βωμὸν τὴν τῶν Ῥωμαίων πολιτείαν, τοῦτον ἐκδίδοσθαι ὠμότητι Σκυθῶν, θηρίων δίκην ἀνθρωποφόνων ἀδίψ. οἷς γὰρ τὸ φοβερὸν καὶ ἄγριον ὁρῶσιν αὐτῶν τοὺς πολλοὺς μὴ ὑποφέροντας καὶ ἐφ' ᾧτε τοῦτο λυπροῦντας πρὸς τὸ ἥμερον καὶ πρᾶον ἡμῶν συχνῶς. ἅτε δὴ μὴ καὶ μικρὸν λάθωσιν ἑαυτοὺς πρὸς ἡμᾶς ἐκνενώκοντες, δεδιότες εἰ σφῶν ἄρχοιμι, τοὺ πολλοῦ περὶ τούτων λόγου ποιοῦμαι, καὶ μέχρις ἡμῶν κεκινήκασιν. ἀλλὰ κεῖσθω, τὸ δὲ λεγόμενον καὶ ἐν παροιμίαις, ἔψιλλαν. ἀνθρώποις ἐντυχόντες σιδηροῖς.

ς'. Τοιγαροῦν μικρὸν ἐφεστῶτες, κατ' ἀλλήλων ἐπαλίζονται· καὶ Μιχαὴλ τὸν ἑαυτοῦ Ὑποσπάθαριον Λέοντα ἐπανάγειν, καὶ ἀναιρεῖσθαι ἐκ τῆς Ἀνατολῆς ἅπαντα ἀξίαν, μὴ καὶ τῶν δυνάμεων· ὁ βουθῆ μέλλων χρῆσθαι αὐτῷ ἐχθρὸν κατέλαβεν ἄπαντα. ὡς δὲ ἐκ τῶν μεγαλαύχων ῥημάτων καὶ ἀπειλῶν, ὧν καὶ Ῥωμαίων ὁ Κρῦμνος ἀπέπεμπε, φθόρους σωμάτων ἐπαπειλῶν, καὶ γῆς δῄωσιν καὶ δένδρων ἐκτομὰς, καὶ οἰκημάτων πυρπόλησιν, καὶ ὅλως καθ' ἡμῶν οἷά τις χειμάρρους ποταμὸς φερόμενος πάντας ὑφ' ἑαυτὸν ποιῆσαι διενοεῖτο, ἄρτι δὴ ὁ Βασιλεὺς ἐκστρατεύσαντος, καὶ συσκέλλοντος τὰς ὑπηρεσίους ἐκείνας

ἀπειλὰς, καὶ μόνον ἐ τοῖς οἰκείοις ὅροις ἐμμένειν κα-
τασαγκάζοντας· ἀλλ' ἐκ ἐκπλαγῆναι τῷ ἡμετέρῳ λήμ-
ζεσθαι, καὶ πολλάκις ἐκ παρατάξεως προσκαλουμένου
μὲν τὸν Μιχαὴλ, ἐκείνου δὲ μὴ ἀπαυθαδιζομένου,
ἀλλὰ τῷ οἰκείαν ἐπιγινώσκοντος ἀδύναμιαν, καὶ μὴ
7 πρὸς Βασιλέως χεῖρα ἀντάραι καταπολμῶντος. Ἐδόκει μὲν τῷ Μιχαὴλ ἀρκεῖσθαι τὸ θρασὺ ἐκείνου καὶ αὐθαδὲς ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὸν καταπλήσαντα μὴ καὶ μάχῃ ἐπισωμᾶσθαι, ὡς ἀδήλου ὄντος τὸ μέλλοντος. Ἐπεὶ γὰρ ἔλεγεν, ἐκ παρατάξεως ἡμῶν ἐκ εἰς πόλεμον οἷοί τε ἐσμὲν ἐκκαλέσασθαι, ἀλλὰ φυγομαχεῖν καὶ ἐφ' ἑαυτῶν μένειν ἀναγκάζομεν, τί χρὴ δρᾶσαι μᾶλλον βιαζόμενοι. Διὰ τοῦτο δὴ παλινδρομεῖν ῥᾴμα πως καὶ καταμικρὸν πρὸς τὴν οἰκείαν βασιλείαν βουλόμενον, ἀφορμὰς ἑρᾶν τῷ Λέοντι, καὶ ἐ κατὰ Βασιλέα Ῥωμαίων τοῦτο δόξαι τοῖς ἐχθροῖς, ἀλλὰ καλοῦντι ἐκείνῳ τὴν καλλίστην βουλὴν, τῷ μὲν ὀρθὰ μηδ' ὑγιᾶ φρονεῖν· στασιαζομένοις δὲ καὶ δόλια, καὶ ὅλως ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσασθαι τὸν τῶν Ῥωμαίων μιλιτάρην ἡγεμονίαν. Ἀλλ' ἑαυτὸν ἔφη πρὸς αὐτὸς, ὦ Βασιλεῦ, καὶ ὄψει μὴ σύμφορον τὸ πρᾶγος καθαρῶς ἀναδυόμενον καὶ τῷ ἐχθρῶν, καὶ συμφέρον δεικνύμενον, τῇ σῇ καταθαρρούσῃ καὶ φρονηματισθείσῃ τε καὶ ὄγκῳ. Τούτοις ὁ Μιχαὴλ τοῖς λόγοις ἐκτραπείς τε καὶ παραπλαγθείς, συρρῦξαι παρεκελεύσατο τὸν πόλεμον. ὡς δὲ μόνον ἐγένετο συμβολὴ, τῶν δὺς ὁ Λέων, τὴν φυγαδείαν καπάσατο, τὴν βασιλείαν ἀεί πως ἐπιζητῶν. Ἐν τῷ τὸ τῶν ἄδηλον ἰὼ, αὐτῷ τε τῷ Μιχαὴλ, καὶ τοῖς ὑποστασίοις. μήπω γάρ τινος γεγονότος, οἷα φιλεῖ καὶ πόλεμον, μηδ' ὑπὸρ ἀνδραγαθήματος, ἀλλ' ἔτι καταρχὰς ὄσης τῆς μάχης, καὶ μικρὸν ὅτι καὶ συνερράγησαν ἀγωνίᾳ· αὐτοῖς τε τοῖς Βουλγάροις καὶ πᾶσιν ἐφάνη τρόπος εἶναι τὸ θρᾶγμα, ὡς μέλλουσιν αὐτὸς ἥξασθαι, καὶ αὖθις ὡς ὑποστροφῆς καταπολεμεῖν. ὡς δ' ἀμφότερα ἐ καὶ τρόπον, ἀλλ' ἀληθῆ δὴ ἐγνώσθη εἶναι τὴν φυγὴν, τότε προπεσόντες οἱ μὲν ἑαυτῶν φόνον πολὺν ἐνεργάζοντο τῶν φεύγόντων ῥᾳδίως. Ὁ δὲ Μιχαὴλ ἐαυτὸν σώζειν, ἀλλ' ἐκ ἀντιπίπτειν μετ' ὀλίγων ὢν, διπειράζε
8. καὶ ὅπου μὲν ταύτην γενέσθαι τὴν μάχην τινὲς ἐ-
μὲν ἐγγράφως παραδεδώκασιν. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τὰς δυνάμεις μᾶλλον τοῦ Λέοντι διδόασι δηῶσαι, καὶ ἁρπαγῆς ἀγωνίσασθαι, τῷ βασιλικῷ ταγμάτων ἐθελοκακησάντων, καὶ τὴν οἰκείαν παραδεδωκότων παράταξιν, ἀλλ' ἐ τὸ καὶ τὸν Λέοντα μέρος. πλὴν καθυπερτερεῖ μὲν τὸ Βουλγάρων δυσελπίστως, τὸ δὲ τῷ Ῥωμαίων ἅπαν σωλεχόμενα βαρείᾳ καὶ φοβερᾷ, τὸν Βασιλέα ἔσεμνον ἀγωνιῶντα περὶ ψυχῆς. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν πρὸς τὰς Βασιλέως αὐλὰς παρεπέμπετο, τὸν Λέοντα δέον τινὰ φρόβολον καταλιπὼν ἔξωθεν ἐφεδρεύειν, τοῦ μὴ τινα γενέσθαι λαφυραγωγίαν πλείονα παρὰ τῶν ἐχθρῶν. Ὁ δὲ καιρὸν λαβόμενος ἐπεδίωκεν, τὸν στρατιωτῶν ὄχλον ἠρέθιζέ τε καὶ βλάσφημά τινα ῥίπτειν κατὰ τοῦ Βασιλέως ἐπῳάγετο, Καὶ μὴ ἂν ἔλαθον, ἐκεῖνα δὴ τὰ μόθου, ἡγεῖσθαι Λέοντον καλὸν ὄλεγον εἶναι, φίλων φυγὴν ἀπατεῶνα τινὰ, καὶ πρὸς τὰς κόλπους φεύγοντα τὰς γυναικὸς, τὸν ἑαυτὸν ἡμᾶς κατα-

A continere, nec inde prorumpere, agrosque Romanos vastare coegisset; sæpiusque provocante Michaele, instructa in eum acie, pugnæ is aleam, compressa audacia detrectasset; quinimmo vires suas agnosceret, nec adversus Imperatorem manum conferre auderet; sufficere Michaeli videbatur, quod Barbaricam illam ferociam ac temeritatem suis velut terminis, sine pugna (cujus incertus exitus est) conclusisset. Quando enim, ajebat, quibus freti copiis sumus ad pugnam committendam excire non possimus, sed eam detrectare, suisque se finibus continere cogamus, quid eriam necesse ut ad experiendum martem cogamus? Cum itaque sensim pedem referre paulatimque Romanum solum repetere Michael cogitaret; visa res indigna Leoni, nec ex Imperatoris Romani Majestate, terga hostibus vertere. Hoc enim Leo optimum illud Imperatoris consilium dicebat; quod nimirum non recte ac sincere sentiret; sed puri, dolique pleno consilio, unum hoc moliretur, ut in se rerum summam transferret. *Sane*, ajebat, *Imperator, movenda nobis in eos signa sunt; videbisque me palam hodie robur ac vires in hostes exercere, tuoque ad fiduciam auxu precibusque frenum, in primis ordinibus strenue dimicantem, præclare victorem fore.* His Michael verbis, a sua in diversum actus sententia, pugnam conseri jussit. Moxque prima ipsa congressione, Leo terga vertens, fugam capessit; quippe tyrannidem continue meditans, etsi hactenus ejus hoc consilium, tum Michaelem, tum hostes latuerat. Quod enim nihil hactenus istiusmodi contigerat, qualia prælii vis afferre solet, nullumque belli facinus utravis acies gesserat, sed primus ipse conflictus vertebatur, vixque dum cœpisse conflictum partes advertebant; tum ipsis Bulgaris, tum reliquis omnibus res dolus videbatur, qualis hostium esse solet: nempe a sua illas distrahentem acie, conversa demum in eos ex fuga, fronte, velle irruere. Ubi autem ambæ acies nihil belli arte fieri, sed veram Romanorum fugam, quod ita agebatur, esse advertere, hostes, verso impetu, fugientium stragem multam dedere. Ipse Michael salutem expedire, pon cum paucis sibi relictis, hostibus conatur obsistere. Sicque adeo pugnatum, sunt qui litterarum monumentis ad nos transmiserint. Non desunt tamen, qui Leoni potius tribuant, copias conservasse ac strenue pugnasse, cum Aulici ac Palatinæ cohortes ignavia acti ultro fugam iniissent, atque aciem suam prodidissent; non quæ ex Leonis partibus essent. Enimvero Bulgari inopinato, ac cum nihil ejusmodi expectaretur, superiores evadunt: gravi autem tremendaque clade attriti Romani, Imperatorem de salute sua anxium e prælio reducunt. Verum is quidem aulam reperit, ac ceu quoddam propugnaculum, Leonem foris excubantem, ne quam hostes ultra prædam abigant ac liberius agros popalentur, relinquit. At Leo commodum nactus tempus, militares iritat alas, & maledicta quædam in Imperatorem jactare eos cogit. *Haud e re*, ajebat, *ut quod fabula est, Leonum agmen Cervos ducat; qui sæpe modo arrepta fuga, in uxoris sinum concesserit, nobis in castris re-*

Edit. Paris. pag. 10.

Vide Romani a Bulgaris.

De Leone, diversa narratio

lictis, quos hostes vastitate consumant. Vix dum in eum modum socios affatus perorarat, cum res eventu succedit, sparsis in omnem castrorum ambitum gatrulis assentatorum vocibus ac concursu, quos ille ejusdem fere tenoris sermones habuerat. Postremo, actutum secuta acclamatio: ejusdemque dici pars modicissima, eumdem privatum simul & Imperatorem aspexit.

Edit. Paris. pag. 11. Leo Imperator acclamatus.

VII. Vixdum Imperator ab exercitu acclamatus erat, cum illi metus ac pavores obrepunt: sive reipsa scena hæc ac simulatio erant, quo in posterum facinus excusare posset, sive vere quanta ejusmodi molitionibus molesta obsistant, secum animo reputabat: nam & quibus constiturum sit aliena rapere, his ad mala designanda plerumque animi solent mollescere; hocque maximum cogitabat, qua tandem ratione in castris stativis ac procul agens, Aulæ compos evaderet. Omnino tamen futurum erat, ut & Aula potiretur, & in Regia habitaret. Idcirco etiam Spiritus nequam afflatu Michael Balbus lethale se ei vulnus inflicturum comminatur, nisi militum acclamationem suamque nuncupationem placide admittat: *Fore nimirum sibi curæ quæcumque ardua videantur, ac ipsum cum primis in regiam accessum*; quod ita factum est.

Sensus.

Joannis Hexabulii sagax consilium.

VIII. Ubi autem Joannes quidam Hexabulius, cui mœnium cura credita erat, sub ipsum mox Imperatoris in Urbem ingressum, Leonem cognovit Romanæ ditionis ac tuendis agris præsidio relictum (erat is vir acri ingenio, ac qui hominis procul indolem conjectaret) haud fauste cessurum ait quod is cum imperio exercitui præfectus esset. Quamobrem auctor est, ut secum aliquid commentus Imperator, honesto quodam colore virum magistratu moveat. Verum necesse erat, ut quæ hactenus ovina pelle contecta latuerat, ingenium fera proderet, & ut electi Dei probarentur, haud secus ac flamma aurum in conflictorio purgat. Sinit autem id non raro, per recurrentium temporum quamdam periodum, ita evenire: dæmone, puto, ejus sibi copiam flagitante, uti in Jobo noscitur contigisse, ut pii innotescant & discernantur; mali vero abdicentur ac ejiciantur.

Leonis acclamatio in Imperatore.

IX. Vix namque sermonem finierat, cum fama prævolans, acclamatum Imperatorem, Tyrannum annuntiat. Eo rumore nuntioque attonita civitas, ac fere mente mota, vix se continebat, belli civilis formidine, cujus mole haud raro urbes integræ concidant. Verum Imperator obstupuit quidem animo; haud tamen mente turbatus est: sed viri tantum ingratos mores detestatus, leni quasi susurro, *Bonum*, ajens, *obsequi divinæ voluntati*; pavore ac turbatione Urbem liberavit; cunctos hortatus, ut Tyranno venienti occurrant, quo nimirum nullo civium pollutam cruore ac incolumem civitatem custodiret. Porro nonnullis hortantibus, ut forti animo malis obsisteret, pugnaque cum Tyranno decerneret; ac cum ii, *Firmos se ac constantes tuendis clementissimi fideque præstantis Imperatoris partibus*, fore pollicerentur; quin & ipsa illius uxor Procopia rem probaret, nec non Michael quidam Amalecites, cujus tum in Aula Protostratoris munus esset, *Nolle se*, ait, *Imperium fraternis cædibus cruentatum.* Quamobrem etiam cul-

pag. 12. Asbestus spontanea acclamatio.

Α λιπόντα λαὸν παρανάλωμα τῷ ἐχθρῶν. ἔπω πέρας πρὸς τὰς κοινωνὰς τῶν λόγων ὁ λόγος ἐλάμβανε, καὶ εἰς ἔργον ἦν τῶτον ἀπεκβάντα ἰδεῖν, τῇ τῶ κολάκων καταπαρέντα σωμυλίᾳ καὶ συμφορμῇ· καὶ πέλος, ἀπάρρητος ἀυθωρόν, καὶ τὸν αὐτὸν εἶχε τὸ βραχύτατον μέρος τῆς ἡμέρας ἰδιώτην ἅμα καὶ Αὐτοκράτορα.

ζ. Ἄρτι γοῦν ἀνηγορεύετο παρὰ τῶ στρατῶ· καὶ φόβοι τῶτον καὶ δέος ὑφεῖρπον· εἴτε σκηνὴ ἔντως ὑποκρινόμενον, ἵν' ἀπολογίαν σχοίη εἰς ὕστερα, εἴτε ἡ ἀληθείᾳ τὰ τοῖς πλείστοις πράξεσιν ἀσυλλυθουῶτα ἀντίπαλα ἐκλογιζόμενον· Ἐπεὶ ἡ τοῖς ἁρπάσαι τὰ ἀλλότρια ὀρεχθυμημένοις, μαλακώτερα πρὸς τὰ δεινὰ τόλμαι φιλοῦσι γίνεσθαι· ἡ τὸ μέγιστον, ὅπως τῆ βασιλείων μεταχῇ αὐλῶν, θυραυλῶν τε καὶ πόρρω πω αὐλιζόμενος. ἀλλ' ἔμελλε πάντως καὶ αὐτὸς ἐσκλυσῶσαι τοῖς Βασιλείοις· καὶ διὰ τῶτο πνεῦμα πονηρότατον διεγεῖραι Μιχαὴλ ὁ Τραυλὸν, καιρίαν οἱ καθικέσθαι διανείλαι, εἰ μὴ τῶ ἀπάρρητον ἀσμένως ἀποδέξοιτο· ὡς αὐτῷ γε πάντων μελήσειν τῶν νομιζομένων δυσχερῶν, καὶ αὐτῆς γε ταύτης τῆς ὁδοῦ τὰ Βασίλεια ἀρίξεως· ὃ δὴ καὶ γέγονε.

Β

η. Ὡς δέ τις ἀνὴρ, Ἰωάννης ἔνος ὁ καὶ τῶν * Ἑξαβύλιον, τῶ τῶν τειχῶν ἐπιμέλειαν καὶ φρούρησιν ποιούμενος, ἤθετο τὸν λόγον τῶτον καταλελειμμένον πρὸς φυλακὴν ἅμα τῇ τῶ Βασιλέως εἰσόδῳ· δεινὸς δὲ ἄρα ἀνὴρ τὴν φύσιν εὐχάρατθαι πορρωθεν. εἰκὸς ἐν καλῷ τῶ ἐκείνῳ ἔρχεσθαι φρεσὶν ὧν ἐβεβούλευτο τῇ Βασιλεῖ, ἐξεικάσατθαί τι, καὶ τὸν ἄνδρα μετασῶσαι καλῶς. πάλιν ἰδὼν τὸν τῶν τῷ κωδίῳ θῆρα κρυπτόμενον ἀναλαμβάνεσθαί ποτε, καὶ δοκιμάζεσθαι ὡς ἐν χοάνῳ χρυσὸν τὸν τῶ Θεῶ ἐκλεκτόν· Συγχωρεῖται δὲ τῶτο πολλάκις κατά τινα τῶ χρόνου κυκλικὴν περίοδον γίνεσθαι, ἐξ αἰτήσεως, οἶμαι, δαιμονικῆς, καθάπερ ἐπὶ Ἰώβ· εἰς γνῶσιν μὲν καὶ διάκρισιν τῶν εὐσεβῶν, ἀλλοτρίωσιν δὲ καὶ ἀποστασίαν τῶν κακῶν.

C

* Cedr. ὁ Ἐξαβύλιος.

θ'. Οὕτω γὰρ πέρας ἔσχον οἱ λόγοι, καὶ φήμη προθέουσα τὸν τῶ Τυράννου ἐμήνυσε ἀναγόρευσιν. πρεσβεισάσης δὲ ταύτης, ἡ μὲν πόλις πρὸς ποσὸν ἀγγέλμα μικρῶ δεῦρο ἐκφρον γενομένη, μόλις ἑαυτὴν συνεῖχε, τὰς ἐμφυλίους κατορρωδοῦσα πολέμους· ἐξ ὧν πολλάκις αὐτανδροι πόλεις κατεβαπτίσθησαν. ὁ δ' Αὐτοκράτωρ ἐξεπλάγη μὲν τὴν ψυχὴν, οὐκ ἐτεράχθη δὲ τὸ γεώμετρον. ἀλλ' ἀχλεισίαν αὐτῶ μόνον κατηγωνικὼς, ῥᾳθυμία πῶς ὑπονοθυείσας, Ὡς καλὸν τῷ θείῳ θελήματι ἕπεσθαι, ἀρχὴν τῆς πόλεως τὸ πλεισταμβὲς ἐ ταραχῶδες, ἅπαντας προτρεψάμενος χωρῆσαι τάχα πρὸς ἀπαντὴν, ἵνα μείουσαν φωζη τὴν ἑαυτῶ πόλιν ἐμφυλίου αἵματος ἄχραντόν τε καὶ καθαρόν. ἴσασθαι δέ τινων πρὸς τὰ δεινὰ, καὶ πρὸς τὴν διὰ μάχης ἀγῶνα παρακλειομένων χωρεῖν, καὶ μέσων αὐτῶν ὑπισχνουμένων βεβαίως ὑπὲρ Βασιλέως πράξειν καὶ πίστε· ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ἀποδεχομένης τοῦτο τῆς γαμετῆς Προκοπίας, καὶ Μανουήλ τινος τῶν ἐξ Ἀμαλεκιτῶν, Πρωτοστράτορος τηνικαῦτα τυγχάνοντος, Οὐκ ἔφη χρῆζειν τῶ βασιλείω αἵματι καταῤῥυομένῳ ἀδίκως

D

E

δελφικοῖς. Ὅθεν καί τινι τῶν πρὸς θεραπείαν αὐτοῦ γνησίων παράσημά τινα δὺς τῆς Βασιλείας, φοιτᾶν ἐκεῖσε ἐξεβιάσατο· ἐφ' οἷς καὶ δεινοπαθήσασα, καὶ οἷον ἐκβακχευθεῖσα ἡ τούτου δὴ γαμετὴ, Δεινὸν λέγεται ἀνακραγεῖν [9], εἰ Βάρκα, οὕτω δὴ τὸ τοῦ Λέοντος καλέσασα γύναιον, τῇ κεφαλῇ ἐπίθοιτο τὸ μοδίολον. Ὁ δὲ στερροῖς λόγοις ταύτην ἐπιρραπίσας, καὶ ὅλον δὲ ἀναθεὶς ἑαυτὸν τῷ Θεῷ, ἐκαραδόκει τὰ μέλλοντα. ἄρτι γοῦν κατηγγέλλετο τὸν Τύραννον εἰσιέναι διὰ πύλης τῆς χρυσελάτου, καὶ πᾶσα ἡ σύγκλητος κατὰ τὸν θεῖον τοῦ Προδρόμου ναὸν, ὃν ὁ Στούδιος ἐκ βάθρων ἀνήγειρεν, ἀπιόντα, εὐφημίαις ἐδέχετο ταῖς χερσὶ, προπέμπουσά τε καὶ ἐκθειάζουσα. Ὡς δὲ τοῖς βασιλείοις ἤγγιζε, καὶ κατὰ πρόσωπον δὴ τῆς θείας εἰκόνος τοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος Θεοῦ Λόγου, κατὰ τὸν οὕτω κατονομαζόμενον τόπον Χαλκῆν ἔμελλε στῆναι, τὰς εὐχὰς ἀποδώσων, ἐπεί τι φοινικοβαφὲς θοιμάτιον κατά τι στρατιωτικὸν ἔθος ἄζωστον ἐπημφίετο, [10] Ἀετὸν τοῦτο καλοῦσιν ἢ θάλασσαν, οἱ περὶ ταῦτα κομψοὶ, τοῦτο μὲν αὐτίκα ἀπαμφιέννυται, καὶ Μιχαὴλ ὁ τὴν γλῶτταν φέρων παράσημον, ἐπιμελητὴς τῶν τοῦ Λέοντος ἵππων τηνικαῦτα τυγχάνων, ἐπὶ χεῖρας λαβὼν, αὐθωρὸν ἐπαμπίσχεται. ἔδοξεν οὖν τοῦτο τοῖς πολλοῖς οἰωνὸς, ἐξ ἐκείνου δεύτερον τῆς Βασιλείας τυχεῖν. ὡς δὲ κατὰ τὴν Σκύλα ἐγένοντο, οὕτω δέ τινα τόπον κατὰ τὰς βασιλείους εἰσόδους λεγόμενον, ἀκρατῶς πως ἐπιρρέων, καὶ κατ' ἴχνος θέων αὐτοῦ, τὸ πρὸς τῇ πέζῃ λῶγον τοῦ ἱματίου ἄκροις ἐπέβη ποσὶν, ὡς καὶ αὐτὸν αἰσθάνεσθαι τὸν Λέοντα, καί τινα παράβολον κίνησιν ἐξ αὐτοῦ προσδοκᾶν· τοῦτο μὲν οὖν ὕστερον ἐγένετο.

ι. Τότε δὲ τοῦ Λέοντος ἐπιφανέντος, Μιχαὴλ ἅμα παισί τε καὶ γυναικὶ τὴν κόμην ἀποθέμενος, [11] πρὸς τὸ τοῦ Θεοῦ * τεμένισμα, ὃ Φάρος κατονομάζεται, ἀπὸ τοῦ φῶς ἀνάπτειν πᾶσι, καὶ κατὰ τὰς νύκτας χειραγωγεῖν ἐπὶ καταγωγάς τινας ἀσφαλεῖς· ἀντίμιμον τοῦ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ὄντα τε καὶ λεγόμενον, τῇ αὐτοῦ εὐμενείᾳ χωρεῖ ἐκκαλούμενος. ὁ δὲ συλῆσαι μὲν ἐκ Θεοῦ, καὶ ἔρημον θεῖναι ψυχῆς οὐκ ἐν καλῷ θέμενος, ἐκεῖνον μὲν [12] ἐν τῇ * Πλάτῃ νήσῳ ὑπερόριον θεὶς ἡσυχάζειν ἐπέτρεψεν, χρυσόν τινα κατ' ἔτος ἐπιχορηγῶν, ἔνθεν καὶ τὸν μοναχικὸν σχῆμα λαβόντα, καὶ Ἀθανάσιον μετονομασθέντα ἐπιβιῶναι φασὶν ἔτη δύο καὶ τριάκοντα. συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ Εὐστράτιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ ἀποκαρεὶς καὶ εὐνουχισθεὶς ὢν ἐτῶν εἴκοσι προστάξει τοῦ Λέοντος. καὶ Νικήτας, ὃς πρότερον μὲν παῖς ὢν, τὴν τῶν Ἱκανάτων διεῖπεν ἀρχὴν, ἅτε δὴ φίλιος τοῖς στρατιώταις καὶ ἐν ὑπαίθρῳ διάγουσιν εἶναί τε θέλων, καὶ τῶν πολλῶν πραγμάτων ἔμπειρος. τότε δὲ τὴν κόμην καὶ αὐτὸς ἀποθέμενος Ἰγνάτιος ἐκαλεῖτο, καὶ τῷ πατρὶ συνεῖναι ἐτύγχανεν τῷ μονήρει βίῳ προσκείμενος. τὴν δ' αὐτοῦ σύνευνον ἀπεσχοίνισε καὶ ἀπέσπασε, καὶ πρὸς τὴν μονὴν τὴν ὑπὸ λεγομένην, Προκοπίας, μετέθηκε· καί τοίγε τοῦτο μὴ γενέσθαι πολλὰ τοῦ Μιχαὴλ ἱκετεύσαντος. καὶ ὁ μὲν Μιχαὴλ τοῦ βίου ἔξω γενόμενος μηνὶ Ἰανουαρίῳ ια. ἔτει ϛτλβ. τὸν χοῦν ἀποθέμενος ἐν αὐτῇ τῇ νήσῳ, ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς ἐκκλησίας ἐθάπτετο. ὁ Εὐστράτιος δὲ μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν ἔτη ἐπιβιοὺς πέντε * (καὶ δέκα) καὶ αὐτὸς ἐκοιμήθη κατὰ τὴν ιε. τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, ἔτος ϛτλζ'. ἐν τῷ εὐωνύμῳ μέρει τῆς

* Cedr. τὸν τῆς Θεοτόκου ναόν.

* Cedr. Πρώτη.

* Videntur redundare.

A dam famulorum fidelissimo traditis Imperialibus quibusdam ornamentis ac insignibus, Leonem adire, atque ei deferre coegit. Ea re indignabundam ejus conjugem Procopiam ac bacchantis pene similem exclamasse ajunt, *Indignum ac grave si Barca* (sic Leonis uxorem convitio vocans) *capiti modiolum imponeret*. At ille severioribus verbis eam castigans, seque totum Deo committens, futurum rei eventum præstolabatur. Jam enim percrebuerat rumor, ingressum Tyrannum per Auream portam, omnemque Senatum ad sacras Præcursoris Ædes, Studii opera a fundamentis extructas, obviam processisse, ac supinis manibus, plausu faustisque B ominibus in Urbem excipere, ac deducere. Cum autem ad Palatium jam appropinquaret, eique coram divina Dei Verbi propter nos facti hominis Imagine, ad locum, quem Chalcem vocant, vota redditurо tantisper consistendum esset, quod punicei coloris brevem quamdam vestem militari more discinctam gestaret (* Aquilam vocant, sive Mare, qui in his elegantiam colunt) eam mox exuit: quam ipsam in manus acceptam Michael ex linguæ vitio Balbi cognomen adeptus, Leonis tunc Præfectum Stabuli agens, illico induit. Fuit hoc multis ominis loco, fore ut Michael Imperio regendo, Leoni successor esset. Ubi autem ad Scylla venerunt (locus est sic dictus in in C gressu Palatii) sequens a tergo idem Michael dum incautius graditur, ac celerius præeuntis vestigia premit, summis pedibus ac articulis, Imperatoriæ vestis oram calcavit; ita ut ipse Leo senserit, audaciorisque aliquid facinoris ab eo expectandum ominatus sit; quod & postea accidit.

Michaelis Balbi Imperii omina.

* Malim ἀέρα. Aerem.

X. Tunc Michael, Leone ingresso, una cum liberis atque uxore, detonsa coma, ad Dei delubrum secedunt, quod Pharum vocant, ea ratione, quod cunctis lucem accendat, noctuque ad certas quasdam stationes deducat, Phari illius in Ægypto celebris nomen imitans officiumque præstans; Leonis illic exoraturus clementiam. Ille porro haud ex honesti ratione D ratus religionem loci violare, aut in eo supplicibus necem inferre, illum quidem in Insulam * Platen relegans, privatum illic agere jussit, auri summam quotannis in ejus sumptus subministrans: ubi & Monachi assumpto habitu, atque Athanasii indito nomine, ad annos duos supra triginta vixisse fertur. Erat cum eo & Eustratius ejus filius, qui ipse Leonis jussu detonsus, ac virilibus orbatus est, ætatis annum vigesimum agens. Nicetas quoque, qui prius adolescens, Icanatorum Præfecturam gesserat (quippe qui hoc ageret ut militum, inque subdialibus stativa habentium, gratiam iniret, multaque rerum pericla polleret) ipse quoque tunc coma posita, Ignatii nomen accepit, versansque cum patre, Monachi vitam una E instituit. Uxorem vero ab illo abjunctam atque avulsam, in Monasterium quod Procopiæ vocant, transtulit: quamquam Michaele hoc enixe amoliente ac deprecante. Ac Michael quidem in vivis esse desiit undecimo Januarii, mundi anno 6032. depositaque mortalitate, in eadem Insula, ad cornu dextrum Ecclesiæ, sepultus est. Eustratius vero, cum a morte patris annos quinque vixisset, dormiit & ipse ad quintumdecimum mensis Januarii, anni 6037. in sinistra Ec-

Edit. Paris. pag. 13.

Cedr. S. Deipara.

Pharus, oratorium Cpli.

* Protos.

Michaelis Monachatus & liberorum.

Ignatii Patriarchæ initia.

Michaelis mors & Eustrasi filii.

A perator, ex regione Macedonum trahebat originem; referebatque ad Armenios, Arsacidas genere. Vetere enim Arsace, qui Parthorum Imperium tenuit, ingentem virtutis & laudis gloriam consecuto, posteris lex inolevit, non ab aliis, quam ab Arsacis familia ejusque nepotibus, Parthos, Armenios, Medosque ipsos, qui Regia potestate ipsis præsint, esse habituros. In hunc itaque modum, cum illæ, quas dixi, gentes, ab stirpe ejusmodi, imperio regerentur, illo qui apud Armenios rerum potiebatur, quandoque ex humanis sublato, contigit de jure regni, deque principatus illiusmodi successoribus, dissidium oriri. Hincque adeo Artabanus & Cleones, non solum avito B Imperio spoliati, sed & in vitæ jam periculum adducti, in Regiam hanc Constantini Urbem veniunt. Leo Magnas tunc Imperio præerat, Zenonis socer. Hic igitur viros suscipiens, ac pro generis splendore magnifice pertractans, ædes ad habitandum congruaque victus stipendia in Urbe Regia illis assignavit. Ut autem horum e patria fugam & in regnantem hanc Urbem accessum, omnique humanitate ab Imperatoribus susceptos esse didicit, is, qui tum res Persicas administrabat, datis litteris, benevolentiæ in eos larva, in paternum se illos Imperium restituturum pollicitus, revera autem ea sibi molitione gentem conciliare, ac subjicere satagens, ad- C vocabat. Acceptis litteris, dum adhuc quid sibi facto opus deliberant, res, per unum aliquem famulorum Imperatori defertur, ac Epistola ipsa contraditur. Rei itaque explorato momento, Persamque, non tam illis Imperium, quam sibi gentem subjiciendam, quod sic invitabant, procurare, haud dubia conjectura comperto, quod neque his qui invitabantur, nec vero Romanis rebus operæpretium erat; cura adhibetur, ne istud Persarum consilium exitum habeat. Quapropter succisa, si qua videretur, opportunioris fugæ facilitate, honesti specie, velut ad liberiores agros, & ut majori securitate fruantur, Imperator Nicem Macedoniæ urbem cum liberis & D uxoribus (nam & illas postea subduxerant) transfert. Decursu autem temporis Saracenorumque rebus in majorem principatum crescentibus, eamdem ac primis Arsacidarum nepotibus fraudem adhibet, qui tum genti præerat, Amermnunes, scriptisque litteris, ad avitam nimirum potestatem ac Imperium revocabat. Verum ejusce quoque consilii fabula, ab Heraclio, qui tum rerum potiebatur, deprehensa, litterisque percensitis, cum nulla eos benevolentia revocari intellexisset, sed ut hæc machinantes, eaque occasione Saraceni ditionem augerent (fore enim sperabant, si modo illos secum haberent, ut facile pro veteris Arsacis amore, in suas partes gentem traherent) idcirco etiam E Philippos alteram & ipsam Macedoniæ urbem, quasi majoris securitatis causa, Nice remotos transmittit. Hincque deinde velut illustriori civitate donandos, meliorique statu componendis eorum rebus, Adrianopolim transfert. Viso autem eis idoneo aptoque loco, velut in propria consistentes tribu ac familia, multitudine aucti sunt, abundeque satis opibus cumulati, pater-

Arsacidarum nobilitas & præstantia.

Artabanus & Cleones Ctesiam profugi.

Tentata eorum revocatio.

Translati Arsacidæ Nicem.

Inde Philippos, demumque Adrianopolim.

* ἑτοιμότητα.

nam nobilitatem servantes ac genus impermixtum.

Maleles Basilii avus.

III. Secutis vero temporibus, cum summam rerum Constantinus cum Irene matre administraret, Maleles ille ex Arlaçis prosapia ducens originem, legationis causa, seu alterius negotii obeundi gratia, illustrem hanc Constantini Urbem petens; atque in ea, forte fortuna in ejusdem gentis ac familiæ hominem, Leonem nomine, incidens; exque exteriori habitu gestuque, nec non vestium propcio cultu, non unum quem infimæ plebis vulgique agnoscens, sed virum ingenuum ac spectabilem; confertoque sermone ac fabulando, ejus vim consuetam usuque familiarem inveniens; ubi genus cognovit, illius contubernium deligit, suæque, alienam habitationem, proviri virtute ac præstantia, præfert; ejusque amplexus affinitatem, filiarum unam sibi matrimonio jungit; ex quibus ortus illius parens, cujus nunc historiam teximus. Muller vero quædam nobilis & pudica Adrianopoli habitans, viro demortuo, caste sobrieque in viduitate agebat (fama erat haud prorsus obscura, ex magno Constantino eam genus ducere.) Hæc illi reliquis, iisque apud quos confederat, præstantior visa: eamque ob rem ejus filiam, nobilitate ac corporis forma conspicuam verecundiaque ornatam, uxorem ducit: ex quibus Regia hæc radix Basilius sucrevit; paterno quidem itemmate Arsacis (uti dictum est) prosápiam sibi vendicans; materno vero, Constantini natalibus magnifice glorians; utroque demum, Alexandri clariratem jactans. Tali ex progenie ortus Basilius, multa statim futuræ gloriæ sublucentia signa exhibuit. Tænia namque quædam coccinea, tum primum emascentibus pilis circa caput visa, circaque fascias purpurei tinctus.

Edit. Paris. pag. 135.

Filii parentes matresque nobiles.

Basilii Imperii progenitores.

IV. Hactenus Arsacis nepotum genus, ipsum secum in propria quasi tribu contubernioque constituerat, quamquam haud raro, Adrianopoli sedes habens, etiam cum indigenis nuptiarum fœdera commiscebat. Quia vero Crumus ille, Bulgarorum Princeps, violatis, quæ illi cum Romanis intercedebant, fœderibus, hostili aggere cinctam Adrianopolim, diuque ab eo obsessam, qua laborabat necessariorum penuria, ad deditionem coegerat, civesque omnes ac incolas, nec non etiam Manuelem ejusce Urbis Episcopum, in Bulgariam transtulerat; accidit Basilii quoque parentes cum reliquis, illo adhuc in fasciis agente, in Bulgarorum regionem transferri; ubi propriam Christianorum fidem illibatam custodientes (tum scilicet mirabilis ille Præsul, tum plebs illi pari captivitate comes) multos Barbarorum ad veram Christi fidem adduxerunt (nondum enim gens illa animum ad pietatem transtulerat) multisque locis Christianæ doctrinæ jecerunt semina, a Gentilium errore Scythas retrahentes, & ad divinæ cognitionis lucem traducentes. Quibus ig illos ira percitus Crumi successor Mutrago, cum Manuelem virum sanctissimum, tum alios plures ejus rei delatos, cum temando ad ejurandam fidem inducere nequivisset, variis tormentis excruciatos, per mortem Martyres consecravit. Sicque contigit multos sanA ρεως βιασάζοντις, ϗ ἀσύγχυτον τὸ γένος φυλάττοντας.

Arsacidæ in Bulgariam translati.

Manuel Adrianopol. Episcopus in Bulgaria prædicator & Martyr.

γ'. Χρόνος δὲ ὕστερον, ὡς ἐκράτησε Κωνσταντῖνος μὲν Εἰρήνης ἡ μητρὸς ἐβασίλευε, Μαλέλης ἐκεῖνος, ἀφ' αἵματος Ἀρσάκου ϗ αὐτὸς ὤν, κατά τινα πρεσβείαν, ἢ χρείαν εἰσῆλθε πρὸς τὴν περίβλεπτον παύτλαν Κωνσταντινούπολιν. ὃς ἀνδρὶ περιτυγχάνει κατὰ τύχην ὁμογενεῖ, Λέοντι καλουμένῳ· ϗ γνοὺς αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἔξωθεν καταστάσεως, ϗ περὶ τὸν κῶλον ἰδιότητος, οὐχ ὡς τῷ τυχόντων ϗ ταπεινῶν, ἀλλ' ἀξιοῖ ϗ περιφανῆ. ϗ εἰς ὁμιλίαν αὐτῷ καταστὰς, ϗ παύτλαν ἰδὼν ϗ σωύτροφον ἔρωτας, ἐκεῖτο γένος ἀνέμαθε, ϗ τὴν ὁμοῦ οἴκησιν προαιρεῖται, τὴν οἰκείας τῆς ἀλλοτρείας, ϗ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν, ϗ τὸ πρὸς αὐτὴν ἀσπασάμενος κῆδος, μίαν τῶν αὐτοῦ θυγατέρων ἠγάγετο, ἐξ ὧν ὁ τὸν ἱστορούμενον προῆλθε πατήρ· ὃς καλῶς ἀναχθεὶς, ϗ δι' ἐπαινουμένης ἀγωγῆς ϗ τροφῆς εἰς ἄνδρας πλείστας, ϗ διξὰ σώματος ϗ ῥώμης διαφέρων ϗ παντοδαπαῖς κοσμούμενος ἀρεταῖς, πολλοὺς ἐκίνει τοὺς δι' ἐπιγαμίας θέλοντας αὐτοῦ οἰκειώσασθαι. Γυνὴ δή τις δύσκωφος ϗ κοσμία κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν τὴν οἴκησιν ἔχουσα, ἀνιχνεύεται τῶν παύτης ἀνδρός, σωφρόνως τὴν χρείαν ἀνυστὰ· φήμη γάρ τις διήτρικεν ἡ παντελῶς ἀμυδρὰ, ἐκ τῆς μεγάλης Κωνσταντίνου ἕλκειν αὐτὴν τὴν συγγένειαν, τῶν ἄλλων ἀφανεστέρα, τῶν τε καθ' ὧς παρῆκται ἐνομίσθη αὐτῇ. ϗ δὴ ἐντεῦθεν τῆς παύτης θυγατρὸς δύσκωφος ϗ κάλλει διαφέρουσαν σώματος, ϗ αἰδοῖ κεκοσμημένην, ἠγάγετο. ἐξ ὧν ἐβλάστησε Βασίλειος αὐτοῦ ῥίζα Βασίλειος, πατρόθεν μὲν ἕλλην ἐξ Ἀρσάκου συγγένειαν, ἣν προείρηται· ἡ δὲ μήτηρ, τῷ τῆς μεγάλης Κωνσταντίνου συγγενείᾳ ἐκαλλωπίζετο, ϗ ὑπὸ θατέρου μέρους, τῷ Ἀλεξάνδρου κύρει λαμπρύνετο. Ἐκ τοιούτων γενεητόρων προελθὼν ὁ Βασίλειος, δίθυς πάλαι τὴν ὑστέρου δόξης σύμβολα εἶχεν ὑπερφυᾶ· τοιαῦτα γὰρ κεκεσβαφὴς παρὰ τὴν πρώτου ἔφυτεν τὴν τριχῶν ἰῶρᾶτο περὶ τὴν κεφαλήν, ϗ περὶ τὰ σπάργανα πορφύρεα βάμματα.

δ'. Ἦν μὲν οὖν τότε τὸ γένος τῶν ἀπογόνων Ἀρσάκου κατ' ἰδίαν ὥσπερ πατρίαν συνήθειαν, εἰ δὲ ταῖς ἐπιγαμίαις πολλάκις τοῖς ἐγχωρίοις συνεπιχειρᾶτο, ἐν Ἀδριανουπόλει κεκτημένοι τὴν οἴκησιν. Ἐπεὶ δὲ Κροῦμος ἐκεῖνος, ὁ τῶν Βουλγάρων Ἄρχων, εἰς τὰς πρὸς Ῥωμαίους ἐξυβρίσας συνθήκας, πολέμιον χάραγα τὴν Ἀδριανούπολιν ἐβάλετο, ϗ χρόνον προκαθίσας συχνὸν, ὁμολογίᾳ παύτλᾳ δὴ τῶν ἀναγκαίων ἐνδείαν παρεσκεύασε, ϗ τοὺς ἐν αὐτῇ πάντας μὴ ϗ Μανουὴλ τὸν Ἀρχιερέως τῆς τοιαύτης πόλεως εἰς Βουλγαρίαν μετήγαγε, συμβὰν μετὰ τῶν ἄλλων, ϗ τοὺς τῶν Βασιλείων γενεητόρας, ἔτι πάντων ἐν τοῖς ἀπαργάνοις ἐχόντων, εἰς τὴν τῶν Βουλγάρων ἀπαχθῆναι γῆν· ἔνθα δὴ εἰκείᾳ τῶν Χειστιανῶν πίστει ἀεάθητον ἐμπεδώσαντες, ὅ, τε θαυμάσιος ἐκεῖνος Ἀρχιερεὺς, ϗ ὁ σὺν αὐτῷ λαὸς, πολλοὺς τῶν Βουλγάρων πρὸς τὴν ἀληθινὴν πίστιν μετήγαγον τῶν Χειστιανῶν δόγμα τὸ ἔθνος μετελαμβάνον πρὸς τὴν εὐσέβειαν. ϗ πολλαχοῦ τὰ τῶν Χειστιανικῆς διδασκαλίας καταβάλλοντα σπέρματα, τὰ ἐθνικὰς τοὺς Σκύθας πλάνης μεθίλκοντες, ϗ πρὸς τὸ τῆς θεογνωσίας μεταγοντες φῶς. ἐφ' οἷς πρὸς ὀργὴν κατ' αὐτῶν κινηθεὶς ὁ Μυριάγωνος τοῦ Κρούμου διάδοχος, αὐτόν τε τὸν ἱερώτατον Μανουὴλ, ϗ πολλοὺς τοὺς ἐπὶ πᾶσι διαπρεπομένους, ὡς οὐκ ἰσχύσας πεῖσαι ἀποστῆναι Χριστοῦ, μετὰ πολλὰς αἰκίας τῇ ἁγίᾳ μαρτυρίᾳ θανάτῳ πα-

190.

ρίπεμψε. Ἐπὶ σωτηρίᾳ πολλῶν τῶν Βασιλείου συγγενῶν μαρτυρικῆς δόξης τυχεῖν· ὡς μηδὲ τῆς ἐντεῦθεν σεμνότητος αὐτὸν ἀμοιρεῖν. Ἄρτι δὲ ἐπισχεπτομένῳ Θεῷ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τῷ ἐξοδον αὐτοῖς φιλανθρώπως δόντος. Ὁ γὰρ τῶν Βουλγάρων Ἄρχων μὲν δυνάμεις ἐπὶ πολὺ πρὸς τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις ἀπαγωνίζεσθαι, πάλιν εἰς ὑπόπτωσιν ἦνδων, ἐν τῷ ἐπισυνάγεσθαι πρὸς τὸν Ἄρχοντα, τὸν εἰς τὰ οἰκεῖα ἀποδιδόσθαι μέλλοντα λαὸν τῶν Χριστιανῶν, ἰδὼν τὸν παῖδα Βασίλειον τῷ τε μορφῇ εὐειδέστερον καὶ χαρίεσι ὑπογελῶντα καὶ περισκαίροντα, πρὸς ἑαυτὸν ἐφιλοκάλησε, καὶ μᾶλλον θαυμαστὸν τῷ μεγέθει ἐπίδοκον. Ὁ δὲ παῖς ἀκάκως καὶ θαρραλέως τοῖς τοῦ Ἄρχοντος ἐπιπεδόμυος γόνασιν, ἐν τῷ ἁπλάστῳ ἤθει, τὸ οἰκεῖον ἀγχίνουν ὑπεδείκνυτο, ὡς ἐκπλαγῆναι μὲν τὸν Ἄρχοντα, θαρρηθῆναι δὲ λιλαιόπους τὸ δορυφόρον ταξιν αὐτοῦ.

ι΄. Ἀλλ' ἵνα τὰ ἐν μέσῳ σιωπήσω, ἐξῆλθεν δυμηρείᾳ Θεοῦ πρὸς τὰ οἰκεῖα ἅπας ὁ ἀπαχθεὶς ὡς αἰχμάλωτος λαὸς τῶν Χριστιανῶν· συνεξῆλθον δὲ καὶ οἱ τοῦ Βασιλείου γονεῖς, τὸν φίλτατον αὐτοῖς παῖδα προσεπαγόμενοι. Ἐγίνετο δέ τι περὶ αὐτὸν ἐνθύς κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν θαυμάσιον, καὶ εἰς ὕστερον τύχης παραδηλοῦν, ὅπερ ἐμὲ θέμις οἶμαι σιγῇ παρελθεῖν. τῷ γὰρ καιρῷ τοῦ θέρους τῷ πέμπτῳ γενέσεως περὶ τὸν ἴδιον ἐξελθόντων ἀγρόν, καὶ τοῖς θερισταῖς ἐπισκοπούντων, καὶ διηγερόντων σωτήρως ἐργάζεσθαι, [191] ὡς περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν ἡ ἡμέρα προϊκοπτε, καὶ ὁ ἥλιος ἤδη σφοδρότερον ταῖς μεσημβρινῆς ἀκτῖσιν ἐπέφλεγε, οἰονεί τινα σκηνὴν ἐκ τοῦ σωμάτων τῷ ἀσταχύων σκιάσαντες, ἐν ταύτῃ τὸν παῖδα κοιμηθησόμενον ἔθεντο, ὅπως τῆς ὑπὸ τοῦ ἡλίου θέρμης ἀβλαβῶς διέλθῃ τὸ καύσωνα. ἐν δὲ τῇ ἐκείνης ἐπαχολεῖσθαι τοῖς θερισταῖς, αὐτὸς ἐπικαμπτὰς καὶ ἄνωθεν ἐπικαθίσας, πτερωμέναις τοῦ πτέρυξι τὸ παιδίον ἐσκίαζεν· ἀρθέντος δὲ παρὰ τῶν ἰδόντων φωνῆς, ὅτι ὄλεθρον ἴσως ἐπάξειε αὐτὸς τῷ παιδὶ, ἡ μήτηρ δρόμῳ οἷα μήτηρ φιλόστοργος καὶ φιλότεκνος πρὸς τὸν παῖδα ἐξέδραμεν. Ἰδοῦσα δὲ τὸν αὐτὸν σκιαῖς ἐν ταῖς πτέρυξι τῷ παιδὶ περικοσμοῦντα, καὶ μηδὲν πρὸς τὴν ταύτης ἐκπλαγεῖσα ἐπέλασιν, ἀλλ' ὥσπερ χαριέντως πρὸς αὐτὸν ἀσπίζοντα, καὶ ἐνθυμηθεῖσα κατὰ τὸ παρόχρημα εἰς κρεῖττονα πίστιν λογισμὸν, ἀλλὰ λίθον ἔβαλε κατ' αὐτοῦ. καὶ οὕτως ἀέρτο ὁ αἰετὸς, καὶ ὡς ἔδοξεν ἀπεχώρησεν. ἐκείνης δὲ αὖθις πρὸς τὸν ἄνδρα καὶ τοὺς ἐργάτας ὑποστρεψάσης, ὁ αἰετὸς καὶ τὸ πρότερον χῆμα παρὼν τὸ παιδίον ἐπισκιάζων. καὶ πάλιν ὁμοίως ἡ φωνὴ παρὰ τῶν θεατῶν, καὶ ἡ μήτηρ πρὸς τὸ παιδίον, καὶ τῇ βολῇ τοῦ λίθου ὁ αἰετὸς ἀποσοβούμενος, καὶ ἡ τῆς μητρὸς πρὸς τοὺς ἐργαζομένους ἐπιστροφή. Εναργέστερον ἦ ἄρα τῆς προνοίας δηλῶσαι θελησάσης, ὅτι οὐ κατά τινα τύχης αὐτοματισμὸν, ἀλλὰ θείᾳ προηγούσῃ τὰ τελούμενα διέπεται, ἐκ τρίτου συμβῆναι τὰ ὅμοια. ὁ αἰετὸς ἐπὶ τὸ παιδίον, οἱ θεωρούντες βοῶντες, καὶ ἡ μήτηρ ἐπὶ τὸν αἰετὸν, καὶ ὁ αἰετὸς πρὸς βίαν καὶ μᾶλλον ἀπαλλαττόμενος. Οὕτω τῷ μεγάλων πραγμάτων ἀεὶ πόρρωθεν ὁ Θεὸς προκαταβάλλεταί τινα σύμβολα, καὶ πεμπόρια τῷ εἰς ὕστερον. Τοῦ-

A guinis necessitudine Basilio conjunctos eique affines, Martyrii gloria potiri, ut nec ejus, quæ inde est, honestatis, posset expers videri. Jam vero, cum plebem suam Deus visitaret, atque ei in patriam reditum præstaret (Bulgarorum enim Princeps, Romanas diutius vires aciesque ferre non valens, collum rursus subdere annuebat) congregata apud eum, quæ in patriam dimittenda erat, Christianorum turba, conjectis in puerum Basilium oculis, liberali forma decorum, gratiusque subridentem ac circumsalientem, indole formaque delectatus, illum ad se traxit, pomumque ei miræ magnitudinis dedit. Puer vero animi candore cum pari fiducia Principis incumbens genibus, morum illa simplicitate, ingenuitatis suæ illustre specimen dabat, adeo ut Princeps etiam atque etiam admiraretur; stipatorum vero cohors secum ipsa tacita furore commoveretur. Basilii pueriles majestatis plena.

V. Verum ut ea, quæ interea evenerunt, paucis transigam, omnis ille Christianorum populus, sic velut captivus abductus, propitia Dei bonitate, ad propria migraturus, exiit: Basilii parentes, ipsi quoque pari indulgentia exire, dulcissimum pignus secum adducentes. Contigit vero prima statim ætate, mirabile aliquid circa ipsum, futuræ ejus fortunæ certum præsagium; nec fas esse existimo, ut silentio a nobis prætereatur. Messis enim tempore, cum parentes in agrum exiissent, messoribusque præciperent, & ad laborem strenue obeundum excitarent; cum differto foro (ut ajunt) altior dies procederet, jamque sol meridianis radiis acrius adureret, constructo ex spicarum manipulis velut tentorio, in eo puerum tantisper somno recreandum ponunt, & ad solaris ejus caloris æstum illæsa valetudine transigendum. Dumque messoribus animum advertunt, advolans Aquila, explicatisque desuper alis, assidens, puero præstabat umbraculum. Sublatus videntium clamor, ne quid forte Aquila puero noceat; moxque mater (charæ scilicet prolis nimium amans) ad puerum accurrit: vidensque Aquilam passis alis umbram puero ministrantem, ac nec ejus quicquam adventu territam, sed in eam gratiose oculos velut intendentem, ne sic quidem in promptu sanioris aliquid animi cogitare potuit; sed in eam lapidem jecit: quæ statim avolavit, &, ut videbatur, secessit. Rursusque ea ad virum messoresque reversa, Aquila priorem in modum puero assidens, umbram faciebat. Similique rursus ratione videntium sublatus clamor; matris ad filium cursus concitus, ictu Lapidis submota Aquila; mater ad messores reversa. Cum vero divina providentia evidentius vellet ostendere, non casu aliquo aut fortuna, sed divinæ rem præscientiæ esse quod gerebatur, tertio hæc eadem contigerunt. Aquila sursum puero imminens, videntium clamor, mater ad Aquilam; Aquila per vim ægreque tandem abscedens. Sic Deus semper magnarum procul rerum signa quædam, certaque futurorum indicia, quasi fundamento præjacit. Quin & in sequentem ætatem hoc ipsum in eo non raro contigit, sæpiusque inter dormiendum visus est ab Aquila obtegi. Sed horum nunc fere nulla ratio habeba- Aquila ejus pueri obumbrans caput.

Edit. Paris. pag. 137.

tur. Antequam enim, quibus ille fulciebatur, virtutes patescerent, etsi magna erant quæ præluce bant, negligebantur tamen, & in occulto manebant, cum nemo in mentem inducere posset, quomodo in tenui domo ac plebeja res evaderent. Cæterum, cum in his quoque diutius immorari, haud procul forte ab assentationis indole abesse videatur, ut ne forsitan magnarum rerum honestarumque penuria, in his stylum trahere ac historiam existimemur, quæ ejus generis sunt, pueriliſque ætatis omnia, omittemus, atque ad ea quæ sequentia sunt, sedulo sermonem provehemus; ea scilicet ratione, ut laudum vim insatiabilem, ceu quamvis rem aliam in laudis parte minime habendam, rejiciamus.

Basilii educatio, primæque ætatis mores.

VI. Puer itaque apud patrem educabatur, eumque agendorum præceptorem, dicendorum interpretem, atque ad omnia quæ virtutis sunt ac laudem habent, magistrum nactus ac eruditorem, non Chirone gemino velut Achilles opus habuit, non Lycurgo Legislatore, non Solone; non externa ac peregrina disciplina morumque institutione; sed uno illo institutore, honesti palæstra præclarissime exercens ac colens, erga Deum, sanctos pioſque mores, erga parentes, verecundos animoque obsequendi promos; erga senes, cedendi modestia faciles; erga æquales ac tribules, nullo doli fuco benevolos; erga potentes ac magistratus, subditos; erga denique pauperes, misericordia impensos, virtutum omnium compendio luculenter effulsit; a puero pudicus ac sobrius, virilique animo, æqualitatis ac prudentiæ amator cultorque eximius, in nulloque adversus humiliores, spiritus tollens aut superbiens; quibus rebus omnium sibi conciliabat animos, cunctisque desiderio atque amori habebatur.

Edit. Paris. pag. 138.

Basilii pater moritur.

VII. Jam vero emensa illi pueritia, ad adolescentiæ annos provecta ætate, propeque matura ut ad validiora studia transiret, pater in vivis esse desinens, ad futuri ævi statum translatus est. Hinc luctus, planctusque, ac mœror (ut par est) domum irrumpere; matri, viduitas: huic optimo, orbitas, ac quæ inde tristitia; ærumnarum moles desolatæ familiæ, obturbare. Solicitudinum examen, rei familiaris procurandæ causa. Omnis statim ad eum domus devoluta cura; uni illi, matris; uni germanorum incumbit diligentia. Quia vero, quæ ab Agricultura peti solent, subsidia, ipsa exigua viliaque esse videbantur, ad Reginam Urbium proficisci deliberabat, atque inde sibi suisque ex honesti ratione compendia parare, patrociniumque clientibus magnifice utile ac curam exhibere. Noverat enim in magnis Urbibus, ac potissimum Regiis, industrias indoles inclarescere, eosque qui dote aliqua vulgo præcellant, splendidiori fortuna enitere; in ignobilioribus vero ac ingloriis, velut in rusticanis paganisque commerciis, obscurari ac corrumpi virtutes; ipsaisque a se, quod non ostentandi copia sit, nec vero admirationi laudique habeantur, exolescere ac marcessere. Quamobrem e suis illi rationibus videbatur, ut se ad Urbem Augustam conferret: retrahebat tamen ac detinebat matris amor, &c

In magnis urbibus ac negotiis probanda ingenia ac virtus.

Α τὸ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἡ ἐχομένη ἡλικία οὐκ ὀλιγάκις γίγνεσθαι ἐπ' αὐτῇ, ἀλλὰ πολλάκις διρίθη ὑπὸ αὐτῶν ἐν τῇ ὑπνώσῃ σχιαζόμενος. ἀλλ' ἐν οὐδενὶ χρὸν λόγῳ τότε ταῦτα ἐτίθετο. πρὸ τῶ γὰρ ἐμφανεῖς κατασῆσαι τὰς ἐν αὐτῇ ἀρετὰς, κἂν μεγάλα τὰ φροφαινόμενα, ἠμελεῖτο καὶ παρελανθάνετο, οὐδενὸς δυναμένου ἐν οἰκίᾳ λιτῇ καὶ δημοτικῇ, ὅπως ἔλθῃ ποτὲ βάλεσθαι εἰς νοῦν. πλὴν ἐπεὶ ἐ τὸ τέως ἐπὶ πλέον ἐκφαγεῖσθαι, ἃ πόρρω τυχὸν δόξει τρόπω θαυμάσιος, καὶ νομιζόμενα ἴσως ἀπρεπῆ τῇ περὶ αὐτὸν καλῶν ἐν τέως τῇ ἐσοφίᾳ ἀπασχολεῖν, τὰ τοιαῦτα εἴδη καὶ τῆς παιδικῆς ἡλικίας πάντα παρήσομεν· ἐπὶ δὲ τὰ ἐμφρονέστερα ἐ λόγος αὐτὸς προάγομεν, τὴν τῆς ἐπαίνου ἀκλυσίαν, ὥσπερ ἀλό τι ἢ ὑπαινιττόμενοι ἀποδυόμενοι.

Β ς'. Τρεφόμενος τοίνυν ὁ παῖς παρὰ τῷ πατρὶ, καὶ αὐτὸν ἔχων τῆς πρακτέων ὑφηγητὴν, καὶ τῆς ῥητέων ἐξηγητὴν, καὶ διδάσκαλον καὶ παιδοτρίβην πρὸς ἅπαν παιδεῖον καὶ ἐπαινούμενον, ὑπὸ μιᾷ σθρώπῳ Χείρωνος ἐδιδάθη ὡς Ἀχιλλεὺς, ὑπὸ Λυκούργῳ νομοθέτῃ, ἐ Σόλωνος, ὑπὸ ὑπηρεσίᾳ καὶ ξενικῆς ἀγωγῆς· ἀλλ' ὑπὸ τῷ φύσαντι μόνῳ τὰ τῶν καλῶν ἐξασκούμενος κάλλιστα, πρός τε τὸ Θεῖον ὁσιότητι καὶ δεισιδαιμονίᾳ, ἐ πρὸς τοὺς γεννήτας αἰδοῖ καὶ εὐπειθείᾳ· πρὸς γέροντας ὑπείξει, καὶ πρὸς ἥλικας καὶ φυλέτας ἀδόλοις ἤθεσι· πρὸς δυνάστας ὑποπτεύων, καὶ πρὸς

C πένητας ἕλιττον, ἐ πάσαις ταῖς ἀρεταῖς ἐπιδήλως ἐξέλαμψε, σώφρων ἐκ νέου ἐ ἀνδρὸς ἀναφαινόμενος, τῷ τε ἰσότιμα μὴ φρονήσεως ἀγαπᾶν καὶ ἀφροντίστως τιμᾶν, καὶ ἐν μέσοις τῶν πανηγύρεων καπηλεύμασι· ἐξ ὧν ἤθεσι παρὰ πάντων αὐτῷ, καὶ τὸ πᾶσιν εἶναι προσφιλῆ καὶ ἁρμόττειν.

ζ'. Ἤδη δὲ αὐτῷ τῶν παιδικῶν παραλάξασης ἡλικίας, καὶ πρὸς τῶν μειρακίων ἐλάσαντος, ἐ τοῖς ἀνδρικωτέροις καιρὸν ἔχοντος προβαίνειν ἐπιτηδεύμασιν, ἐξέλιπε τὸν βίον ὁ φύσας πατὴρ, καὶ πρὸς

D τὸ ἐκεῖθεν ἀπῆρε καταφασιν. πένθος δὲ καὶ θρῆνος καὶ οἰμωγὴ, ὡς εἰκὸς, ἐπεκώμαζε· χηρεία πεζὴ τὴν μητέρα, καὶ ὀρφανία πεζὴ τοὺς τὴν ἐ κρατίστους, καὶ αἱ ἐντεῦθεν ἀνίαι ἐ θλίψεις ἑφοντο· Ἐπῆρεν δὲ ἐ φροντίδων ὄγκος, τοὺς καὶ τὸν βίον διοικήσοντας ἔτι καὶ. ἐρρᾴετο δὲ πρὸς τοῦτο εὐθὺς πᾶσα ἡ περὶ τὸν οἶκον ἐπιμέλεια, καὶ ἡ φροντὶς τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν. Ἐπεὶ δὲ ἡ ἀπὸ γεωργίας ἐπικουρία μικρά τε καὶ ἀγεννὴς ἐδόκει αὐτῇ, ἐβουλεύετο πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἰσιέναι, καὶ τὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐπιδείξασθαι, κἀντεῦθεν ἑαυτῇ τε καὶ τοῖς αὐτῆς προστησόμενα τὰ δέοντα, καὶ μεγαλοφρονοῦσι τὴν προσοῦσαν ἐπιδείξασθαι ἐ προμήθειαν. ἦδει γὰρ ἐν ταῖς μεγάλαις, καὶ μᾶλλον ταῖς βασιλευομένοις τῶν πόλεων, τὰς δεξιὰς φύσεις εὐδοκιμεῖν, καὶ τὰς τῶν ἄλλων κατά τι προέχοντας, ἐπὶ λαμπροτέρας τύχης γωνίζεσθαι· ἐν δὲ ταῖς ἀδοξοτέραις τῶν πόλεων καὶ πενιναῖς, ὥσπερ ἐν ταῖς κωμητικαῖς ἀστροφαῖς, ἀμαυροῦσθαι καὶ * φθίνειν ταῖς ἀρεταῖς, καὶ αὐτὰς ὑφ' ἑαυτῶν ἐν τῷ μὴ ἐπιδείκνυσθαι μηδὲ θαυμάζεσθαι, πρὸς τὸ ἐξίτηλον χωρεῖν καὶ μαραίνεσθαι. Ἐν πᾶσι μὲν ἡ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἴσοδος ἐδόκει αὐτῇ λυσιτελὴς καὶ συμφέρουσα· ἀνθεῖλκε δὲ καὶ κατεῖχεν ὁ τῆς μητρὸς πόθος, καὶ

* Barb. φθείρειν.

τὸ θέλειν ἐπικουφίζειν παύειν τὰ δυσχερῆ· αὐτῆς ἐ-
κείνης μάλιστα τὰς γηροτρόφους ἐλπίδας προβαλλομέ-
νης, καὶ πλεῖ ἐγγύθεν ἀπαιτούσης ἐπικουρίας καὶ ὑπερ-
γίαν ἐν τοῖς καθήκουσι.

ιά. Ἐπεὶ δὲ κυβερνήτην ἔδει τὸ θειαγενέσθαι βα-
σιλέα, καὶ τόπον πρὸς ὃν αἴφνιδιον μὴ μικρὸν ὁδῷ
βαδίζοντα ἀπελθεῖν, ὀνειράτων ὄψεις πείθουσι τὴ μη-
τέρα ὑπεικούσας αὐτῇ, καὶ ὑπεῖξαι τὴ πρὸς τὴν πόλιν
ὁρμῆς· μᾶλλον δὲ αὐτὴ ἐκείνῳ παρορμῆσαι αὐτὴ καὶ
προτρέψασθαι τὴ βασιλεύουσαν πόλιν καταλαβεῖν, καὶ
ἐπιδείξασθαι τὴ τῆς ψυχῆς λειμῶνα, καὶ τὰ τῆ γυναικὶ
φρονήματος προτρήματα. Εἰδέναι γὰρ ποτε ὄναρ ἡ
μήτηρ ὁρᾷ, μέγιστον ἐξ αὐτῆς ἀναβλαστῆσαι φυτὸν, ὡς
ἡ Κύρου μήτηρ εἶδε τὴ ἄμπελον, καὶ τῦτο ἐπὶ τὴ οἰ-
κίας αὐτὴ ἑστᾶναι, ἄνθεσί τε κομῶν καὶ καρπῷ βρί-
θον, χρυσοειδῆ τε εἶναι τὸ ἀπὸ γῆς τῦτο μέγα στέ-
λεχος, καὶ τὸ κλάδος καὶ τὰ φύλλα χρυσοειδῆ. Τῦτο δὲ
πρός τινα τῶν συνήθων, καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα κατδυ-
σωπῶν δοκούντων διηγησαμένην, ἐπὶ λαμπρᾶς καὶ
μεγάλης τύχης ἑστῶσαν δηλοῦν τῷ υἱῷ αὐτὴ ἅπασι.
Καὶ αὖθις δὲ μετὰ τινὰ χρόνον ὀλίγον ὁρᾷ κατὰ τὸν
ὕπνους ἄνδρα τινὰ γηραιὸν, ἐκ πῦρ ἐκχέοντα ἀπὸ τὸ
στόματος, ἐμφρόνδην λέγοντα πρὸς αὐτὴ, Ὅτι ὁ ἀ-
γαπώμενος ὑπὸ σῦ ὁ υἱός σου Βασίλειος, τὴ τῶν
Ῥωμαίων βασιλείας παρὰ Θεῦ τὰ σκῆπτρα ἐγχειρι-
σθήσεται, καὶ δεῖ σε προτρέψασθαι τῦτον πρὸς τὴν
Κωνσταντινούπολιν εἰσελθεῖν. Ἡ δὲ πρὸς τὸ χαρμό-
συνον τούτῳ ἀγγελίαν ἐξαχθεῖσα, καὶ πλήρης γε-
νομένη χαρᾶς, προσεκύνησέ τε τὸ γηραιὸν ἐκεῖνον,
καὶ, Τίς εἶ, εἶπεν αὐτῷ, ὦ Κύριέ μου, ὁ μὴ ἀναξιώ-
σας ἐποφθῆναι τῇ δούλῃ σου, ἀλλ' ἄντως εὐφρόσυνα ἀγ-
γέλια προσκομίσας μοι; ὁ δὲ, Ἠλίας, φησὶν, ὁ
Θεσβίτης εἰμὶ· καὶ ἀπέπτη τῶν ὀφθαλμῶν. Διεγει-
θεῖσα οὖν ἐκείνη, καὶ τῇ δέξασθαι ταύτας ὄψεσι, μᾶλ-
λον δὲ θείαις ὑποκαλύψεσιν οἷον ἀναπτερωθεῖσα καὶ
ζωπυρήσασα, προθύμως αὐτὴ παρώρμα καὶ ἐξέπεμπε
τὸν υἱὸν πρὸς τὴ βασιλεύουσαν· καὶ οἷα μήτηρ ἐνθέτει
καὶ παρεκάλει, τόν τε θεῖον φόβον διλωτικῶς ἔχειν ἐν τῇ
ψυχῇ, καὶ νομίζειν αἰεὶ τὴ τῆς προνοίας ὀφθαλμὸν πάσας
πρᾶξιν αὐτῆ καὶ πᾶν νόημα ἐφορᾶν, καὶ μηδὲν ἀνάξιον τῆ
τοιαύτης ἐφορείας σπουδάζειν· ἀλλὰ τῇ πρεπόντι κα-
τασήματι τὰς οἰκείας ἀρετὰς ἐπιδείξασθαι, καὶ ἐν μη-
δενὶ τῶν προγονικῶν καταισχῦναι εὐγένειαν. . . .

192. ιβ. Ἀρξαμένου [192] ἐκ Μακεδονίας τὴ Θρᾴκης πρὸς τὴν
ἄρχουσαν ταύτην τῶν πόλεων πασῶν ἐπορεύετο, τῶν δυνατῶν
τινι καὶ πειρατῶν προσμίξαι βουλόμενος, εἰς θερα-
πείαν καὶ δουλείαν αὐτῷ ἑαυτὸν ὑποτάξαι καὶ καταστῆσαι·
καὶ τὸ μεταξὺ ἁρπάσας ἅρπαγμα, καὶ κατὰ τὰς χρυσᾶς πύ-
λας τὴ βασιλίδος γενόμενος, καὶ δὴ αὐτῇ, ἤδη καταφε-
ρομένης τῆς ἡμέρας, εἰσελθὼν, πλησίον τυγχάνοντι
193. τῷ τὴ ἁγίου μάρτυρος Διομήδους [193] προαστείλαιον μονα-
στηρίῳ, καὶ ἀπὸ τὴ ὁδοιπορείας κοπάκοπος ὤν, αὐτῷ πῃ
πρὸ τὴ πυλῶνος ἐν τοῖς ἐκεῖσε βάθροις ἀμελῶς πως
ἐπιῤῥίψας ἑαυτὸν ἀνεπαύετο. Καὶ δὴ περὶ πρώτην τυ-
χὸν φυλακὴν νυκτὸς, ὅναρ τῷ τὴ μονῆς Καθηγουμένῳ
ὁ μάρτυς Διομήδης ἐφίσταται, κελεύων περὶ τὴ πυλῶ-
να τῆς μονῆς ἐξελθεῖν, καὶ ἐξ ὀνόματος καλέσαι Βα-
σίλειον· καὶ ὃς ἂν αὐτῷ ὑπακούσῃ καλοῦντι, τῦτον
εἰσαγαγὼν εἰς τὸ μοναστήριον, καὶ ἐπιμελείας ἀ-
ξιῶσαι, τροφῆς τε καὶ σκέπης καὶ ἐνδυμάτων, καὶ πά-

A quod ejus levare molestias vel maxime cuperet; quodque adeo illa alendæ spes senectutis objiceret, vicinamque opem ac obsequium, in his quæ officii essent, depoſceret.

VIII. Quoniam tamen necesse erat ut victoriæ partes divino consilio cederent, paulatimque quasi via, ad quod fuerat præordinatus, Basilium decebat ascendere, somniorum visa matri suadent, *Edit. Paris.* ut illi morem gerat, ac acquiescat volenti se in Urbem conferre: quinimmo ipsa in eam rem eum incitet, ac adhortetur, ut Byzantium veniat; ver- Basilii fortunanque gratiis animi pratum, ac generosæ mentis præstantes dotes exhibeat. Videbatur enim sibi quandoque parens in somnis videre, Maximam ab ipsa enasci arborem (velut olim Cyri mater vitem viderat) eamque supra domum stantem, comantem floribus fructibusque onustam. Majorem e terra stipitem (truncum scilicet) aureum surgere, ramosque & folia, auro rutila præferre. Cumque necessariorum cuidam earumque rerum conjectori existimato idoneo, rem retulisset, Claram hæc audivit, magnamque filio portendere fortunam. Rursusque non multo post, videt in somnis Virum senio gravem, ignem ex ore mittentem, in hæc clare verba ipsam alloquentem, *Charissimo tibi filio Basilio, concredenda a Deo sunt Imperii Romani sceptra ac gubernacula; ideo necesse est horteris eum, ut Constantinopolim vadat.* C Mater jucundo hoc nuntio diffusa plenaque gaudio, Senem venerata, *Ecquis*, inquit, *tu Domine mi, qui mihi ancillæ tuæ non solum apparere dignatus es, sed & nuntium sic lætum afferre?* Cui ille, *Elias*, inquit *Thesbites sum*; atque hoc dicto ex oculis evolavit. A somno ergo excitata, faustisque hisce visis (seu potius divinis revelationibus) spe sublata novaque flamma accensa, alacris ipsa filii hanc profectionem urgebat, & ut Augustam Urbem peteret, incitabat; proque matris munere admonebat ac ob- S. Elia Prophetæ visio. secrabat, ut & Dei timorem continue in animo haberet, ejusque providentiæ oculum, suas omnes actiones animique D sensa ac rationes inspicere existimaret, eaque inspectione indignum aliquid moliri serio caveret, sed convenienti modestia animique præsentia, suarum specimen virtutum daret, nec ullo scelere aut noxa avitam ingenuitatem macularet.

IX. Profectus ergo ex Macedonia Thraciæ, ad hanc Urbem omnium Reginam iter arripuit, hoc animo agitans, ut se potentiorum cuidam, illustriumque virorum adjungeret, illiusque obsequiis ac servicio operam studiumque addiceret. Emensoque itinere, & cum ad Urbis Aureas portas venisset, inclinata jam ac deposita, per eas, ingressus die, ad sancti Martyris Diomedis Monasterium, quod prope erat, acce- *pag.* 140. dens, ex via fessus, ibidem pro foribus in gradibus pro vestibulo positis, sic neglectim projecto corpore, quiescebat. Ex ecce, circa primam fere noctis custodiam, Martyr Diomedes Monasterii Præfecto in somnis astans, ad fores Monasterii jubet exire, exque nomine Basilium compellantem, quisquis vocanti obaudierit, hunc inducere in Monasterium ac curare diligenter, ciboque & tecto & vestimentis, omni denique

Diomedis Martyris de Basilio visum.

necessario cultu ac obsequio, quoad-per facultatem licuerit, impartiri atque fovere. *Esse enim a Deo unctum in Imperatorem, ipsumque extruendo augendoque Monasterio operam quandoque collaturum.* Verum cum ille, visum temere oblatum, inaneque mentis commentum arbitratus, quod ita conspexerat, nullo loco præceptum habuisset, sed se rursum somno dedisset, eadem iterum videt, auditque. Et cum adhuc etiam segnior somnoque gravis, ut videbatur, se non colligeret, tertio Martyrem videt, non jam blande ac hilariter præcipientem, sed atrociter minitantem, plagasque, ut apparebat, inferre tentantem, ni citius jussa præstaret. Tunc itaque velut ægre emergens, mortique vicinum somnum oculis excutiens, ad fores venit; & ut ei Martyr præceperat, ex nomine vocat, *Basili*. Cui ille statim respondit, *Ecce ego, Domine. Quid jubes servo tuo?* Introducens vero in Monasterium, cum squallore ac sordibus obsitum, Solisque ardoribus longe exustum conspexisset, convenientem curam obsequiumque adhibuit, ac omni humanitate accepit. Tum monens ut secretum penes se teneat, caveatque cuiquam evulgare ob rei periculum, Martyris illi indicat vaticinium, & ut post eventum meminisset, jurejurando obstringit. Cum autem Basilius nec acceptare videretur, ut quod res ejus modum excederet, sed potius rogaret, ut ejus insinuatione, nobiliorum cujusdam obsequiis pro comitatu operam addicere liceret; impigre se præstiturum Præfectus in se recepit. Quodque Monasterio familiarius utebatur, sæpiusque amice invisebat, Michaelis Imperatoris Bardæque Cæsaris consobrinus (Theophilitzen quasi subblandiendo, ac minuendi forma, vocabant; cognomen viro Pædevomeno) ei Præfectus Basilium commendat. Erat enim minor hic Theophilus magnis cogitationibus inflatus, nec a magnificentia abhorrens, sed qui viros strenuos, formæque elegantia ac statura conspicuos, potissimumque fortitudine atque robore præstantes, in comitatu habere studebat, sibique illis placebat, ac honestari ambiebat. Vidisses statim sericis indutos, ac reliquo cultu egregie ornatos. His adlectum recens admodum quæstum juvenem Basilium, ac tum corporis robore tum animi virtute longe reliquis præstare visum, suum Protostratorem fecit; majorique in dies amore prosequebatur, ac pro eximiis ejus dotibus admirabatur. Cernebatur enim & manu strenuus atque animo prudens, & ad præstandum quicquid injunctum esset, oppido promptus & solers.

Theophilitzi adlectus Basilius.

Edit. Paris. pag. 141.

X. Ejus porro mater continue quiritans, mœrensque ac dolens quod nondum didicerat, quam illi prospere cessisset profectio, quam susceperat, ingentem rursus in somnis videt arborem Cupresso similem in implovio suo stantem, aureis foliis frondosam, ramisque aureis ac trunco diffusam, in cujus vertice Basilius ipsius filius assidebat. Expergefacta igitur die sequenti, mulieri cuidam religiosæ, quæ velut * Anna illa, die noctuque a divino Templo non discedebat, sed orationi & jejunio vacabat, visum narravit. Jussit illa bono animo

Altera arboris visio.

Luc. 2. 36.

Α σης μεταδόσει τ ἐνδεχομένης χρείας καὶ θεραπείας κεχρισμένος δὲ εἰς Βασιλέα τυγχάνει παρὰ Θεοῦ, καὶ αὐτὸ μέλλειν εἰς ἀνοικοδομὴν & αὔξησιν τ παρούσης γνώσθαι μονῆς. Ὡς δὲ φαντασίας ἄλλως καὶ κενὸν ὀνείρου ἀπάπλασμα δόξαι τὸ ὁραθὲν, ὁ Ηγούμενος ἐν ὕπνῳ λόγῳ ἔφερε, ἀλλὰ πάλιν ἑαυτ τῷ ὕπνῳ ἐκδίδωσιν, ἐκ δευτέρου βλέπει καὶ ἀκούει τὰ ὅμοια. ὡς δὲ καὶ ἔτι νωθὴς & ὑπνώδης, ὡς ἔοικεν, ὢν, ἐκ τρίτου βλέπει τ Μάρτυρα, μηκέτι ἁπλῶς καὶ ἱλαρῶς παρακαλοῦντα, ἀλλὰ σφοδρῶς ἀπειλοῦντα, καὶ μάστιγας τῇ δοκεῖ ἐπιφέρειν πειρώμενον, εἰ μὴ θᾶττον ὑπηρετήσει πρὸς τὰ λεγόμενα. Τότε δ' οὖν μόλις ἔοικεν ἀναπτῆξας, καὶ τ χεῖρα θαλάττι ὕπνου τ ὀφθαλμῶν ὑποτινάξαμενος, πυλῶνι ἐφίσταται, καὶ κατὰ τὸ τ Μάρτυρος πρόσταγμα ἐξ ὀνόματος καλεῖ, Βασίλειε. Ο δ' ἐνὸς ἀπεκρίνατο Ἰδοὺ ἐγὼ, Κύριε, τί προστάσεις τῷ δούλῳ σου. Εἴσω δ' αὐτ τ μονῆς ποιησάμενος, καὶ ἰδὼν ῥυπῶντα καὶ ἀχμῶντα, καὶ πολὺ ἐπὶ τῷ προσώπῳ ἥλιον φέροντα, τ ἄθεσον ἐπιμέλειας καὶ θεραπείας ἀξίωσι, καὶ πάσης φιλανθρωπίας μετέδωκεν. εἶτα τὸ μυστήριον παρ' ἑαυτῷ φυλάττειν καὶ πρὸς μηδένα ἐκλαλῆσαι ὑφ' τὸ κινδυνώδες ἐπισυμβάντος, τ τ Μάρτυρος αὐτῷ ἐφαπάντων πρόρρησιν, & πρὸς τὸ μνησθῆναι μὴ τ ἐκβατὸν ἀπεθάλισατο. τ δ', ὡς ὑπὲρ αὐτ ὄντος τ πράγματος, μηδὲ παραδέχεσθαι δόξαντος, ἀλλὰ μᾶλλον δι' αὐτῶ ἀξιοῦντος ὑποκατάθεσθαι, καὶ πρὸς δυλείαν δοθῆναι τ ἐμφανεστέρων τινὶ, προθύμως ἑαυτ ὡς τοῦτο ἐπίδωσιν ὁ Ηγούμενος. Καὶ ἐπεὶ συνήθως εἶχε πρὸς τ τοιούτῳ μειρακίῳ, καὶ πολλάκις ἐτύγχανεν ἐκεῖσε φιλίας φοιτ ὁ τ Βασιλέως Μιχαὴλ καὶ Βάρδα τ Καίσαρος συγγενὴς, ὃν ὠνομακεζόμενοι Θεοφιλίτζιν ἐκάλουν, ἐπωνυμίαν φέροντα τ Παιδομένου, τότε συνίστησι τ Βασίλειον ὁ Ηγούμενος· ἐτύγχανε γάρ πως τὸ Θεοφιλίδιον τοῦ γαύρου ὄν τῷ φρονήματι, καὶ μεγαλοφροσύνης οὐκ ἀμέτρου, ἀλλὰ ὡς ἀνδρὶ ἔχον γενναίας ἄνδρας καὶ ἐπιδεξίους καὶ τολμηρὰς, καὶ ἐπ' ἀνδρείᾳ μάλιστα καὶ ῥώμῃ σώματος ἀφέροντας κεκτῆσθαι περὶ αὐτ, καὶ ἐπὶ πᾶσι μέγα φρονεῖν καὶ σεμνύνεσθαι· ὃς τοὺς ὁμοίως ἐπὶ ὄψιν σεμνοὺς τε καὶ κεκομμένους ἰδὼν, & τῇ ἄλλῃ παντοδαπῇ ἀρετῇ πρέποντας, πάντας καταλιπὼν τ τιμιωτάτην Βασίλειον, κατὰ πολὺ προέχειν δόξαντα τ λοιπῶν, κατά τε σωματικὴν ἀλκὴν καὶ ψυχικὴν ἀνδρείαν, Πρωτοστράτορα αὐτ ποιεῖται ὁ Θεόφιλος, καὶ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἐπὶ πλέον ἠγάπατο παρ' αὐτ, καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ προτερήμασιν ἐθαυμάζετο. ἐφαίνετο δὲ καὶ κατὰ χεῖρα γενναῖος καὶ κατὰ ψυχὴν σύνετος, καὶ πρὸς τὸ καλλόμενον παρ' ὀξὺς τε καὶ ἐπιτήδειος.

ι'. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτ διλωτικῶς ποτνιωμένη περὶ αὐτ, καὶ χαλεπὸν μανθάνειν, πῶς αὐτῷ τὰ τῆς ἀποδημίας ἐυώδωται, δυθυμοῦσά τε καὶ ἀχάλλωτα, βλέπει πάλιν κατὰ τὸν ὕπνους μέγα φυτ κυπαρίσσῳ προσοικὸς, καὶ κατὰ τ αὐλὴν αὐτὸς ἑστὸς, φύλλοις τε χρυσοῖς πυκαζόμενον, καὶ χρυσᾶς τὰς κλάδους καὶ τὸ στέλεχος ἔχον, ὑπερ ὑπερθεν ὑπερ κορυφῆς ὁ παῖς υἱὸς Βασιλείου ἐκαθέζετο. Διυπνισθεῖσα δὲ, καὶ μεθ' ἡμέραν τινὶ τ εὐλαβῶν γυναικῶν, ἃ νυκτὸς καὶ ἡμέρας κατὰ τ Λουκᾶν ἐκκλησίαν ἀφίστατο ναοῦ τ Θεοῦ παν, ἀλλὰ ταῖς εὐχαῖς & νηστείαις ἐσχόλαζε, τὰ τῆς ὄψεως διηγήσατο. Η δὲ, ὠθυμεῖτε τε πα-

194.

πε παρήνεσε ἐπὶ τῷ υἱῷ, καὶ τὸ ὁραθὲν ἐκπεφάνσα, βεβαίως δηλοῖ ἀπεφήνατο, Βασιλέα Ρωμαίων γενέσθαι σε τὸν υἱόν. Τοῖς προτέραις οὖν καὶ τοῦτο προσλαβοῦσα λοιπὸν ἡ μήτηρ, οὐκ ἔτι περὶ αὐτῷ ἐδυσφόρει οὐδ' ἤχθετο, ἀλλὰ τρεφομένη ταῖς ἐλπίσι, καὶ τὸν ἄνωθεν ἀντίληψιν ἐκδεχομένη, ἀνέθαλλεν.

ια'. Συνέβη δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἐν νόσῳ τῷ Βασιλέως Θεόφιλον, καί τινας τῶν δημοσίων διαλόγων, παρὰ τοῦ βασιλέοντος Μιχαὴλ καὶ Βάρδα τοῦ Καίσαρος, ἀποσταλῆναι εἰς Πελοπόννησον. συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Βασίλειος, εἰς ὃ ἀφορισθεῖσαι αὐτῷ διάκονος καθυπουργῶν. γενόμενος δὲ κατὰ τὰς Πάτρας ἡ Αχαΐας ὁ εἰρημένος Θεόφιλος, εἰσῆλθεν εἰς τὸν τοῦ πρωτοκλήτου Ἀποστόλου Ἀνδρέου ναὸν προσευξόμενος. ὁ δὲ Βασίλειος, περὶ τὴν οἰκείαν διακονίαν, ὡς ἔοικεν, ἀσχολούμενος, οὐ συνῆλθεν αὐτῷ, ἀλλ' ὕστερον καταμείνας τὸ ὀφειλόμενον καὶ αὐτὸς τῷ Ἀποστόλῳ σέβας ἀποδώσων, πρὸς τὸν αὐτὸν ναὸν παραγίνεται. Μοναχός δέ τις ἐκεῖσε κατοικῶν τὰς ἀφετείας, [191] καὶ ἐπὶ πλείστον χρόνον ἐν τῷ τοῦ Ἀποστόλου χολάζων ναῷ, ἡνίκα μὲν Θεόφιλον εἰσελθόντα ἰδὼν, οὔτε ἀνέστη, οὔτε ἠσπάσατο, οὔτε τινος ἠξίωσε ῥήματος· μηδὲ περὶ αὐτὸν, ὡς εἰκὸς, δορυφορίαν ἢ λαμπρότητα αἰδεσθείς. ὕστερον δὲ τοῦ Βασιλέως εἰσερχομένου, ὑπεξανέστη τε ὡς τινι τῶν κρειττόνων, καὶ ἐξ ἔθους τοῖς Βασιλεῦσιν ἐφημίσατο προσήνεγκε. ὅπερ τῶν ἐκεῖσε τυχόντων ἰδόντες καὶ ἀκηκοότες τινὲς, τῇ κατὰ τὸν τόπον ἐκείνης ἀγαπωμένῃ γυναικὶ, ἣν Δανηλὶς ὑπὸ τῶν πάντων ἀνδρὸς ὠνομάζετο, ἀπαγγέλλουσιν. Ἐκείνη δὲ, ὡς πείρᾳ τὸν μοναχὸν γνώσεται, ὅτι προφητικῷ χαρίσματος κατῄξιται, οὐκ ἐγένετο περὶ τὸ λιχθὲν ἀμελής· ἀλλὰ μεταπεμψαμένη τὸν μοναχὸν, δεῦρο προσκαλίζεται. Τοσοῦτος χρόνος, ἐξ οὗ σοι γνώριμος, ἔφη, τυγχάνω, πάτερ πνευματικὲ, καὶ οἶδας με πάντων ὧν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς, καὶ τῷ ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ ὑπερέχουσαν καὶ προάρχουσαν, καὶ ἀδέκοτε ὅτ' ἐπιχειρήσῃς θυμάμβρῳ μι, ὅτι ἐπαύξω μοι, ἀλλ' ἀεὶ τῷ υἱῷ, ἢ τῷ ἐκγόνῳ μου τοιαύτῃ τιμῇ ἀπέκεισαι. καὶ πῶς νῦν ἄνθρωπον ἀτιμῇ καὶ ξένον, μηδὲ γνώριμον τοῖς πολλοῖς ἰδὼν, καὶ ὑπεξανέστης, καὶ ὡς Βασιλέα ἐτίμησας; Ὁ δὲ ἀλαβὼς ἐκεῖνος μοναχὸς πρὸς αὐτὴν ἀπεκρίνατο. Ὅτι μὲν οὐ λέγεις, ἔνα τῶν τυχόντων εἶδον τὸν ἄνδρα ἐγὼ, ἀλλ' ὡς μέγαν Βασιλέα Ρωμαίων ὑπὸ Χριστοῦ κεχρισμένον εἶδον, καὶ ἐξανέστην καὶ ἐπεφήμισα. τοῖς γὰρ ὑπὸ Θεοῦ τετιμημένοις, ὀφειλομένη πάντως ἐστὶ καὶ ἡ ἐξ ἀνθρώπων τιμή. διατείψαντος τοίνυν ἐν τοῖς ἐκεῖσε μέρεσι ἐπὶ χρόνον τινὰ τοῦ Κυρίου τοῦ Βασιλέως, καὶ τὰς ἐπιτραπείσας αὐτῷ τῆς δημοσίας διακονίας ἀνύσαντος, καὶ ἀνατρέχειν πρὸς τὴν βασιλεύουσαν μέλλοντος, ἐπεὶ ἔτυχε ἀσθενείᾳ σώματος ληφθεὶς ὁ Βασίλειος, αὐτόθι καταλιμπάνεται. ἐπιμελείας δὲ τὴν ἀρχοντίσσης τυχὼν, μετ' ὀλίγον τινὰ τὴν τάχιστα κρείττων ἐγένετο, καὶ πρὸς τὴν ἀνοδον ἐαυτὸν ἑτοιμάζετο. μεταπεμψαμένη δὲ αὐτὸν ἡ προρρηθεῖσα γυνὴ Δανηλὶς, πολλοῖς καὶ μεγάλοις δέξεται χαρίσμασιν· ἐμφρόνως πάνυ καὶ σωφρόνως, ὥσπερ τινα σπόρον εἰς ἀγαθὴν αὐτὴν καταβαλλομένη χώραν, ἵνα ἁμήσῃ πολλαπλασίονα ἐν ᾧ δεῖ καιρῷ· δίδωσι γὰρ αὐτῷ καὶ χρυσὸν ἱκανὸν, καὶ ἀνδράποδα πρὸς ὑπηρεσίαν τελείους, καὶ

A esse de filio, visumque interpretata, certissime innuere affirmavit, *Basilium ejus filium Romanorum Imperatorem fore*. Jam itaque prioribus aliis istud quoque mater præsagium adjungens, haud amplius mœrebat ac discruciabatur, sed spe bona lactata, expectansque divinum auxilium, senectam recreabat.

XI. Contigit autem per hoc tempus, ut Basilii herus Theophilus, exposcentibus publicæ rei negotiis, a Michaele Imperatore & Barda Cæsare in Peloponnesum mitteretur. Fuit & Basilius illi comes; cui addictus erat ministerio, in comitatu navans operam. Veniens autem Patras Achajæ, quem dicebam, Theophilus, in sancti Andreæ primum vocati Apostoli, preces oblaturus, Templum ingreditur. Basilius autem, circa ministerium suum, ut par est, occupatus, cum illo minime intravit; sed postea seorsum, debitum & ipse cultum Apostolo redditurus, ad idem Templum venit. Quidam vero Monachus illic sedes habens, ac temporis partem longe maximam terens, Apostoli Templo assiduus, Theophilum ingredientem videns, nec assurrexit, nec illi bene precatus, ac nec verbo consalutandum duxit; nec stipantem cohortem, ut par est, reveritus, nec viri splendorem ac dignitatem. Postmodum vero intrante Basilio, velut uni ex dignioribus assurrexit, ac quam moris est Imperatoribus, salutationem adhibuit. Id ita gestum, cum præsentium aliqui in oculis vidissent audissentque, prænobili cuidam ac opulentissimæ, iis in locis, matronæ (cui a viro Danelis nomen) denuntiant. Illa vero, quæ certo sciret experimento, Monachum futurorum præscientiæ dono decoratum esse, nihil segnis dictum arripuit. Accersito itaque Monacho, in hæc fere verba exprobrabat. *Tot anni sunt, Pater spiritalis, ex quo tibi nota sum; nec plane latet, quam pro vulgi ratione me longe præstare, locique incolis præcellere, ac in eis quasi principem esse; numquam tamen videns assurrexisti, aut bene precatus es; ac neque filio meo aut nepoti, ejusce-modi honorem detulisti. Quid igitur causæ est, cur nunc vilem hominem & peregrinum, nec vulgo notum, videns, & assurrexeris, & Imperatoris honore colueris?* Cui pius ac religiosus Monachus, *Non ut tu loqueris, unum quem e vulgo vidi; sed velut magnum Imperatorem a Christo unctum conspexi, & assurrexi, faustisque ominibus prosecutus sum, ac ei acclamavi. Quos enim Deus honoravit, his prorsus etiam humanus honor debetur & cultus.* Postquam igitur Basilii herus tempus aliquod in Achaja moratus, expletisque quæ illi injuncta erant, publicis negotiis, Byzantium erat reversurus; Basilius, quod eum morbo corripi contigerat, ibi relinquitur. Convenienti autem cura ei adhibita, brevi morbo levatus, ad reditum se & ipse accingit. Accersens vero, quam dicebam, matrona Danelis, multis magnisque eum donis accipit; prudenter omnino ac sapienter velut sementem quamdam in bonum arvum mittens, ut longe multiplices inde fruges locupletem messe opportuno tempore decerperet. Dedit enim illi cum justam satis auri vim, tum triginta ad obsequium mancipia; in vestibus quoque aliaque diversi generis supellectili, opes nimias numera-

[191] Edit. Paris. pag. 142.

Monachi vaticinium & salutatio Basilii quasi Imperatoris.

Religiosæ matronæ & opulentæ in eum officia.

vit, nihil aliud ab eo prius exigens, quam ut spiritalis fraternitatis necessitudinem cum Joanne filio suo necteret. Rejiciebat ille, velut supra facultatem ac dignitatem, quod sic ea poscebat, pro matronæ scilicet, quæ videbatur, claritate, suaque ipsius, quantum oculis cernebatur, abjecta vilique sorte. Ea tamen magis magisque hortante atque rogante, animum tandem accommodavit. Tum mulier, velut majori assumpta fiducia, ad eum palam inquit, *Magnum Te Deus virum habet, magnoque honore est exaltaturus. Ad me quod attinet, aliud a te nihil exigo, nihil quæro, quam ut diligas, ac nostri misereris.* Basilius, Omnem eam provinciam, si fieri posset, illius se juris facturum pollicetur, dum res dicto successerit. Sicque inde profectus, ipse quoque ad Urbem Augustam, & ad herum redit. Porro ex cumulatis inde pecuniis, ingentia prædia in Macedonia redemit, satisque affines omnes & consanguineos ditavit; ipseque, quemadmodum virtutibus, sic & possessionibus & pecuniis auctus, diversque effectus est. Mansit tamen cum hero, illius hactenus obsequio addictus.

Edit. Paris. pag. 143.

XII. Quodam die Antigonus Patricius & Scholarum Domesticus, solemni mensæ apparatu in Regiis ædibus in propinquo Regiæ atrio, opiparoque instructo convivio (κλητόριον vocant) patrem suum Bardam convivatorem ac epulonem facit. Cæsar, una secum Senatus primates, affinesque ac necessarios assumens; præterea quoque amicos Bulgaros, ex more tunc Constantinopoli morantes, ad convivium venit. Intererat epulis & Theophilus Basilii herus, eo quod etiam ipse Cæsaris consanguineus erat: sed & Constantinus Patricius, Thomæ Patricii pater, nostro hoc ævo Cursus Logothetæ, vir in rebus Philosophicis summi ac plane integerrimi. Porro Bulgari semper jactandi fastu insolentes ac gloriabundi, cum secum Bulgarum haberent corporis viribus torisque præcellentem, primasque in lucta sibi vendicantem, quem vix ullus usquam hactenus lucta dejecisset, haud ferendum putabant ut sibi de illo aliquid tribuerent, nisi supra modum arrogantes pene insultarent. Comporatione itaque procedente, ac hilaritate in mensa effuse tripudiante, ait pusillus ille Theophilus ad Cæsarem, *Habes, Domine, hominem in comitatu, qui, si jusseris, cum famoso illo Bulgaro si luctaturus. Maximo enim probro Romanis cedet, nec ullus erit qui illorum arrogantiam ferat, si ipse in Bulgarum a nullo superatus redierit.* Jubet Cæsar ita præstari; isque, cujus meminî, Constantinus Patricius, amicitiæ nexu Basilio conjunctissimus, quippe qui & ipse ex Armeniis originem trahebat, videns subhumidum arenæ solum, qua colluctatum erant, veritusque ne per ejus lubricitatem Basilius pede offenderet ac laberetur, Cæsarem rogat, ut scobe lignorum locum conspergi præcipiat. Factum est; conseritaque Basilius lucta cum Bulgaro citius prehendens, atque constringens, velut levem exsuccumque fœni manipulum, aut ex lana vellus aridum ipsumque lexe, haud magno molimine in mensam levans, allisit. Eo facinore, nemo præ-

Κλητόριον quasi regales epulæ.

Thomæ Logoth. Cursus elogium.

pag. 144.

ἐν ἱματισμῷ καὶ διαφόροις εἴδεσι πλοῦτον πολλὸν, μηδὲν ἕτερον ἐπιζητῶσα τὸ σφέτερον παρ' αὐτῆ, ἢ τὸ ποιήσασθαι τὴν πνευματικὴν ἀδελφότητα συνάψασαν πρὸς Ἰωάννην τὸν τούτης υἱόν. Ὁ δὲ, ὡς ὑπὲρ αὐτὸν μᾶλλον ὄντα διετίθετο ἐπ' ἐκείνῃ, διὰ τὸ δέεσθαι τῆς γυναικὸς πειρωμένης, καὶ τὸ αὐτῷ κατὰ τὸ ὁρώμενον ἀνιᾶσθαι. ὅμως πλείονα παράκλησιν δεξάμενος ὑπ' αὐτῆς, τῷ πνεύματι. καὶ τότε οἰόνει ἐπὶ πλοίου θαρρήσασα, φησὶ φαιδρὰς πρὸς αὐτὸν, Ὅτι σε ὁ Θεὸς μέγαν ἀνδρωσε ἔχει, καὶ ἐπὶ μεγάλης μέλλει τιμῆς ἀνυψοῦν, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἐπιζητῶ ἀπ' σοῦ παρὰ σοῦ, πλὴν ἵνα ἀγαπᾷς καὶ ἐλεῇς ἡμᾶς. Ὁ δὲ τῆς γῆς ἐκείνης ἁπάσης εἰ δύναται, κυρίαν αὐτὴν ἀνεῖναι ὑπισχνεῖται, εἰ τύχοι ἐκεῖθεν ἀπαντήσας, εἴρηκέ τε καὶ βασιλεύσαντα καὶ τὸν αὐτῆς κύριον ἀπὸ δὲ τῆδε ἐντεῦθεν αὐτῇ προσγενόμενος χρημάτων μὴ τιμὴν ὑπερβάλλειν, ἐξωνήσατο κτήματα κατὰ Μακεδονίαν μεγάλα, καὶ κατέστησε ἐν αὐτοῖς ἅπαντας τοὺς προσήκοντας ἐκείνῃ, καὶ γέγονε πλούσιος καὶ αὐτὸς, ἅτε τοῖς ἀρίστοις, ὅτε δὲ καὶ τοῖς κτήμασι καὶ τοῖς χρήμασι. συνῆν δὲ ἔμως τῇ κυρίᾳ αὐτοῦ, καὶ διήκονει αὐτῇ.

ιβ'. Κατά τινα τῶν ἡμερῶν, Ἀντίγονος ὁ Πατρίκιος καὶ Δομέστικος τῶν σχολῶν [197] κλητόριον ἐν τῇ βασιλικῇ οἰκίᾳ, αὐλῇ κατὰ τὸν πλησιάζουσαν τοῖς βασιλείοις αὐλῇ, ἀποδόμενος καὶ πολυτελῶς ἐσκεύασατο, ἑστίασιν καὶ δαιτυμόνα ἐκ οἰκείου πατέρα Βάρδαν ποιούμενος. ὁ δὲ Καῖσαρ τῆς μείζονος τῆς Συγκλήτου καὶ τῆς οἰκείας παραλαβὼν, ἔτι τε συνήθους πρὸς τὴν ἰσχὺν ἄγων, συμπαραλαβὼν καὶ τῆς ἐκ τοῦ Βουλγάρου φίλης, συνήθως κατὰ τὸ τότε χωρὸν τῷ βασιλείῳ ἐνδιατρίβοντας. παρῆν δὲ τῇ ἑστιάσει καὶ Θεόφιλος ὁ τοῦ Βασιλείου Κύριος, οἷα συγγενὴς καὶ αὐτὸς τοῦ Καίσαρος. ἀλλὰ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Πατρίκιος, ὁ τοῦ καθ' ἡμᾶς Λογοθέτου τοῦ Δρόμου καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ἄκρου καὶ ἀδιαφόρως πεφυκὼς Πατρίκιος Θωμᾶ πατήρ. Οἱ δὲ Βούλγαροι ἀεί ποτε ὀγκώσεσι καὶ καυχήμασι τυγχάνοντες, ἔτυχε τότε μεθ' ἑαυτῶν Βούλγαρον ἔχοντες ἐπ' ἀνδρείᾳ σωμασύμβολον σώματος, καὶ ἄκρως ἐν παλαισμοσύνῃ ὑπάρχοντα, ὃν οὐδεὶς σχεδὸν μέχρι τότε τῶν προπαλαισάντων κατέβαλε, καὶ ἀπλήστως ἐδόκουν ἐν αὐτῷ φρονεῖν, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ μέτρον ἐπλαγιάζοντο. Τῷ δὲ πότῳ προϊόντες, καὶ θαμινείας χορδαύσεως κατὰ τὸ πρέπον, λέγει ὁ μικρὸς ἐκεῖνος Θεόφιλος πρὸς τὸν Καίσαρα, Ὅτι ἔχω δίκαιον ἄνδρα τοῦτον, ὃς ἐὰν κελεύσῃς ἐν παλαίσει μετὰ τοῦ περιβοήτου τούτου Βουλγάρου. μέγιστον γὰρ ὄνειδος τοῦτο Ῥωμαίοις, καὶ οὐδεὶς ὑπομενεῖ τὴν ἀλαζονείαν αὐτῶν, εἰ μὴ τὸν ἀκαταγώνιστον ἐν Βουλγάροις παραγενόμενον. τοῦ δὲ Καίσαρος γενέσθαι προσέχοντος, ὁ προμνησθεὶς Θεὸς Κωνσταντῖνος Πατρίκιος, πρόδηλα φιλίας πρὸς τὸν Βασιλέως διαιτώμενος, ἅτε καὶ αὐτὸς ἐξ Ἀρμενιακῶν ἁλὼς τὸ γένος, ἐπεὶ δίυγρον εἶδε τὸν τόπον, ἐν ᾧ διαγωνίζεσθαι ἔμελλον, καὶ τὸ ἐδαφιαῖον μήπως ὀλισθήσῃ τυχὸν Βασίλειος, εἶτα προτρέπεται γενέσθαι παρὰ τοῦ Καίσαρος ἐν ξύλοις ἐπιῤῥαφθῆναι πρόμασκον κατὰ τὸ ἔδαφος. οὗ γενομένου, συμπλακεὶς τῷ Βουλγάρῳ ὁ Βασίλειος, καὶ θέντος συμπίασας καὶ περιστρέψας αὐτὸν, οἷον διαμέτρου χόρτου κάρφος καὶ ἄψυχον, ἢ ἐξ ἱρίνου πόκου ξηρόν τε καὶ ἀλιφρὸν, οὕτω ῥᾳδίως

αὐτὸν ἐπάνω τραπέζης μετιωρίσας ἀπέρριψε. τῷ δὲ A ζηγοράτης, ἰδεῖν μὲν παρόντα λέγει, ὃς δὲ περιεπὶ τῇ θαύματι τοῦ Βασιλέως. Ἐκπλαγέντες δὲ καὶ οἱ Βούλγαροι τὴν περιουσίαν τῆς χειρὸς καὶ δυνάμεως, ἔμειναν ἐκστατοί. ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἤρξατο ἐπὶ πλέον ἡ τοῦ Βασιλείου φήμη εἰς πᾶσαν τὴν πόλιν διαφοιτᾶν, καὶ τοῖς ἁπάντων ἐνερείπτουσα στόμασιν, ὑπόβλεπτος ἤδη καθεστηκώς.

ιγ'. Ἦν δὲ παρὰ τῷ Βασιλεῖ Μιχαὴλ ἵππος ἀφιωτικὸς καὶ ἄπειτος, σκληραύχην τε καὶ ἀγέρωχος· τὰ δ' ἄλλα γενναῖος καὶ ἀγαθὸς, καὶ κατ' ἀλκὴν καὶ κάλλος καὶ τάχος, καὶ μέγας καὶ θαυμαστός· ὃς, εἰ τύχοι λυθεὶς τῆς δεσμῆς, ἢ ἄλλως πως ἀφεθείς, λίαν μὲν δυσχερὴς εἰς χεῖρας εὐθὺς ἐλθεῖν, ἐπολλὰ πράγματα πρὸς τὸ κατασχεῖν παρεῖχε τοῖς ἱπποκόμοις. συνέβη δέ ποτε τῷ Βασιλεῖ B πρὸς θήραν ἐξελθόντα, καὶ τοῦτον ἵππον ἐπιβεβηκότα, ἀποχειρίᾳ τινὶ ῥάβδῳ τυχεῖν λαγωοῦ. Ὡδὺς οὖν ὁ Βασιλεὺς θᾶττον ἐκ τοῦ ἵππου καθήλατο πρὸς τὸ σφάξαι τὸν λαγωόν. ἄρτιος δὲ ὁ ἵππος κατελειφθεὶς, ἀπισχίρτησε, καὶ πολλῶν συνδραμόντων, καὶ τῷ τε τῶν ἱππασίμων ἀρχόντων καὶ Μαγγλαβιτῶν, καὶ λοιπῶν τῶν περὶ αὐτὸν συγκυνηθέντων, οὐκ ἦν τινι δυνατὸν τὸν ἵππον λαβεῖν· ὅτε θυμωθέντα τὸν Βασιλέα κελεῦσαι, εἰ πραπθείη ἔχεσπᾶναι τοὺς ὀπισθίους αὐτοῦ τῶν ποδῶν. ὁ δὲ Καῖσαρ Βάρδας παρὼν ἐδεῖτο τοῦ Βασιλέως, μὴ ἐφ' μίαν κακίαν τοσαύτην ἀρετὴν ἵππου μάτην παραπολέσθαι· Οὗτω Βασίλειος συμπαρὼν τῷ κυρίῳ αὐτοῦ, λέγει πρὸς αὐτὸν, Ὅτι εἰ παραδράμω τὸν βασιλικὸν C ἵππον; καὶ λάθω τὸν ἐμὸν ἵππον ἐκπηδήσας ἐπορος αὐτοῦ γένωμαι, ἆρα μὴ ἐφ' τοῖς βασιλικοῖς φαλάροις κεκοσμῆσθαι αὐτὸν, ἀγανάκτησις παρὰ τοῦ Βασιλέως γένηται κατ' ἐμοῦ; τοῦ δὲ Βασιλέως ὑπομνησθέντος, καὶ κελεύσαντος τοῦτο γενέσθαι, ἑτοίμως καὶ δρομαίως ὁ Βασίλειος τοῦτο ποιήσειν· ὁ θαυμάσας ὁ Βασιλεὺς, καὶ ἀγαπήσας τὸν μετ' ἀνδρείας εὐφυΐαν αὐτοῦ καὶ σύνεσιν, εὐθέως λάβε τὸ καὶ εἰς τοὺς βασιλικοὺς κατάλογον Στρατόρας. Προσεῖχε δὲ καὶ μᾶλλον αὐτὸν, ὁρῶν αὐτοῦ τὸ πρὸς τοὺς ἄλλους ἐν πᾶσι διαφέρον κατὰ πολύ. διὸ καὶ πολλάκις ἐπιδεικνύμενον κατανύκτιον αὐτῷ, εἰς δὲ τὸν Πρωτοστράτορας ἀξίαν ἐβίβασε.

ιδ'. Μετὰ δὲ ταῦτα, κυνηγεσίῳ καταγαλθέντος εἰς D τὸ λεγόμενον Φιλοπάτιον, ὡς ὁ Πρωτοστράτωρ κατὰ τὸ τύπον προπορεύομενος τοῦ Βασιλέως· ἐπεφέρετο δὲ καὶ τὸ ῥόπαλον τὸ βασιλικὸν ἐπὶ τῆς ζώνης αὐτοῦ, ὃ Βαρδούκιον οἱδὲ καλεῖν ἐνεώθεσαν. Θορύβου δὲ κινουμένου ἀπὸ τοῦ συμπαντὸς πλήθους τοῦ κυνηγέσιου, ἐξέθορεν ἐκ τῆς ὕλης λύκος πανμεγέθεστατος, ὥστε σχεδὸν πάντας ἐκπλαγῆναι, καὶ εἰς παραχώρησιν ἐμπεσεῖν. ὁρμήσας δὲ κατ' αὐτοῦ ὁ Βασίλειος, καὶ ῥίψας ἐξ ὀπισθε τὸ βασιλικὸν Βαρδούκιον; ἔτυχε θεῖναι κατὰ τὸ μέσον τῆς κεφαλῆς, καὶ παύτην ἐδιχοτόμησεν. Ὁ δὲ Καῖσαρ ὀπισθεν τοῦ Βασιλείου κατὰ τὸ εἰωθὸς πορευόμενος, καὶ τὸ γεγονὸς θεασάμενος, εἶπε πρός τινας τῶν συνεπομένων σιωπῇ παρ' αὐτοῦ καὶ γνωσθέν· Ὅτι, οἱ μοι, πάσης ἡγεμονίας ἡμῶν τὴν κατάλυσιν ὁ ἄνθρωπος τοῦτος μέλλει γενήσεσθαι. καπεχάζετο γὰρ, καὶ τὸ πρὸς πάντα τύχειν εὐτυχίς τε καὶ ἀτυχίς, καὶ τοῦτο τοῦ Βασιλείου διάθεσιν πρὸς αὐτόν· οὐ μόνος δὲ, ἀλλὰ καὶ παρὰ Λέοντος, φασὶ, τοῦ τὰ πάντα ἐπὶ παντοδαπῇ σοφίᾳ πρωτεύοντος ἀκοῦσαι αὐτὸν, ἐκ τοῦ πολλάκις περὶ τούτου πυνθάνεσθαι τοῦ ἀνδρὸς, σφᾶς μὲν, Ὅτι ἐκ τινος ἐσκεπτόμεθα τινὰς ὑμεῖς κατάλυσιν τῆς ὑμῶν γε-

sentium fuit qui non Basilio impensus animo sit; eumque admiratione laudaverit. Sed & ipsi Bulgari, subigendi illa facilitate atque robore in stuporem acti, conticuerunt. Ex illa hora cœpit per omnem civitatem Basilii fama magis pererebrescere, jamque factus conspicuus per omnium celebris ora volabat.

Ὃ Ἀρχιεπίσκοπον παρὰ τοῦ Πατριάρχου Ἰγνατίου χειροτονίαν δεξάμενον, δέξασθαι παρεσκεύασε. ὃς καὶ τοῖς εἰρημένου ἔθνους χώραν παραγενομένοις, ἀπὸ τοιαύτης πράξεως ἀπαράδεκτος τοῖς ἔθνεσι γεγένηται. τὰ γὰρ ἄρχοντες τοῦ τοιούτου γένους σύλλογον τοῦ ὑπηκόου πανδημεὶ, καὶ μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν γερόντων προκαθεζόμενος, οἷς τῶν ἄλλων μᾶλλον τῇ δεισιδαιμονίᾳ καὶ τοῖς μακρὰν συνήθεσι προσπίπτοντες ἐτύγχανον, καὶ σκοπουμένων περί τε τῆς οἰκείας καὶ τῶν Χριστιανῶν πίστεως, ἐπεκαλεῖτο ὁ ἄρτι φοιτήσας Ἀρχιερεύς, καὶ τίνα τὰ παρ' αὐτοῦ κατηγγελμένα καὶ αὐτοὺς διδάσκεσθαι μέλλοντα ἐπυνθάνετο. τὸ δὲ τοῖς ἱερὸν τοῦ θείου Εὐαγγελίου βίβλον προτείναντος, καί τινα τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Θεοῦ θαυμάτων αὐτοῖς ἀπαγγείλαντος, καὶ τῶν ὑπὸ Θεοῦ τεραστουργηθέντων κατὰ τοὺς παλαιοὺς, τοῖς ἰσχύειν αὐτοῖς ἀναπτύξαντος, Εἰ μή τί τῶν ὁμοίων ἑώρασε δεῖσις οἱ Ῥῶς, καὶ ἡμεῖς θεασώμεθα, ἔφασαν, μάλιστα οἷον ἐν τῷ καμίνῳ τῶν τριῶν λέγεις παίδων, οὐκ ἂν σοὶ ὅλως πεισθῶμεν, οὐδὲ τὰς ἀκοὰς ἡμῶν ἔτι τοῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις ὑποχωροῦμεν. ὁ δὲ πεποιθὼς ἐπὶ τῇ ἀψευδεῖ τοῦ εἰπόντος, Ὅτι ὃ ἐὰν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, λήψεσθε· καὶ ὅτι, Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει· ὅτου οὐ προὶς ἐπίδειξιν, ἀλλὰ πρὸς σωτηρίαν ψυχῶν μέλλει γίνεσθαι τὰ γινόμενα, ἔφη πρὸς αὐτούς. Εἰ καὶ μὴ ἔξεστιν ἐκπειράζειν Κύριον τὸν Θεὸν, ἀλλ' ὅμως εἰ ἐκ ψυχῆς διαγνώναι προσελθεῖν τῷ Θεῷ, αἰτήσασθε ὅπερ καὶ βούλεσθε, καὶ ποιήσει πάντως 289 ἐν τῷ πίστει ὑμῶν ὁ 289 Θεὸς, κἂν ὑμεῖς ἐσμὲν ἀτελεῖς καὶ ἐλάχιστοι. οἱ δὲ ὑπέσχοντο, αὐτὸ τὸ τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν βιβλίον, ἤτοι τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, ἐν τῷ ὑπ' αὐτῶν ἀναθεματιμβλεθῆναι πυρκαϊᾷ· καὶ εἰ ἀβλαβὲς τηρηθείη καὶ ἄκαυτον, προσελθεῖν τῷ παρ' αὐτοῖς κηρυττομένῳ Θεῷ. ῥηθέντων δὲ τούτων, καὶ τοῦ ἱερέως πρὸς τὸν Θεὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς χεῖρας ἐπάραντος, καὶ εἰπόντος, Ὅτι δόξασόν σου τὸ ἅγιον ὄνομα Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ γνωσθῆναι ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν ἐθνῶν τούτων πάντων, ἐρριφείσης ἐν κάμινον τοῦ πυρὸς ἡ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων βίβλος ἀρῶν ἢ διελυθεισῶν ἐκατὸν, εἶτα ἐν καμίνου καταφεθείσης, εὑρέθη τὸ ἱερὸν πυκτίον ἀβλαβὲς καὶ ἀπαθὲς καὶ ἀλώβητον, καὶ μηδεμίαν ὑπὸ τοῦ πυρὸς δεξάμενον λώβην ἢ μείωσιν, ὡς μηδὲ τῶν ἐν ταῖς κλειδώμασι τῆς βίβλου κρατῶν, τοῖς εἰκοσιν ἐπομένοις φθορὰν ἢ ἄλλοίωσιν. ὅπερ ἰδόντες οἱ Βάρβαροι, καὶ τῷ μεγέθει καταπλαγέντες τοῦ θαύματος, ἀκεραιοτάτως βαπτίζεσθαι ἤρξαντο.

ιζ'. Οὕτως οὖν τῶν τοιούτων ἔργων ἐν ταῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τοῦ σεμνοῦ Βασιλίου Βασιλείου καταφαιδρυνομένων, καὶ δεξιῶς κατὰ νοῦν φαι-

A nec non magnificis largitionibus ac munneribus, Archiepiscopum recipere suadetur, nec plures in Provincia creari Episcopos illisque constitpari, abnuit. Horum opera, eorumque quos ex montibus & cavernis terræ religiosissimos Monachos Imperator acciverat, inque eam messem destinarat, avitis moribus valere jussis, in Christi sagenam, quicquid Bulgaricæ gentis est, concessit. *Edit. Paris.*

Monachorum conjuncta cum Episcopis in ea opera.

XCVI. Præterea genti Russorum ne- *pag. 211.*
scienti mansuescere, ullive cedere, atque a Dei sensu ac pietate remotissimæ, auri argentique ac sericarum vestium affluenti largitione in fœdus pertractæ, initisque cum ea induciis, ac pace firmata, divini quoque Baptismatis participes fieri persuasit; ac Archiepiscopum ab Ignatio Patriarcha ordinatum, ut susciperent, effecit. Is, ad dictæ gentis provinciam cum venisset, ex tali eventu illustrique facinore, illius sibi animos faciles reddidit. Gentis enim Princeps, subditæ plebis coacto cœtu, cum Senatoribus suis ac Proceribus præsidebat; qui & falsæ Religioni, ob longam consuetudinem prochivius reliquis adhærebant. Deque sua ac Christianorum fide deliberantibus, in conventum vocatur, qui ad eos recens Episcopus venerat; ac, *Quenam ipse profiteretur, eosque docturus esset*, ex illo scisciabantur. Eo sacrum divini Evangelii librum protendente, ac quædam Salvatoris nostri miracula, Deique in veteri Testamento prodigia exponente; statim Rutli subdiderunt, *Nisi nos etiam ejusmodi aliquid vidcrimus, ac potissimum quale in Trium puerorum camino accidisse dicis, nullam prorsus tibi fidem habebimus, nec tuis verbis animum aurcsque nostras ultra accommodabimus.* Præsul vero de illius promissionis veritate fretus, qui ait, *Si quid petieritis in nomine meo, accipietis.* Et, *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ille faciet, & majora his faciet*; tum nimirum, cum non ostentationis causa, sed ad salutem animarum, hæc quæ sunt, sunt futura, ait ad eos. *Etsi non licet Dominum Deum tentare; si tamen ex animo statuistis ad Deum accedere, quod libuerit hoc & petite; omninoque Deus præstabit propter fidem vestram, etsi nos despicabiles & minimi sumus.* Petiere ipsum fidei Christianæ librum (divinum scilicet sacrumque Evangelium) in rogum injici ab eis accensum; ac, siquidem librum nihil flamma læserit aut exusserit, ad Deum accessuros, qui ab illo prædicaretur. Quibus sic dictis, ac Sacerdote oculos ac manus ad Deum levante, atque dicente, *Clarifica nomen sanctum tuum Jesu Christe Deus noster etiamnum in oculis gentis hujus universæ*; sancti Evangelii liber in rogum ignis conjectus est. Nec paucis decursis horis, ac rogo exinde extincto, inventum est sacrum volumen illæsum, nec edacis flammæ vi ulla violatum; nulla ejus ab igne noxa aut diminutione, ut ne fimbriæ quidem librum claudentes, ullam aut corruptionem aut labem senserint. Quo viso Barbari, ac miraculi magnitudine in stuporem acti, omni sublata hæsitatione Baptismo intingi cœperunt.

Rutforum conversio.

Mirraculo inducti Russi ad fidem.

Evangeliorum liber ab igne intactus.

XCVII. Dum sic igitur prudentissimi Imperatoris Basilii temporibus talia gererentur, exque animo cuncta prospere cederent, ac quotidie Respu-

blica uberius floreret, inque civitate ac Regia jucunditas vigeret, omnique pene Insula ac continente diffusa tranquillitas, lateque explicata esset; repente malorum turbo procellaque ac tempestas in Regiam invasit; planctus & luctus tristiumque rerum Ilias ac molestorum tragœdia per Aulam bacchari. Charissimus scilicet ac primogenitus Imperatori filius Constantinus, in ipso ætatis flore, ac juventutis vigore, dum ad paternam generositatem æmulandam contendit, in morbum acutum incidens, paucosque dies febris ardoribus exustus, innaturali rapido igne quicquid vitalis humoris erat brevi absumente; in vivis esse desiit, inenarrabili luctu parenti relicto. Quoniam tamen vir disciplina moribusque compositus, alienos a ratione impetus ac perturbationes, ratione moderari debet, ipseque homo ac mortalis cum esset, filium similiter mortalem se habere nullus dubitabat; idcirco abundantiora luctu, ac qui modum excedat, casum deflere, velut ignavi muliebrisque animi sensu gynecæo relicto, quantocius sibi ipse redditus, generosi Jobi gratiarum actionis vocem prolocutus, ait, *Dominus dedit, Dominus rursum abstulit: sicut Domino placuit, sic & factum est: sit nomen illius benedictum. Et quid mirum*, inquit, *Si, qui dedit rursus abstulit, id quod dederat, pro eo ac placuit?* Magisque solandæ matris fratrumque munere perfunctus, consuetis iterum animum advertebat; pupillorum defensor, viduarum adjutor, militum pauperumque sumptibus justus piusque erogator, eorum qui ulla injuria læderentur ultor, ac timentium Dominum, qui utilia & salutaria supernumque Regnum conciliantia doceant suadeantque, læte ex animo placidusque auditor.

Constantini Basilii filii mors.

Job. 1. 21.

XCVIII. Cum autem plerumque soleant, qui præfecturis ac magistratibus rerumque administrationi præpositi sunt, suam nimirum benevolentiam Principi insinuare cupientes (forte vero etiam hoc satagentes, ut inde diuturniorem sibi magistratum efficiant ac præfecturam) ea suggerere, unde fisci procurationes augeantur, majoraque tributa in rationes publicas inferantur: ea quandoque mente, is qui Genici tunc munere fungebatur, generosi pectoris virum Basilium submonuit, mittendos ad omnes Romanæ ditionis Provincias (recentior usus Themata dicit) eos quos Inspectores ac Peræquatores vocant; agros scilicet & prædia, quorum possessores adverso aliquo casu tempos fluctibus suis obruissent, aliis delaturos, unde pecuniæ vis non modica Ærario accederet. Imperator consilium se probare simulans, eligi atque parari sibique offerri jubet, qui istud muneris probe expleturi essent. Tum Genicus adhibito diligenti examine solertique cura, & ut optimum illi videbatur, optimis delectis maximeque ingenuis, eorumque relatis nominibus, haud levi dignus vituperio visus est, acriusque objurgatus, quod ejusce generis ac probratis viros ad munus istud proponeret. Cumque diceret, *Inter cives ac tota Rep. se nullos meliores habere*; intulit Imperator. *Tanti apud me jus muneris functio est, ut & ipse, si*

Edit. Paris. pag. 213.

Repudiata fisci locupletandi obtusa compendia.

Α γαμέτων χωρωμένων αὐτῷ, καὶ τοῦ καθ' ἡμέραν θαλλοντος βίου καὶ εὐθυμίας χορδύσης περὶ τὴν πόλιν καὶ βασίλεια, καὶ γαλήνης ἁπλωμένης ἀνὰ πᾶσαν χεδὸν γῆσον καὶ ἤπειρον, ἐξαίφνης λαίλαψ καὶ ζάλη καὶ καταιγὶς συμφορῶν τοῖς ἀνακτόροις ἐκώμασε, κοπετὸς δ' Ἰρλῶος καὶ Ἰλιὰς λυπηρῶν, καὶ τραγῳδία θλιβερῶν ἐχόρευε περὶ τὰ βασίλεια. Ὁ γὰρ φίλπατος καὶ πρωτότοκος υἱὸς τῷ Βασιλεῖ Κωνσταντῖνος, ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας, ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς νεότητος, ἐν τῷ πρὸς ζῆλον ἄρχεσθαι τρέχειν τὴν πατρικῆς γενναιότητος, ὀξείᾳ νόσῳ περιπεσὼν, καὶ ἐπ' ὀλίγαις ἡμέραις τῷ πυρετῷ καυσωθεὶς, πᾶσαν τὴν ζωτικὴν ἐκμάδα τὴν παρὰ φύσιν λάβρω πυρὶ σωτόμως ἐκδαπανήσαντες, τὸν βίον ἐξέλιπε, τὸν πόθον ἀμύθητον καταλιπὼν τῷ πατρί. Πλὴν ἐπεὶ λόγῳ κρατεῖν ὀφείλει τῶν ἀλόγων παθῶν ὁ πεπαιδευμένος ἀνὴρ, καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος ὢν καὶ θνητὸς, ἤδει καὶ τὸν υἱὸν ἔχων ὁμοίως θνητὸν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ πέρας τῷ μετρίῳ τὸ συμβὰν ὑποδύεσθαι, ὡς ἀγαπές τι καὶ ἀνανδρον τῇ γυναικωνίτιδι δίδυς, θᾶττον ἐγένετο ἑαυτῷ, καὶ τῷ δικαίῳ τῷ γενικῷ ἰὼβ φωνῇ ἀνεφθέγξατο, Ὁ Κύριος ἔδωκεν, εἶπεν, ὁ Κύριος αὖθις ἀφείλατο. ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ γέγονεν. εἴη αὐτῷ εὐλογημένον τὸ ὄνομα. καὶ Τί, φησί, θαυμαστὸν, εἰ ὁ δὺς πάλιν ἀπείληφεν, ὡς ἐβούλετο, ὅτῳ ἔδωκε. καὶ μᾶλλον εἰς παραμυθίαν τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν γέγονεν, ἵνα ἐπὶ τῷ συμπαθεῖν αὖθις, ὀρφανῶν, χήρας ἐπικούρων, χορηγῶν στρατιώτας καὶ πένησιν, ἀδικουμένοις ἐπαμύνων, καὶ τῶν φθειρομένων τὸν Κύριον ἐδίως καὶ δικαίως ἀκροώμενος, τὰ λυσιτελῆ καὶ σωτήρια καὶ τῷ ἄνω βασιλείᾳ προξενοῦντα ἐξηγουμένων καὶ ὑποτιθεμένων αὐτῷ.

Β

Ἐπεὶ δὲ εἰώθασι πολλάκις οἱ καθιστικοὶ ἐπὶ τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν διοικήσεων, τῷ δύνασθαι δῆθεν ὑπεμφαίνειν ἐθέλοντες, πάχα δὲ καὶ μονιμωτέραν ἐντεῦθεν οἰόμενοι τὴν ἀρχὴν ἑαυτοῖς κατασκευάσεσθαι, ὑποτιθέναι τὸ πρὸς αὔξησιν τῶν εἰσφορῶν, καὶ τὸν τῶν προσόδων συμπεριλαμβάνον πλεονασμὸν, ὑπόμνησίν ποτε καὶ τῷ γενικῷ τότε Βασιλεῖ ἀπὸ τοιαύτης γνώμης [291] ὁ δὲ τὸ Γενικὸν τὸ τηλικοῦτον διέπων ἀρχὴν, ἀποσαλεύειν εἰς τὰ ὑπὸ τῷ Ῥωμαϊκὴν ἐξουσίαν ἅπαντα τὰ θέματα, τοὺς λεγομένους Ἐπόπτας τότε καὶ Ἐξισωτὰς, ὡς ἂν φησι, τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰ χωρία, ὧν ὁ χρόνος τοὺς δεσπότας ἤδη τινα περιπέτειαν τοῖς οἰκείοις ἐπέκλυσε ῥεύμασι, πρὸς ἑτέρους ἤδη θέσθαι, καὶ πρόσοδον ἐντεῦθεν οὐχὶ μικρὰν τῷ ταμείῳ τῷ βασιλικῷ προσποιήσειν. Ὁ δὲ Βασιλεὺς ὑποδέχεσθαι προσωποποιούμενος τῷ ὑπόμνησιν, ἐκλέξασθαι καὶ διατρέψαι καὶ αὐτῷ προσαγαγεῖν τοὺς ὀφείλοντας τὸ ἔργον ἐπιτελέσαι καλῶς προτρέψατο. σκεψάμενος δὲ καὶ φροντίσας ὁ Γενικὸς, καὶ ὡς ἐδόκει κάλλιστα τοὺς ἀρίστους ἐπιλεξόμενος, καὶ τὰς τοιαύτης ἔπους κλήσεις εἰσαγαγὼν πρὸς αὐτὸν, πολλῆς ἐνομίσθη μέμψεως ἄξιος, καὶ σφοδροτέροις ὑπεβλήθη ὀνειδισμοῖς εἰ τοιούτους εἰς τὸ τοιοῦτον ἔργον προβάλλεται. τοῦ δὲ, Μὴ ἔχειν ἐν τοῖς πολιτευομένοις κρείττονας λέγοντος, ὁ Βασιλεὺς ἀπεκρίνατο, Ὅτι ἔμοιγε, τοιοῦτον τὸ τῆς προκειμένης ἀξιώσεως ἔργον κρίνεται, ὥστε εἴπερ οἷόν τι καὶ αὐτὸν ἐμὲ πρὸς τοῦτο

Γ

Δ

Ε

291.

διοίκησιν ἀπελθεῖν. ἐπεὶ δὲ τοῦτο οἶδα, ὅτι δοκεῖ τυχὸν ἀπρεπὲς καὶ ἀδύνατον, ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τοῖς δυσὶ τοῖς πολιτικοῖς Μαγίστροις, οἱ καὶ χρόνῳ καὶ πείρᾳ καὶ ταῖς πολλαῖς ἐν τῷ μακρῷ βίῳ τῶν πολιτικῶν ἀρχῶν διοικήσεσιν, ἐν αἷς ἐξητάσθησαν, ἀκίβδηλον καὶ καθαρὸν τῆς ἀρετῆς ἐξενηνόχασι τὸ δοκίμιον, τὰς ἐλπίδας ἐπισταλεύω, καὶ τὴν εὐχαριστίαν ὑπὸ τύπων ἀναθήσω διόρτας θαῤῥῶ· ἀπελθὼν οὖν φημι, αὐτὸς αὐτοῖς ἀπαγγελῶ τὴν τῆς εὐχαριστίας ἐπαφηλίδα, καὶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν. καὶ βουλομένων αὐτῶν ἐξελθεῖν ἐπιδοκῶ κἀγὼ αὐτοῖς, καὶ ἐπισφραγίζω τὸ βούλημα. ὡς δὲ ἀκουσθέντες οἱ ἄνδρες, ἦλθον εἰς ἔκπληξιν, καὶ τοὺς πόνους αὐθ' ἱκετηρίας, καὶ τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ καμάτους προβαλλόμενοι, περιεχθῆναι τὸ τῆς τοιαύτης διοικήσεως ποτήριον ἐξ αὐτῶν καθαιτοῦσι, ἐξ ἀνάγκης ὑπέστρεψεν ἄπρακτος ὁ πεμφθείς, καὶ τῷ Βασιλεῖ τὰ παρὰ τῶν Μαγίστρων ἀπήγγειλε. ἔπειρ ἀκούσας ἔφη ὁ Βασιλεύς, Ὅτι εἰ τὸ ἐμὲ ἐξελθεῖν δοκεῖ τι καὶ λέγεται εἶναι ἀδύνατον. παραιτοῦνται δὲ ἐκ ὑπουργίαν καὶ οἱ λαμπρότατοι Μάγιστροι, ἐδένα ἔχων τὸν πράγματος διοικητὴν ἀξιόχρεων, καταλειφθῆναί τὸ ὑποβαλλόμενον βούλομαι ἀνεπίσκεπτον καὶ ἀδιόρθωτον· Κρεῖττον γάρ φησι, παραχρῆσθαι τινὰς ὑπὸ τῶν ἐμῶν κακῶς, ἢ καλῶς ὑποπτεύειν τινὰ ζημιῶσθαι κακῶς, ἢ ἐπιτρίβεσθαι αὐτὸν συμφορᾷ. καὶ ἐπὶ πᾶσι, τὸν ἅπαντα χρόνον τῆς αὐτοκρατορείας αὐτῶν ἐμεινεν ἀνέπαφος * ὢν, ἂν τις εἴποι, καὶ ἀνεξίκακος, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ἐλεύθερός τε καὶ ἀδιάφορος, ὁ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐξουσίαν ἅπας τῷ ὅλων δήμαρχος λαός, καὶ χωρία καὶ οἱ ἀγροὶ τοῖς γειτονοῦσι τῷ κοινῷ προκείμενοι εἰς ἀπόλαυσιν. τοιοῦτος περὶ πᾶν τὸ ὑπήκοον, μᾶλλον δὲ ἅπαν ὅλον ἀγαθοεργίαις πᾶσιν ἐπιδοκιμάζων εὐφημίαις καὶ πρόνοιαι ὁ ἀγαθὸς Βασιλεύς.

ΗΘ'. Ἀλλὰ καὶ παλαιὸ φθόνος ἑτέραν ἤγειρε περὶ τὸ βασίλεια ζάλην καὶ θύελλαν, καθ' ἑαυτῆς τῶν φύσιν συνταράσσων τε καὶ κινῶν. ἤρτι γὰρ τὸ φιλτάτου τοῦ Βασιλέως υἱοῦ Κωνσταντίνου τὸν βίον ἐκλελοιπότος, καὶ μεταποιουμένου τὸ φίλτρου καὶ τῷ ἐλπίδων ἐπὶ τὸν δεύτερον Λέοντα, καὶ λοιπὸν ἐρᾶσθαι τὸ βασιλικὸν τῆς δαιμόνων φύλον τὸ ἄφρον καὶ πονηρὸν, καὶ δυσμενὲς ἅπαν καὶ ἐμμανὲς, ὡς ἔοικεν, ὁρῶν τὸ ἐκδέχεσθαι μέλλοντος τοῦ Βασιλέως ταύτην ἀρχὴν, καὶ τῶν ἐντεῦθεν ὑπηκόου κοχλαζούσῃ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ Βασιλείας εὐπρεπείαν, καὶ πρὸς πάντα τὰ ἐπαινούμενα αὔξησιν· καὶ διὰ τοῦτο κοινῇ κατ' αὐτοῦ, καὶ ἰδίᾳ πάντες ἀπαγορίζεται. ὧν τις τῷ πάνυ φιλεμπόρων καὶ πενδομένων παρὰ τῷ εὐσεβεῖ Βασιλεῖ, Μοναχὸς, ὡς ἐδόκει, καὶ ἱερεὺς, καὶ φίλος αὐτῷ καὶ ὑπουργὸς ἔνδοξος, ὃν Σανδαβαρηνὸν κατονομάζουσι. ὃς εἰ καὶ παρὰ τῷ Βασιλεῖ ἐτίμητο, ἀλλ' οὐκ εἶχε παρὰ τοῖς ἄλλοις δόξαν χρηστὴν, διὰ ὑπόληψιν ἀπιθάνων καὶ ἐπὶ τῷ σοφωτάτῳ δεινοπαθούντων Λέοντος, ὡς γόης καὶ ἀπατεὼν, καὶ εἰς ἃ μὴ δεῖ τὸν Βασιλέα παρεσύρων, καὶ τῷ καθηκόντων ἐκβιαιτῶν. ἃ δὴ πιθανούμενος ὁ φίναξ ἐκεῖνος καὶ πονηρὸς, δύσνους πλάττεται, καὶ φιλίαν πρὸς τὸν χρηστὸν ὑποτείνεται Λέοντα, καὶ φησὶ πρὸς αὐτὸν, Ὡς ἵνα τί τιμίας ἦδη ὦν, καὶ παρὰ τῷ πατρὶ σου φιλούμενος, μὴ ἐπε-

A literæ, ad eam profecturus essem. Quia tamen, ut probe novi, nec satis forte decorum videtur nec possibile, necessario in duobus Reip. Magistris, tempore & experientia multisque per longam ætatem civilium magistratuum functionibus exercitatis, fiduciaque in eis ac explorate virtutis probatis, spem colloco; remque ab illis probe enequendam, confido. Tu ergo ipse vadens, ejus illis provincie utilitatem meamque voluntatem nuntiato; ac, dum in animum induxerint ut proficiscantur, placet & mihi, assensumque consilio præbeo. Viros, ut audiere, stupor subiit, sentumque supplicationis loco, ac longos pro Rep. exantlatos labores atque sudores ostendentes, ejusce functionis calicem ab eis transferri exorabant. B Necessario itaque, qui missus fuerat re infecta reversus, Magistrorum responsa hæc Imperatori retulit. Tum Imperator his auditis; *Cum fieri non posse videatur ut ego exeam (atque etiam dicatur) illustrissimique Magistri munus defugiant; ac qui illi functioni par videatur, alius nemo suppetat; placet suggestionem indiscussam ac cassam manere. Præstat enim,* inquit, *neminem ex fisci proventibus reque privata non bene lucrari, quam ut præclara sententia. male quisquam damno afficiatur, illave graviore injuria vexetur aut opprimatur.* Eoque consilio, quamdiu ille rerum potitus est omnis omnium Romanæ ditionis provinciarum populus ininspectus (ut ita dicam) ac inexæquatus (i. non censitus) manfit; ac, si mavis dicere, liber, & ab exactionibus immunis; prædiaque & agri in pauperum vicinorum usum cesserunt. Talis scilicet Princeps optimus erga omnes subditos erat; ac præcipue erga rusticanam plebeculam paternam solicitudinem ac curam exhibebat.

Pii Principis sententia. *Edit. Paris. pag. 314.*

XCIX. Verum rursus etiam invidentia procellam aliam atque turbinem in Regia excitavit; ipsam in seipsam naturam conturbans ac concitans. Cum enim jam dulcissimus Imperatoris filius Constantinus vitam cum morte commutasset, isque in alteram prolem Leonem, amoris vim convertisset, spesque in eo jactaret, haud placide tulit invidum dæmonum genus, leves placidosque, religiososque simul ac rite compositos, ut par est, illius mores considerans, qui Imperii successor futurus esset, ac quam inde conjiciebat illo rerum potiente, subditorum fore felicitatem, & ad laudabilia quæque profectum atque incrementum. Idcirco se ad pugnam instruit, inque hunc modum certamen aggreditur. Erat inclyto Basilio inter eos in quos impense afficiebatur, ac quibus nimiam quamdam habebat fidem, Monachus quidam, ut videbatur, & Sacerdos, illique amicus, ac minister strenuus, cui Santabareno nomen. Is, etsi ab Imperatore colebatur, apud alios tamen non bonæ famæ erat, nec reprehensione carebat. Idque in causa erat, cur non raro a sapientissimo Leone ut præstigiator ac seductor, quique Imperatorem a recti tramite abduceret & ad absurda traheret, convitiis incesseretur. Quibus sæpius auditis impostor ille ac scelestus, simulata benevolentia ac amicitiæ larva ad mitissimum Leonem sic loquitur. *Cur*, inquit, *cum jam robustis viribus ad ætatem adolevisti, patriique admodum charus sis, non occulte pugnacem*

Leoni fictæ insidiæ a Santabareno.

aut ficam tecum defers, cum una cum illo rure in equo vehebris, ut in promptu pervigendum habeas, cum ferienda beſtia fuerit; & ſi quid adverſus eum latenter ex inſidiis agi contigerit, non ipſe inermis inveniaris, ſed præſto aliquid habeas, unde paternos hoſtes ulciſcaris. Dolum ille minime ſubodoratus, nec viri fraudes animo reputans (quod enim ad malitiam pronum non eſt, nec improba facile ſuſpicatur) conſilium approbat, viroque obſequitur, ut cultrum in ocrea deferat. Perfidus autem inſidiator, Leonem conſilio ſuo paruiſſe inteiligens, Imperatori denuntiat, *Filium ſtrueſis inſidiis illius necem machinari. Quod ſi fidem abnuis*, inquit, *cum venatum, aliove ex cauſa Urbe exieris, jube ei arcas auferri; ac ſi quidem gladium deferre inveniatur, ne in tuam necem eum ſibi paraſſe dubitaveris.* Indicta igitur ruri Principis venatione, omnis ex more comitatus una exierunt. Cumque in quemdam locum evaſiſſent, ſimulat Imperator ſibi opus gladio eſſe, ejuſque ſibi actutum copiam quærit. Aderat filius, eorumque ignarus quæ pater animo verſaret, ſimplici admodum nec malo quicquam animo, quem geſtabat gladium, extractum patri offert. Hinc ſtatim data adverſus Leonem delatio probabilis viſa eſt; illiuſque inanes defenſiones, ac frivolæ. Mox itaque reverſis in Regiam Imperatoris in filium ira effervefcit; inque Regiarum ædium una, cui Margaritæ nomen, truſo in carcerem, rubros calceos detrahit. Inciteraverat inimicus & ultor, ut & oculorum faces extingueret. Verum obſtitere Regiæ Urbis Epiſcopus ac Senatus omnis; interim tamen tenebatur in carcere. Longum jam tempus fluxerat, nec ipſa ſe natura agnoſcebat, ſed malignis flatibus exaſperata erat. Senatus Primates, cum ſæpe conſtituiſſent pro filio apud patrem ſupplicationem obire, alias aliam ob cauſam impediti, ejuſcemodi occaſione rei præſtandæ probabilem opportunitatem, exque ratione nacti ſunt.

Sententia.

Edit. Pariſ. pag. 215.

C. Avis erat in implexo calatho in Regiæ pendens triclinio, egregia imitatrix & loquaciſſima: Pſittacum vocant. Hic, ſive a quibuſdam edoctus erat, ſive alio quovis modo hauſerat, *Heu, heu, Domine Leo*, ſæpius perſtrepebat. Cum itaque tunc Imperator opipare inſtructum haberet convivium, Senatuſque Primores pariter epularentur, ac avis, ea quæ dicta ſunt crebrius repeteret, affecti mœrore convivæ, miſſaque epularum jucunditate, cogitabundi Sedebant. Animum advertit Imperator, quidve cauſæ ſit cur ſe a dapibus abſtineant, ex illis quærit. Illi vero, oppleti lacrymis, *Quas*, aiunt, *dapes ſumemus, ſic nobis exprobrante bruta hac animante, qui ipſi prediti vatibus, heriſque amantes videamur? Dum illa ſic repetitis vocibus dominum inclamante, nos genio indulgentes, infantis dominici germinis, Proliſque ſumus obliti? Siquidem enim paternum jus violaſſe convincimur, & in ejus caput dexteram armaſſe, ipſi nos omnes ejus auctores necis erimus, illiuſque cruore exſaturabimur. Sin autem eorum, querum accuſatur, nulla convictio eſt certaque probatio, quamdiutum calumnioſa lingua opprimendo propellebis?* Ititiſmodi

Pſittaci querulæ voces; oblatæ Senatus preces pro Leone.

pag. 216.

Leo in priſtinam reſtitutus.

φέρῃς κρυπτῶς ἐπὶ ῥομφαίαν ἢ μάχαιραν, ὅτ' ἂν κατ' ἀγρὸν σωιππάζῃ σου τῷ πατρὶ, ἵνα ἐν αὐτῷ, εἰ κατὰ θηρίου χρείαν χῇ ἐπιδίδως· ἢ εἴ τι λαθραῖον πολλάκις κατ' αὐτὸ ἐπιβούλευμα γίνηται, μὴ ἄοπλος ἀριθῇς, ἀλλ' ἔχοις τι μεθ' ὅτου δυνηθῇς, τὸς πατρικὸς ἐχθρὸς ἀπαμύνασθαι. μὴ ὑποδόμβος δὲ ἢ δόλου ἐκείνος, ἀδὲ τὸ δόλερὸν τῦ ἀνδρὸς συνιεὶς· Τὸ γὰ μὴ πρόχειρον εἰς κακίαν, ἀδὲ ὑποπτον ἐςὶ τὰ παρὰ δ' χερὸς· δέχεται γὰ βουλὴ ἢ πείθεται, μάχαιραν ἢ ὑποδήματος ἐντὸς ἐπιφέρεσθαι· Ὡς ὧν ὁ ἐπίβουλος ἔγνω χωρήσασαν εἰς ἔργον ἢ αὐτῷ συμβουλὴν, ἀπαγγέλλει τῷ Βασιλεῖ, ὅτι ὁ υἱός σε ἐπιβουλεύει σε ἀνελεῖν· ἢ εἰ ἀπιςεῖς, ὅτ' ἂν κατὰ θήραν, ἤ που ἄλλοθί μέλλοις τῆς βασιλίδος ὑπεξελθεῖν, κέλευσον περιμετρηθῆναι τὰ πέδιλα τῶν ποδῶν αὐτῦ, ἢ εἰ ἀριθήσεται ξίφος ἐπιφερόμενος, γνῶθι ὅτι πρὸς ἢ σὲ αὐτὸ σφαγὴν ἡτοιμάσατο. καταγγελθείσης ὧν ἐξόδε Βασιλικῆς, συνεξῆλθεν ἄπαν τὸ ἐιωθός. Ἐ κατά τινα τόπον γινομένων αὐτῷ, προσαιτεῖται χρείαν ἔχειν μαχαίρας ὁ Βασιλεὺς, ἢ ἐπιζήτει παντὶ μὴ σπουδῆς. συμπαρὼν ὁ υἱὸς, καὶ μηδὲν τῷ ὑποπτεύειν τῷ πατρὶ προσιδόμενος, ἀκάκως πάνυ ἢ ἀποπόρως ἐφελκυσάμενος, ὧν ἐπιφέρετο μάχαιραν, ἐπιδίδωσι τῷ πατρί. γενομένη ἢ πάνυ, ἐδόξεν δ' θέως ἢ κατ' αὐτῷ προσαγγελία πιςὴ, ἢ αἱ παρ' αὐτῷ ἀπολογίαι μάταιαι καὶ κεναί. ὑποτρεφάντων ὧν αὐτίκα πρὸς τὰ Βασίλεια, πρὸς ὀργὴν ὁ Βασιλεὺς ἢ ἔ υἱὸν ἔχειρίσατο, ἢ κατά τινα τῷ βασιλείων εἴκων, ὃς Μαργαρίτης καπηλεύεται, ἐμφρουρον τῶν ποιεῖται, ἢ τῷ ἐρυθρῶν πεδίλων ἀπογυμνοῖ. διηρίθμησε ἢ παρὰ τῷ ἐχθρῷ ἢ ἐκδικητῆ πρὸς τὸ ἢ τὰς λύχνης ἐπισβέσαι τῷ ὀφθαλμῶν. ἀλλὰ τῶν μὲν ὑπὸ τῶ ἔ βασιλίδος Ἀρχιερέως ἢ ἔ συγκλήτε βουλῆς κωλύεται ἁψασθαι· ἔ εἱρκτῆς δ' ὅμως εἶχε ἔνδον. χρόνε δὲ παραδραμόντος συχνῦ, ἢ ἔ φύσεως ἢ γνωρίζοντος ἑαυτὸν, ἀλλ' ὑπὸ τῶ πικρῶν πεδημάτων τραχυνομένης· τῶ ἢ τὰς γεροντίας ὑπερίχοντων, πολλάκις βουλευσάντων ὑπὲρ τῶ υἱῶ πρὸς ἔ πατέρα ἁψασθαι, ἄλλοτε δὲ κατ' ἄλλων αἰτίαν κωλυομένων, ὑπὸ τοιαύτης προφάσεως ἀλλογεῖν ἔχον ἀφορμὴν εἰς τὸ καταύσαι τὸ βούλημα.

ῥ'. Ἦν τι ζῶον πτηνὸν ἐν παλάρῳ πλεκτῷ ἢ τὰ Βασίλεια αἰωρούμενον, μιμητικὸν ἢ παλύφωνον, ὃ Ψιττακὸς ὀνομάζεται. ὅπερ εἴτε πρός τινων διδαχθὲν, εἴτε ἄλλως πως πολλάκις, Αἰ, αἰ κῦρ Λέων, ἐφθέγγετο. παιδαγωγίας ἢ ὑπὸ πλαμένης τῷ Βασιλεῖ, ἢ ἔ φρόνησιν, ἢ βουλὴς συνιεμένων αὐτῷ, Ἐ ἔ ὄρνιθος πολλάκις φθεγγομένε τὸ προρρηθὲν, ἐπισυγκάσαντες οἱ δυτυμόπες, ἢ ἔ ἀνωχίας παυσάμενοι ἐπὶ συμποσίας ἐκάθηντο. οἷς προσῆν ὁ Βασιλεὺς, ἢ αἰτίαν ἔ τῷ ἑδεσμάτων ἀποχῆς ἐπυνθάνετο. οἱ ἢ, δακρύων ἐμπλησθέντες τὰς ὀφθαλμὰς, Τίνα βρῶσιν, ἔφασαν, φαγόμεθα, ὅπου ἐκεῖνε ἔ φωνῆς ἔ ἀλέγε πᾶσι συνεδεξόμεθα, οἱ δεσπότην ἡμᾶς λογικὰ τε ἢ φιλοδέσποτον; ὅτι αὐτὸ μὲν ἔ οἰκείας ἀναπαλεῖται διατρίβης, ἡμᾶς ἢ τρυφῶντας, λήθην ἔ μὴ ἀδικήσαντος διαπεσοῦσι λαβόμεθα. εἰ μὲν γὰ ἐλέγχεται ἀδικῶν, ἢ κατὰ τῆς πατρικῆς κεφαλῆς ἐπιτρεπίσας τῷ δεξιᾷ, αὐτόχειρις αὐτῷ ἡμᾶς πάντας γεγονέναι, ἢ ἔ αἵματος αὐτῷ κοινωνεῖν. εἰ ἢ ἐφ' ᾧς εἰκλήθη ἐξαφίησι ἔ ἐλεγχον, μὴ χειτίνες ἢ συκοφάντις γλῶσσα δυσωπηθήσεται κατ' αὐτῦ; μαλακισθεὶς

393.

394.

Θεὶς οὖν τοῖς τοιούτοις τῷ λόγῳ ὁ Βασιλεὺς, πρὸς μὲν καθεδλῶσαι τοὺς ἀφεστῶτας, καὶ σκοπῆσαι περὶ τῶν πράγματος ὑπεσχέλατο. μετ' ὀλίγον δὲ πρὸς τὴν φύσιν ἐπανελθών, ἐξάγει τε τὸν φυρᾶν, καὶ εἰς ὄψιν ἄγει αὐτῷ, καὶ τὴν πένθιμον ἀμοιβὴν στολὴν, καὶ τὸ περίττον τῆς ἐν τῇ λύπῃ τραφείσης κόμης περιαιρεθῆναι κελεύει, καὶ τὴν πρώτην τῆς Βασιλείας τάξιν καὶ τιμὴν ἀποδίδωσιν.

A sermonibus tantisper delinitus Imperatoris animus, tunc quidem sedere eos jussit, ejusque rei gratia se deliberaturum promisit. Nec diu post ad indolem geniumque reversus, e carcere educto, sui illi copiam facit, lugubrique ipsius mutato habitu ac superfluo comæ pro tristitiæ tempus adultæ, levato onere, in pristinum cum Imperii gradum honoremque restituit.

Basilii morbus atque mors ex venatione.

ρά. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ φθινάδι νόσῳ περιπίπτει ὁ Βασιλεὺς, ἐκ Φαρρούσης παρακολουθούσης γαστρὸς, ἣ τῷ ἀρχῷ ὑπό τινος [395] τῷ κατὰ θήραν παραπτώσεων ἔλαβε· καὶ λοιπὸν κατ' ὀλίγον τῇ πικρᾷ πυρὶ δόσει κατεμαραίνετο. Φθορὰς δὲ τὰ τῆς Βασιλείας ἄριστα, καὶ τὸν κληρονόμον γνησίως, καὶ περὶ τῷ καθ' ἕκαστα τὰ εἰκότα βουλευσάμενός τε καὶ ἐμφρόνως διοικήσας, ὕστερον πυρετῷ καυσώδει ἀναφλεγέντος αὐτῷ πᾶσαν τὴν ζωτικὴν ἐκμάδα ἀναμωμένου καὶ ἀναλίσκοντος, τὸν βίον ἀπέλιπε, συμβασιλεύσας μὲν τῷ πρὸ αὐτοῦ Μιχαὴλ χρόνον ἔτη· ἐν ἑτέροις δὲ χρόνοις ἑπταικαίδεκα περὶ τὴν αὐτοκράτορα τῆς Βασιλείας Φαρίφας ἀρχήν. ἄριστα μὲν τὰ πολιτικὰ Φθάσας, κάλλιστα δὲ καὶ περὶ τὰ στρατιωτικὰ Φαγίζογενὴς· καὶ πλατυνάσας μὲν τὰ ὅρια τῆς ἀρχῆς, ἀδικίαν δὲ καὶ βίαν ἐξελάσας ἀπὸ τῶν ὑπηκόων παντὸς, ὡς καὶ τὴν Ὁμηρικὴν περὶ τοῦ ἀρίστου Βασιλέως μαρτυρίαν ἁρμόζειν αὐτῷ τὴν,

Ἀμφότερον, Βασιλεὺς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Διαδέχεται δὲ τὴν ὅλην τῆς ἐξουσίας ἀρχὴν, ὁ καὶ παρὰ τῆς φύσεως καὶ παρὰ τῆς ἀρετῆς ἐπὶ τὸν τοῦ ὑπηκόου δὲ εὐχῶν ἐπιζητούμενος, Λέων ὁ πρᾳότατος καὶ σοφώτατος, καὶ πρῶτος, τῷ ἔτι περιλειπομένων υἱῶν· καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς εὐσεβοῦς Βασιλείας τοῦ ἀοιδίμου, ὅσα μὴ τῆς λήθης παρεσύρη ῥεύμασι, καὶ τῷ ἐξ μέσου χρόνῳ ἐξίπλα γίγονε· καὶ αὐτὰ δὲ ἃ πρὸ τῆς βασιλείας ἀγωγὴ, καὶ ὅσα ἡ τῆς ὅλης αὐτοῦ ζωῆς περιέχει ὑπόθεσις, καὶ τὸ ἡμῖν ἐφικτὸν, καθὼς ἡ τῆς ἀληθείας εἶχε φύσις, ἀπηγγέλται καὶ ἱστόρηται.

CI. Nec multo post in tabificum gravemque morbum Imperator incidit, qui ex profluvio ventris acciderat; quod ipsum ex casu inter venandum oriri contigerat. Jamque paulatim tali tabe contabescebat. Imperii itaque rebus optima ratione dispositis, designatoque successore, nec non singulis consentanea ratione solertique consilio constitutis, tandem febris ardoribus violentiori æstu ejus omnem vitalem humorem exhaurientibus ac consumentibus, vita excessit; cum Imperasset cum Michaele ejus decessore annum unum, alios vero decem & novem solus rerum summam præclare administrasset; cum civilibus optime constitutis, ipsa quoque armata militia præclare effulsisset; atque Imperii fines produxisset, injuriamque ac vim a subditis omnibus longe repulisset, ut & merito Homericum illud optimi Regis in eum quadret elogium:

Utrumque, Rex bonus, & fortis bellator.

Excepit post eum rerum summam, qui & natura ipseque virtutis jure ad paternam hæreditatem vocabatur, subditorumque votis expostulabatur, mitissimus Leo ac sapientissimus, liberorum ipse superstitum natu maximus. Atque hæc inclyti Basilii pie religioseque administrati Imperii munera, quotquot illius rerum oblivionis gurgitem effugerunt, nec quod intercurrit, ævo exoleverunt. Ipsam quoque ejus ante adeptum Imperium institutionem, ac quanta omnis ejus vitæ argumentum ratioque complectitur, quoad licuit, ac veritatis ordo poscebat, narravimus, & in Historiam conjecimus.

Leo Basilii successor.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΛΕΟΝΤΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ. IMPERIUM LEONIS IMPERATORIS.

Edit. Paris. pag. 217.

I. DEFUNCTO Basilio, Leo ejus filius Imperator rerum potitus est, annos quinque supra viginti, octo menses. Stephanus illius frater Clericus cum esset ac Syncellus, cum Photio Patriarcha versabatur, sub cujus educabatur ac erudiebatur disciplina. Misit itaque Imperator Andream Magistrum militiæ Chrysopolim, aliosque cum eo Senatorii ordinis, cum Clero & cereis ac curribus; eductumque e sepulchro Michaelis cadaver, ac in cypressino loculo positum, lectuloque impositum, pretiosis vestibus regioque cultu ornatum, in Urbem invexerunt; ac cum canticis, ad sacram usque Apostolorum Ædem, pompa deduxerunt (ejus quoque Fratribus illic funus comitantibus) tumuloque condiderunt.

Relatum pompa Michaelis corpus.

II. Post hæc vero idem Imperator eumdem Magistrum militiæ Andream cum Joanne Hagiopolita, viro valde erudito, ac qui Cursus publici Logotheta extiterat, ad sanctæ Sophiæ misit. Qui, ambone conscenso, relectisque in omnium auribus Photii Patriarchæ accusationis capitibus, eum e Sede expulerunt, inque Armonianorum Monasterium, quod Bordonis vocant, exulem relegarunt. Stephanum autem fratrem suum Syncellum Leo Patriarcham præfecit, ordinationis manus impendente Theophane primæ Sedis Antistite. Vixit autem in Patriarchata annos sex & menses quinque: (vita functus, in Siceorum tumulatur Monasterio.

pag. 218.

Ejectus Photius; subrogatus Stephanus.

Theophanes Cæsariensis Stephani ordinator.

III. Imperator Zautzam Stylianum Magistrum præfecit, ac Cursus publici Logothetam.

IV. Proditione capta Urbs Hypselæ dicta; ejusque omnes incolæ ac cives ab Agarenis ducti in captivitatem. Sed & ingenti prope Sophias excitato incendio, ipsa quoque Sancti Thomæ Apostoli sacra Ædes ambusta, quam Leo Imperator postmodum magnifice instauravit.

V. Missis Imperator Euchaitam apparitoribus, Theodorum Santabarenum in Urbem induxit. Andreas vero Scholarum Domesticus, & Stephanus Magister Calomariæ dictus, multis olim apud Basilium a Santabareno petiti accusationibus, Leoni suggerunt,

A α'. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ * πλώσας, Λέων ὁ υἱὸς αὐτῦ Αὐτοκράτωρ ἐβασίλευσε ἔτη εἴκοσι πέντε, μῆνας ὀκτώ. Στέφανος δὲ ὁ αὐτῦ ἀδελφὸς Κληρικὸς ὢν καὶ Σύγκελλος, συνῆν τῷ Πατριάρχῃ Φωτίῳ, ὑπ' αὐτῦ ἀναγόμενός τε καὶ παιδαγώμενος: ἀπέστειλε οὖν ὁ Βασιλεὺς Ἀνδρέαν τὸν Στρατηλάτην ἐν τῇ Χρυσοπόλει, καὶ ἄλλους Συγκλητικοὺς σὺν αὐτῷ μετὰ Κλήρου καὶ κηρῶν καὶ ἁρμάτων· καὶ ἐξαγαγόντες τὸ σῶμα τοῦ Μιχαὴλ, ἐν γλωσσοκόμῳ κυπαρισσίνῳ κατέθεντο· καὶ ἐπὶ ἁρμάτων θέντες, ἐτίμως καὶ Βασιλικῶς πομπεύσαντες, ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγον, καὶ μεθ' ὕμνων μέχρι τοῦ ἁγίων Ἀποστόλων προέπεμψαν [196], ἐκομίσαν B ἐκεῖσε ἐν τῷ αὐτῶν ἀδελφῶν, καὶ ἐν λάρνακι κατέθεντο. 196.

β'. Μετὰ ταῦτα δὲ ὁ Βασιλεὺς τὸν αὐτὸν Στρατηλάτην Ἀνδρέαν ἅμα Ἰωάννῃ Ἁγιοπολίτῃ, λογίῳ μὲν ὄντι καὶ Λογοθέτῃ τοῦ Δρόμου γενομένοις, ἐν τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ ἀπέστειλε. οἱ ἐν τῷ ἄμβωνι ἀναβάντες, καὶ πᾶς τὸ Πατριάρχου Φωτίου αἰτίας πάσας ἐκ τύπου ἀναγνόντες, πᾶσι τοῖς θρόνοις κατήχησαν, καὶ ὑπερόριον αὐτὸν ἐν τῇ μονῇ [197] τῇ Ἁρμονιανῶν τῇ ἐπονομαζομένῃ τοῦ Βορδόνος, ἀπήγαγον. Στέφανον δὲ Σύγκελλον τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Πατριάρχην προβάλλεται, [198] ὑπὸ Θεοφάνους χειροτονηθέντα τοῦ Πρωτοθρόνου. ἔζησε δὲ πατριαρχῶν ἔτη ἓξ καὶ μῆνας πέντε, καὶ τελευτήσας, θάπτεται ἐν τῇ μονῇ Συκιῶν. 197. 198.

γ'. Ὁ δὲ Βασιλεὺς τὸν Ζαούτζαν Στυλιανὸν Μάγιστρον καὶ Λογοθέτην τοῦ Δρόμου προβάλλεται.

δ'. Προσεδόθη δὲ ἡ πόλις ἡ ἐπώνυμος Ὑψηλὴ, καὶ ἐχμαλωτίσθησαν ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ· γέγονε δὲ καὶ μέγας ἐμφρησμὸς πλησίον τῆς Σοφιᾶς, καὶ ἐνεπρήσθη καὶ ὁ ναὸς τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Θωμᾶ, ἐν ὁ Βασιλεὺς Λέων λαμπρῶς ἀνεκαίνισε.

ε'. Ἀποστέλλας δὲ ὁ Βασιλεὺς εἰς Εὐχαΐταν, Θεόδωρον τὸν Σανδαβαρηνὸν ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγε· Ἀνδρέας δὲ ὁ Δομέστικος τῶν σχολῶν, καὶ Στέφανος ὁ Μάγιστρος τῆς Καλομαρείας, οἱ πολλὰ πρὸς Βασίλειον ἐγκληθέντες ὑπὸ τοῦ Σανδαβαρηνοῦ, ὑπέστρε-

* Basilii translatio.

τῷ Βασιλεῖ, ὡς βεληθεὶς Φωτίος τε ὁ Θεόδωρος ὁ Σανδαβαρηνὸς Βασιλέα ἐκ συγγενῶν Φωτίου ποιήσασθαι. Προσέταξε δὲ ὁ Βασιλεὺς, καὶ ἄμφω ἐν τοῖς παλατίοις ἄγαγον τῶν Πηγῶν, καὶ ἰδίᾳ φρουρεῖσθαι διεκελεύσατο. ἀκριβάλσαντες δὲ ἐγκλημάτων τῶν κατ' αὐτῶν κινουμένων, αὐτός τε ὁ Μάγιστρος Στέφανος, καὶ ὁ Δομέστικος Ἀνδρέας, καὶ ὁ Κρατερὸς καὶ ὁ Γοῦμερ Πατρίκιοι, καὶ Ἰωάννης ὁ Ἁγιοπολίτης. ἀγαγόντες οὖν τὸν Πατριάρχην Φώτιον, καὶ ἐπὶ θρόνου ἐντίμως καθίσαντες, καὶ αὐτοὶ καθεζόμενοι, τὴν ἐξέτασιν ἐποιοῦντο. ὁ δὲ Δομέστικος Ἀνδρέας ἦρξε τῷ Πατριάρχῃ, Γνωρίζεις, ὦ δέσποτα, Ἀββᾶν Θεόδωρον; ὁ δὲ, Ἀββᾶν μὲν γνωρίζω Θεόδωρον. ὁ δὲ Ἀνδρέας, Τὸν Ἀββᾶν δὲ γνωρίζεις Θεόδωρον τὸν Σανδαβαρηνόν; καὶ ὁ Πατριάρχης, Γνωρίζω τὸν Μοναχὸν Θεόδωρον Ἀρχιεπίσκοπον ὄντα Εὐχαΐτων. ἐνεχθέντος δὲ τοῦ Σανδαβαρηνοῦ, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀνδρέας, Ὁ Βασιλεύς σοι δηλοῖ, Ποῦ εἰσὶ τὰ χρήματα, καὶ τὰ πράγματα τῆς βασιλείας μου; ὁ δὲ ἔφη, [299] Ὅπου δέδωκεν αὐτὰ ὁ τῇ ἐμῇρᾳ Βασιλεύς· νῦν δὲ ἐκεῖ πάντα ὁ Βασιλεὺς ζητεῖ, ἐξουσίαν ἔχει τοῦ ἀναλαβέσθαι αὐτά. καὶ ὁ Ἀνδρέας, Εἰπὲ, τίνα ἐβουλεύσω Βασιλέα ποιῆσαι τῷ πατρὶ τοῦ Βασιλέως ὑποθεὶς τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ἴδιον ἀποστρῆσαι υἱόν; σὺν συγγενεῖ, ἢ τῷ Πατριάρχῃ; ὁ δὲ εἶπεν, Οὐκ οἶδα ταῦτα περὶ ὧν μοι κακηγορεῖτε. Λέγει οὖν ὁ Μάγιστρος Στέφανος, Καὶ πῶς ἐμώσω τῷ Βασιλεῖ, ἐλέγξεις περὶ τούτου τὸν Πατριάρχην; ὁ δὲ παρέδυ τοῖς ποσὶ τοῦ Πατριάρχου προπεσών, εἶπεν, Ὁρκίζω σε δέσποτα, καὶ τὸν Θεὸν, [300] ἵνα ἀφέτερόν με καθαιρήσῃς, καὶ τότε γυμνόν με ὄντα ἱερωσύνης, ὡς κακοῦργον ὄντα κολάζῃσθαι· ἢ γὰρ τοιαῦτα τῷ Βασιλεῖ ἐδήλωσα. Ὁ δὲ Πατριάρχης ἔφη, Μὰ τὴν σωτηρίαν τῆς ἐμῆς ψυχῆς Κύριε Θεόδωρε Ἀρχιεπίσκοπος εἶ, καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Θυμωθεὶς οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀνδρέας, ἔφη, Καὶ οὐκ ἐμώσας, Ἀββᾶ, τῷ Βασιλεῖ δι' ἐμὲ ἵνα ἐν τούτῳ τὸν Πατριάρχην ἐλέγξῃς; ὁ δὲ ἀπηρνήσατο μηδὲν εἰδέναι. ὑποστρέψαντες οὖν, τῷ Βασιλεῖ τὰ λαληθέντα ἀνήγγειλαν· ὁ δὲ Βασιλεὺς θυμῷ καὶ ὀργῇ ἀκαπεχήτῳ λαβθεὶς, ὡς μὴ εὗρεν αἰτίαν κατὰ τοῦ Πατριάρχου εὐρεῖν, ἀποστείλας ἔτυψε τὸν Σανδαβαρηνὸν σφοδρῶς, καὶ ἐξώρισεν ἐν Ἀθήναις. κατόπιν δὲ ἀποστείλας, ἐξετύφλωσεν αὐτὸν, καὶ ἐξώρισεν εἰς Ἀναπλοῦν. χρόνων δὲ παρῳχηκότων πολλῶν, ἐκ τῆς ἐξορίας * αὐτὸν ἀνεκαλέσατο, καὶ ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγε, προσάξας σιτηρέσια τοῦτον ἐκ τῆς Νέας Ἐκκλησίας λαμβάνειν· ὃς καὶ τελευτᾷ ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ζωῆς τῆς αὐτοῦ μητρός.

ς'. Ἐν ταῖς ἡμέραις δὲ Λέοντος [301] ὁ Λογγίβαρδος Δοὺξ, γαμβρὸς δὲ τοῦ Ῥηγὸς Φραγκίας γεγονὼς, ἀντῆρε τῷ Βασιλεῖ· καταστασιάσας, καὶ πᾶσαν τὴν χώραν ὑφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος. τοῦτο γνοὺς ὁ Βασιλεὺς, Κωνσταντῖνον [302] τὸν τῆς Τραπέζης σὺν πᾶσι τοῖς δυτικοῖς ἐξαπέστειλε θέμασιν, ὥστε καταπολεμῆσαι Ἐγίονα. συμβολῆς δὲ γενομένης, οἱ μὲν Κωνσταντίνου ἥττηθησαν καὶ κατεφύγησαν, μόγις ἐκείνου σωθέντος. γέγονε δὲ τηνικαῦτα καὶ ἡλίακὴ ἔκλειψις, ὥρᾳ τῆς ἡμέρας ἕκτῃ, ὥστε καὶ

A *Id Photio ac Theodoro fuisse constitutum, ut Imperatorem ex Photii gente ejusque cognatis crearent.* Jussit itaque Imperator, amboſque ad Regias in Pegis Ædes adductos, in ſua quemque cuſtodia, ſeorſumque ſervari præcepit. Miſſi cognitores capitum accuſationis, Magiſter ipſe Stephanus, & Andreas Domeſticus, & Craterus & Gumer Patricii, & Joannes Hagiopolita. Adducto itaque Patriarcha Photio, & in Sede reverenter collocato, ipſi quoque ſedentes, cauſæ examen inſtituunt. Tunc Andreas Domeſticus Patriarchæ inſit: *Noſti, Domine, Abbatem Theodorum?* Cui ille: *Abbatem Theodorum non cognoſco.* Ait Andreas: *Theodorum Abbatem Santabarenum non noſti?* Cui Patriarcha: *Theodorum Monachum Santabarenum Eucbaitarum Archiepiſcopum cognoſco.* Tum Santabareno in medium adducto, ait ad eum Andreas: *Mandat tibi Imperator, Ubi ſunt Imperii mei pecuniæ, bonaque & ſupellex?* Ait ille: *Ubi illa dedit, qui pro tempore Imperium geſſit. Nunc autem quoniam hæc Imperator quærit, licet illi ea recipere.* Tunc Andreas: *Die, ero, quem voluiſti Imperatorem facere, cum Imperatoris patri auctor eſſes, ut filium oculis orbaret; num tibi ſanguinis neceſſitudine conjunctum, an Patriarchæ?* Reſpondit ille: *Hæc, quæ mihi objicitis crimina, neſcio.* Ad quem Magiſter Stephanus: C *Ecquomodo Imperatori ſignificaſti, Te Patriarcham ejus ſceleris reum peracturum?* Mox ille, hiſce auditis, Patriarchæ pedibus advolutus: *Obteſtor te, Domine, per Deum, ait, ut me prius dejicias ac exauctores, tumque in me omni Sacerdotio nudatum, ut maleſicum, animadvertant. Nec enim ejuſmodi aliquid unquam Imperatori detuli.* Tum Patriarcha: *Per ſalutem animæ meæ, Domne Theodore, Archiepiſcopus es, tum in ſæculo hoc, tum in futuro.* Ad hæc Andreas ira concitus: *Nonne meo ipſius ore, Abba, ejus te criminis reum peracturum Photium ſignificaſti?* Cui ille rurſus ſcire ſe aliquid negavit. Reverſi itaque nuntiant, quæ illa cognitione eſſent interlocuti. D Imperator ira percitus, effrænique furore ſubactus, ut qui probabile adverſus Patriarcham crimen nullum nactus eſſet, Santabarenum acriter verberari jubet, tumque Athenis exulare. Poſt eum vero mittens, oculis orbavit, & in Aſiam relegavit. Multis autem exactis annis, ab exilio revocatum in Urbem induxit, annonaſque illi ex Novæ Eccleſiæ cenſu conſtituit. Porro diem obiit Conſtantino & Zoe illius matre Imperatoribus.

Photii cauſa & Santabareni.

Edit. Pariſ. pag. 219.

Santabareni pœna.

Poſtrema indulgentia.

V I. Leoni temporibus Longobardiæ Dux, qui gener (i. affinis) Regis Franciæ fuit, adverſus Imperatorem rebellionem movit; ab eoque deficiens, regionem omnem ſuæ ditionis fecit. E Imperator ejus certior factus, Conſtantinum Menſæ præpoſitum cum Occidentalis tractus Legionibus omnibus ad debellandum Egeonem miſit. Conſerta autem pugna, Conſtantini victus exercitus eſt, & ad internecionem deletus, adeo ut vix ipſe a clade Conſtantinus ſuperſtes exiterit. Contigit vero tunc etiam Solaris eclipſis, diei hora ſexta, ita ut & ſtellæ in cælo

Romanorum clades in Italia.

Eclipſis inſolita.

299. 300. 301. 302. * αὐτὸν.

Incerti Continuat. Leo Baſilii Filius.

apparerent, Tantaque ventorum vis ac turbo fuit, fulguraque & tonitrua, ut & septem viri in gradibus Fori sancti Constantini e cœlo tacti pericrint.

Edit. Paris. pag 220. Capta Samus.

VII. Expugnata ab Agarenis Samus est, una quoque Paspala Prætore in eo comprehenso. Leo autem Imperator, Zautzam Imperatoris Patrem, novo abs se dignitatis titulo excogitato, appellat. Jam enim secreto amore Zoes ejus filiæ flagrabat, viro illius Theodoro, cognomento Guniaxitze, veneno sublato.

Leonis incesti amores cum Zoe.

Anton. Caulea Patriarcha.

VIII. Stephano Patriarcha vivis exempto, in ejus locum præficitur Antonius cognomento Cauleas.

Bellum Bulgaricum, ejusque exitus.

IX. Venit nuntius, rumorque percrebuit, Symeonem Bulgarorum Principem expeditionem moliri adversus Romanos; ea scilicet prætexta causa. Zautzas Imperatoris pater servum eunuchum habebat, Musicum nomine. Junxerat hic amicitias cum Staracio & Cosma, viris mercatoribus, lucrique ac auri cupidis, Attica oriundis. Hi porro Musici auctoritate freti, majoris quæstus gratia, quod in Urbe cum Bulgaris commercium erat, Thessalonicam transferunt, & graviora vectigalia a mercatoribus Bulgaris exigunt. Bulgari de injuria Symeoni expostulant: ipse vicissim eorum querelas per nuntium Leoni exponit. Is vero ob benevolentiam qua Zautzam prosequebatur, cuncta haud secus ac nugas sprevit. Symeon ergo furore actus, arma adversus Romanos sumit. Rescivit Imperator, Crinitemque Magistrum militiæ ingenti exercitu procerumque numero constipatum, adversus illum mittit. Concurrentibus aciebus in Macedonia, victi Romani; occisus ipse Crinites & Curtices Armenius, ac alii multi. Quod vero Symeon etiam Chazaros Leoni Imperatori fœderatos inter spolia ceperat, amputatis eorum naribus Romanorum probro, in Urbem eos remisit. Spectaculi indignitate ira totus effervescens Imperator, Nicetam cognomento Sclerum (Durum dicas) cum celocibus ad Danubium fluvium mittit, qui Turcos oblatis muneribus adversus Symeonem, ejusque debellandi causa, conducat. Nicetas ubi in colloquium venit, Turcosque & ipsos ad bellum adversus Symeonem induxit, acceptis etiam ab eis obsidibus ad Imperatorem rediit. Imperator terra marique urgendum Bulgaricum bellum constituit: ac mari quidem, Eustathium Drungarium mittit; terra autem, Nicephorum Phocam Patritium, extincto Andrea, Scholarum Domesticum. Ad Bulgariam usque copiæ venerant, cum Imperator Constantinacium Quæstorem ad Symeonem misit, adhuc pacem ambiens, ac cum eo fœdus percutere volens. Symeon comprehensum Legatum, in carcere tenuit, secum dolo agi existimans. Dum itaque Symeon Nicephori copiis aciem opponit, omnem Turci Bulgaricam ditionem late vastant ac diripiunt. Audivit Symeon, adversumque Turcos vertit impetum. Turci iterum trajecto amne, conserta cum Bulgaris acie, eos penitus profligant, ita ut Symeon Distram incolumis vix evaserit. Victores

Romanorum clades.

Chazarorum dura tractatio.

Turci Romanis fœderati, i. Hungari seu Uni.

pag. 221.

Ἀπὸ ἀστέρας φαίνεσθαι· ἀνέμων τε βιαία φορὰ καὶ ἀστραπαὶ ἐβρόντησέ, ὥστε καὶ ἐν τῷ Φόρῳ ἀναβαθμοῖς τῶν ἁγίου Κωνσταντίνου ἀνθρώπους πέντε ἐκτανε.

ζ'. Ἐπολιορκήθη μὲν ὑπὸ Ἀγαρηνῶν ἡ Σάμος, συμπαραληφθέντος καὶ τοῦ στρατηγοῦντος ἐν αὐτῇ Πασπαλᾶ. Λέων δὲ ὁ Βασιλεὺς Βασιλοπάτορα τὸν Ζαύτζαν τιμᾷ, ἀπὸ καινοῦ τοῦτον καταγράψας τὸ ὄνομα. ἤδη γὰρ Ζωῇ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ συμφιλιώθη, τοῦ ταύτης ἀνδρὸς Θεοδώρου, ὃν Γουνιαζίτζης ἐπώνυμον, ἀναιρεθέντος φαρμάκῳ.

η'. Στεφάνου δὲ Πατριάρχου τὸν βίον ἀπαλλάττοντος, Ἀντώνιος ὁ τοῦ ἐπωνυμίου Καυλέας Πατριάρχης αὐτὸν αὖθις προχειρίζεται.

θ'. Ἀγγελία δὲ κατέλαβε, ὡς ὁ ἄρχων Συμεὼν Βουλγαρίας βούλεται τῷ Ῥωμαίων ἐκστρατεύσασθαι, πρόφασιν ἔχων τῆς μάχης ταύτης. Εἰσῆκτο γὰρ δοῦλος ὁ Βασιλοπάτωρ Ζαύτζας· Μουσικὸς δὲ τοῦτον ὄνομα τῷ τότε. ὃς συμφιλιώθη ἀνδράσιν ἐμπορικοῖς καὶ φιλοκερδέσι καὶ φιλοχρύσοις ἐξ Ἑλλάδος ὄντι Σπαρταίῳ τε καὶ Κοσμᾷ· οἵτινες μετιτέον τὸ Μουσικὸν κερδαίνειν βουλόμενοι, καὶ μὴ Βουλγάροις πραγματείαν ἐν τῇ πόλει, ἐν Θεσσαλονίκῃ μετέστησαν, κακῶς κεμπρεύοντες τοὺς Βουλγάρους. ὧν δὲ Βουλγάροι ταῦτα τῷ Συμεὼν ἀπαγγελάντων, αὐτὸς δοῦλα ταῦτα τῷ Βασιλεῖ κατέστησε Λέοντι. ὁ δὲ πάντα ὡς λῆρον ἐλογίζετο, τῇ πρὸς Ζαύτζαν προσηκούσῃ τιμώμενος. μανεὶς οὖν ὁ Συμεὼν, πρὸ καὶ τοῦ Ῥωμαίων τὰ ὅπλα. ὁ δὲ Βασιλεὺς τὸν Κρινίτην ἀποστέλλει κατ' αὐτοῦ Στρατηλάτην ὄντα, λαῷ πολλῷ καὶ ἄρχουσι καθοπλίσας αὐτόν. συμβολῆς δὲ ἐν Μακεδονίᾳ γενομένης, ἡττῶνται Ῥωμαῖοι, καὶ κατασφάττεται αὐτός τε ὁ Κρινίτης, καὶ ὁ Ἀρμένιος Κυρτίκιος, καὶ ἄλλοι πολλοί. ἐπεὶ δὲ τοῖς καὶ Χαζάροις κατέσχε ὁ Συμεὼν τῆς ἐκ τῆς ἑταιρείας τοῦ Βασιλέως Λέοντος, τὰς αὐτῶν ῥῖνας ἀποτεμὼν εἰς αἰσχύλην τῶν Ῥωμαίων, ἐν τῇ πόλει ἀπέστειλε. ὃς ἰδὼν ὁ Βασιλεὺς, ἐν θυμῷ γενηθείς, Νικήταν τὸν ὀνομαζόμενον Σκληρὸν, ἐπὶ τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ μὴ δρομώνων ἐξαπέστειλε, δοὺς δοῦρα τοῖς Τούρκοις ὥστε τὸν Συμεὼν καταπολεμῆσαι. ὁ δὲ τούτοις συμπεσὼν, καὶ πείσας κατὰ Συμεὼν ἔπλα ἄρασθαι, ὁμήρους λαβὼν παρ' αὐτῶν πρὸς Βασιλέα ἀπέστειλε· ὁ δὲ Βασιλεὺς γῇ τε καὶ θαλάττῃ διώκειν τοὺς Βουλγάρους πολεμίους. καὶ γῇ μὲν θαλάσσης Εὐσταθίου Δρουγγαρίου ἀποστείλαντος· γῇ δὲ Πατρικίου Νικηφόρου τοῦ Φωκᾶ, Δομεστίκου τῶν σχολῶν μετὰ τοῦ τιλάτου Ἀνδρέου γενομένου· ἕως μέχρι Βουλγαρίας καταλαβόντων, ὁ Βασιλεὺς τὸν Κοιαίστορα Κωνσταντινάκιον πρὸς Συμεὼν ἐξαπέστειλε, ἔτι τοῦ εἰρήνην στέργειν, καὶ βουλόμενος συνάπτεσθαι πρὸς αὐτόν· ὃν Συμεὼν κατασχὼν, ἐν φρουρᾷ κατακλείει, δόλῳ πρὸς αὐτὸν ὑποπτεύσας παραγεγενῆσθαι. τῷ Συμεὼν οὖν ἔτι τὸ στρατεύμα Νικηφόρου ἀσχολουμένου, οἱ Τοῦρκοι κατεδραμόντες πᾶσαν τὴν Βουλγαρικὴν ἐλυμήναντο γῆν. ὁ Συμεὼν ἐμαθὼν, κατὰ τῶν Τούρκων ἐστράτευσε. οἱ δὲ ἀντιστράσαντες, πόλεμον πρὸς Βουλγάρους συμβάλλουσι, καὶ νικῶσι πάντας κατακράτος, ὡς μόλις τὸν Συμεὼν ἐν τῇ Δίστρᾳ σωθῆναι. πάσαν

303.

304.

305.

ὅτω οἱ Τοῦρκοι τῷ Βασιλεῖ, τὸν Βουλγάρων αἰχμαλώτους ἀπάγεσθαι· ὁ δὲ τὸν μὲν ἔπεμπεν, τοὺς πολίτας ἐξαποστέλλας εἰς τὸ τῶν ἐξόντων. ὁ δὲ Συμεὼν δὲ Εὐσταθίου Δρουγγαρίου τοῦ Βασιλέως περὶ εἰρήνης ἱκέτευε· πρὸς ὃν ὑπεῖξε ὁ Βασιλεύς, καὶ τὸν Χοιροσφάκτην Λέοντα πρὸς τὸ ταύτην ποιήσασθαι ἐξαπέστειλε. ὁ δὲ Δομέστικος Νικηφόρος καὶ ὁ Δρουγγάριος Εὐσάθιος [306] ὑποστρέψαι μὴ λαθὼν ἐπειλήφεσαν· Λέοντα δὲ Χοιροσφάκτην οὐδὲ λόγου ἠξίωσε ὁ Συμεών, ἀλλ' ἐν εἱρκτῇ * ἐφυλάξατο. ἐκστρατεύσας δὲ κατὰ τῶν Τούρκων, πάντας κατέσφαξε, μὴ δυναθέντας παρὰ Ῥωμαίοις βοηθείας δέξασθαι. ὑποστρέψας δὲ ἐπὶ τὴν νίκην γαυριῶν, πρὸς τὸν Λέοντα ἔφη, Εἰ μὴ πρόπαρ πάντας τὴν αἰχμαλωσίαν Βουλγάρων λάβω, εἰρήνην οὐ ποιῶ. ἐπείσθη ταῦτα ὁ Βασιλεὺς ταύτην ἀποδοῦναι. ἦλθεν οὖν μετὰ Λέοντος ὁ Βούλγαρος Θεόδωρος, οἰκεῖος ὢν τοῦ Συμεών, καὶ παρέλαβεν αὐτούς.

ια'. Τῷ δὲ Δομεστίκῳ Νικηφόρῳ πρὸς τὸν Βασιλέως ἐξόχως ἀγαπωμένῳ, ὁ Βασιλοπάτωρ Ζαύτζας τὸν υἱὸν ἀξιώσας προσβάλλετο, γαμικὸν μὲν αὐτῷ ποιῆσαι συναλλαγμα βουλόμενος. τοῦ δὲ πρὸς τοῦτο ἀπαναινομένου, μήποτε δῶ ὑποψίαν τῷ Βασιλεῖ Λέοντι· μανίας ἐπὶ τούτῳ ὁ Ζαύτζας, αἰτίας ἐπέστησε κατ' αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦτον μετέστησε. προεβλήθη δὲ ἀντ' αὐτοῦ Δομέστικος τῆς σχολῆς ὁ Μάγιστρος Κατακαλών. ἐπὶ πολὺ δὲ σχολάσας ὁ Νικηφόρος, αὖθις Στρατηγὸς ἐπὶ τῆς τῶν Θρακησίων θέματι προχειρίζεται. πολλὰς δὲ ἐν γυναίαις ἀνδραγαθίας ἐπὶ πάσης αὐτὸν ἐν ταῖς πολέμοις καταπρεπὴς βιοτῆς, καὶ πολλὰ κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν στεφάμενος ἔργα, πλήρης ἡμερῶν βίον ἐν γήρᾳ καλῷ, υἱοὺς καταλιπὼν Βάρδαν καὶ Λέοντα, ὧν ὁ Βάρδας οἰκειότατος ὢν τῷ Βασιλεῖ Λέοντι ἐστέργετό τε καὶ ἠγαπᾶτο, καὶ δουλείας ἐξυπηρετοῦντο ταῖς ἀνάγκαις τοῦ Βασιλέως. Ὁ δὲ Βασιλεὺς καθὼς εἴρηται, τὸν Κατακαλὼν προχειρισάμενος εἰς Δομέστικον κατὰ τοῦ Συμεὼν τοῦτον ἐξαποστέλλει, συνεξαποστείλας αὐτῷ καὶ Θεοδόσιον Πατρίκιον καὶ Πρωτοβεστιάριον. ἐξηπατήσατο δὲ πάσαις ἀνατολαῖς θεμάτων τε καὶ ταγμάτων, καὶ πολέμῳ μὴ Βουλγάρων συγκροτηθέντος [307] περὶ τὸ Βουλγαρόφυγον, τρέπονται Ῥωμαῖοι κακῶς, καὶ πάντες ἀπώλοντο· οἷς συναπώλετο καὶ ὁ Πρωτοβεστιάριος Θεοδόσιος. ἐπὶ τούτῳ καὶ οἱ τῆς Χερσῶνος οἰκήτορες τὸν αὐτῶν ἀπέκτειναν Στρατηγὸν Συμεών, τὸν τοῦ Ἰωνᾶ. παρελήφθη δὲ καὶ τὸ Κόρον ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν.

ιβ'. Ὁ δὲ Βασιλεὺς εἰς τὰ Δαμιανοῦ ἐξιὼν, εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὴν Ζωὴν τὴν τοῦ Ζαύτζα θυγατέρα, καὶ αὐτὸν τὸν Ζαύτζαν. Θεοφανὼ δὲ ἡ τοῦ Βασιλέως γαμετὴ οὐ παρῆν ἐκεῖσε, ἀλλ' [308] ἐν τῇ ἁγίᾳ Σοφῷ τῷ ἐν Βλαχέρναις προσευχαρίστως ηὔχετο. δόξαν δὲ τῷ Βασιλεῖ μεῖναι ἐν τοῖς Δαμιανοῦ, συμβούλιον οἱ τοῦ Ζαύτζα ποιησάμενοι, ὅ, τι ἐφ' αὐτῷ ὁ Ταύτζης καὶ οἱ λοιποὶ, τῇ νυκτὶ τὸν Βασιλέα διαχειρίσασθαι ἐβουλεύσαντο. ἡ δὲ Ζωὴ τῷ Βασιλεῖ συγκαθεύδουσα, καὶ τοῦ θορύβου ἐσαισθομένη, διὰ τῆς θυρίδος προκύψασα κατεσήμανε. ὡς δὲ τὸ δεινὸν τῆς ἐπιβουλῆς ἔφθασε γνῶναι, τὸν Βασιλέα διυπνίσασα τὸ πραττόμενον κατεσήμανεν· ὃς ἐν πλοίῳ εὐθὺς εἰσελθὼν, εἰς Πηγὰς διεπέρασε, πάντας ἐκεῖσε, καὶ αὐτὸν τὸν Ζαύτζαν καταλιπών. ταχὺ δὲ πρωῒ εἰς τὸ παλάτιον εἰσελθὼν, Ἰωάννῃ μὲν τῷ Βίγλᾳ Δρουγγαρίου διε-

A Turci ab Imperatore expoſcunt, ut Bulgarorum captivos redimat. Præſtitit ille, cives mittens, qui redimerent. Porro Symeon, Euſtathii Drungarii opera, pacem ſupplex Imperatorem rogat. Annuit in eam Imperator, Leonem Chœroſphactem ad eam componendam mittens. Nicephorus Domeſticus & Euſtathius Drungarius redire juſſi cum copiis. Symeon Leonem Chœroſphactem, nec alloquio dignatus, ſtringit in carcere. Expeditione vero in Turcos ſuſcepta, omnes jugulavit, cum eis nulla ex Romanis auxilia liciſſet accipere. Reverſus Symeon pro victoria ferociens, Leoni denuntiat, Nulla ſe pacis fœdera admiſſurum, niſi Bulgaros omnes captivos ante receperit. Annuit Imperator, ac reddendos captivos conſentit. Venit itaque Theodorus Bulgarus Symeonis domeſticus cum Leone, eoſque recepit.

Turci interneccione deleti.

Pax Bulgarica.

X. Nicephorus Domeſticus eximie charus Imperatori erat. Hunc Zautzas Imperatoris pater ceu virum potentatum obtinentem ad id munus provexerat, nuptiarum cum illo commercia ambiens. Verum reſpuit ille, ne quam forte Leoni Imperatori de ſe ſuſpicandi occaſionem præberet. Ea re furiis actus Zautzas, crimina in eum intentans, dignitate ſpoliat. Ejus loco Scholarum Domeſticus provectus Magiſter Catacalo. Poſt longam vacationem Nicephorus iterum Dux in Thraceſiorum Themate conſtituitur; multiſque, quoad vixit, egregie fortiterque bello geſtis, nec paucis adverſus Agarenos gentesque alias erectis tropæis, in ſenectute bona diem obiit, Barda & Leone liberis relictis: quorum prior Leoni Imperatori familiaris, illi chariſſimus erat, ejuſque miniſteria ſtrenuus obibat. Imperator itaque, uti dictum eſt, Catacalonem creatum Domeſticum, adverſus Symeonem mittit, cui etiam Theodoſium Patricium ac Protoveſtiarium comitem adjunxit; cunctiſque Aſiæ cohortibus ac ordinibus traductis, collatis ſignis cum Bulgaris, ad locum (quem vocant) Bulgarophygum, Romani male funduntur, omneſque internecioni dantur, ipſo etiam Patricio ac Protoveſtiario Theodoſio deſiderato. Inter hæc etiam Cherſonitæ, Ducem ſuum Jonæ filium Symeonem occiderunt: Agareni in Cappadocia Corum ceperunt.

Edit. Pariſ. pag. 222.

Romanorum clades a Bulgaris.

Symeon Cherſonis Praetor necatus.

XI. Imperator ad Damiani Ædes egreſſus, Zoem Zautzæ filiam ſecum habebat, ac ipſum Zautzam. Theophano autem Imperatoris uxor iis ſolemnibus non intererat, ſed ad ſanctum Loculum in Blachernis precibus aſſidua erat. Viſum Imperatori in illis Ædibus morarum aliquid trahere: Zautzæ affines, tum ſcilicet ejus filius Tautzes, tum reliqui, conſilium ineunt ut Imperatorem noctu interimant. At Zoe in Imperatoris ſinu dormiens, audito murmure, per feneſtram aſpectans, ſilentium indicebat. Perſpectoque clare inſidiarum periculo, ſuſcitans Imperatorem, inſidias indicavit. Statim ergo in navigium ingreſſus, Pegas transfretavit, cunctis ibi, ac ipſo Zautza, relictis. Statimque mane in Palatium veniens, Joanne Excubiarum Drungario ab officio re-

Theophanonis religio.

Inſidiæ Leoni ſtructæ.

Pardus exoticarum Drungarius.

moto, Pardum Nicolai Heteriarchæ filium el muneri præfecit. Is namque Nicolaus Imperatori amicus, propensaque in eum fide, Zauzæ arcana omnia ac consilia ei detegebat. Ex tunc igitur Imperator in Zauzæ cubiculum non introibat, donec Leo Magister, cognomento Theodoraces, ambos reconciliasset.

Theophanonis sanctitas & miracula.

XII. Moritur Theophano Augusta, annos duodecim Imperio potita; atque post mortem miraculorum gloria claruit; quæ nimirum zelotypiæ affectu superior fuisset, Zoesque spretionem placide tulisset, ac vitam omnem eleemosynis atque precibus assidua egisset.

Zoe Leoni nupta, &c.

XIII. Coronat Leo Imperator Zoem Zauzæ filiam, & a quodam Clerico Palatino, cognomento Sinapes, pro nuptiarum corollis benedictione donatur. Benedictionis minister, officio depositus est. Zoes cum annum unum ac menses octo in Imperio vixisset, fatis functa est. Inventa urna in quam ejus cadaver inferretur, in hæc verba ac sententiam cælata, *Filia Babylonis misera.*

Edit. Paris. pag. 223.

Psel. 136. 8. Mysticus & Staurasius in ordinem redacti.

XIV. Porro delati sunt apud Imperatorem Musicus & Stauratius, tamquam qui munera a Ducibus ac Magistratibus acciperent, & apud Imperatoris Patrem per sordes intercederent. Ac vero ingresso quandoque Stauratio ad Imperatoris Patrem cum Ducum alicujus libello, ubi eum Imperator in Solari horologio stans aspexit, hominem pone secutus est, cervicique apprehensum foras eduxit, tamquam nimirum de Ducibus quæstionem habiturus; trahensque ad Monothyrum, ablatisque tabulis, hominem excussit; ac iis qui forte aderant, Palatio educendum, atque in Monachum detondendum, dedit. Ii vero ut cognovit Musicus, desperatione agi, suisque rebus diffidere cœpit. Ingressus itaque Imperator, ubi ille Zauzæ adstabat, collo apprehensum, trudens expulit, ac Christophoro Cubiculario in Studianis detonderi præcepit. Haud multo post Zauzas in Palatio moritur, elatumque ejus funus per Bucoleonem in Caulea Monasterio deponitur.

Zauzæ mors.

XV. Basilius Imperialis Exactor seu Compulsor, amicitia jungitur Samonæ Cubicularii, Agarenorum prosapia sato, Imperii scilicet cupidine incessus. Concepta ergo fiducia mentem aperit, aitque, *Defuncta nunc Zoe, amita nostra, fit prorsus ut Imperator aliam uxorem ducat, nosque omnes e medio tollat. Verum mihi fidem obstringito, arcanum te servaturum; tum ego, omne tibi nostrum consilium credam.* Quod cum ille fecisset, omnem ab eo disci conspirationem. Samonas vero ad Imperatorem ingressus. *Est*, inquit, *Domine, quod tibi secreto loquar; res scilicet ejusmodi, quæ si dicatur, mihi quidem interitum; sin tacebitur, certum tibi exitium afferet:* omnemque Imperatori machinationem narravit. Cumque Imperator haud satis delationi fidem accommodaret, secumque ambigeret, *Num forte cujusdam suasu hæc ille locutus esset?* ait ad eum Samonas: *Si rem plenius scire desideras, mitte denique quos libuerit, ut in cubiculi angulo latentes, omnia conscribant, quæ ambo pariter loquemur; inque eum modum,*

Conjuratio detecta ac compressa.

Α δίξατο, Πάρδος δὲ οἱὸν Νικολάου Ἑταιριάρχου ἀντ' αὐτοῦ προεβάλετο. ὁ γὰρ Νικόλαος ὗτος φίλος ἦν τῷ Βασιλεῖ καὶ πιστὸς, καὶ πρὸ τὰ ἀπόρρητα πάντα τῷ Ζαυτζᾷ δῆλα πᾶν καθίστη καὶ ἔκρυπτε· ἕως τοῦτο ὅτε ὁ Βασιλεὺς εἰς τὸ τοῦ Ζαυτζᾶ κελλίον οὐκ εἰσήρχετο, εἰ μὴ Λέων ὁ Μάγιστρος, ὁ Θεοδοράκης ἐπάνοιμος, πᾶσι ἀλλήλοις διήλλαξε.

ιβ'. Τελευτᾷ δὲ Λύγουστα Θεοφανὼ ἐπὶ βασιλεύσασα δώδεκα, ἥτις καὶ θαυματουργὸς ἀνεδείχθη, ἀνατέρα τε τῆς ζηλοτυπίας πάθους φανεῖσα, καὶ πρᾴως τὴν παραδοχὴν ὑπενεγκοῦσα Ζωῆς, καὶ ἐν ἐλεημοσύναις καὶ προσευχαῖς τὸν ἅπαντα βίον διανύσασα.

Β ιγ'. Στέφει Λέων ὁ Βασιλεὺς τὴν γυναῖκα τοῦ Ζαυτζᾶ Ζωὴν, ἐκ διλογεῖτου παρὰ τοῦ Κλητορίου τοῦ παλατίου, ᾧ ἐπίκλην Σινάπης. [309] ὁ μὲν οὖν διλογήσας καθῃρέθη. ἡ δὲ ἦν ἐν τῇ μονῇ ὀκτὼ βασιλεύσασα ἐτελεύτησε. λάρναξ δὲ ἐρέθη ἐφ' ᾧ ἐπιγραφῆναι τὸ σῆμα αὐτῆς ἐν αὐτῇ, ἥτις τάδε εἶχεν ἐγκεκολαμμένα γράμματα· Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος. 309.

ιδ'. Διεβλήθησαν δὲ τῷ Βασιλεῖ Μυσικὸς καὶ Σταυράκιος, ὡς παρὰ τοῦ Στρατηγοῦ δῶρα λαμβάνοντες, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὸν Ἀρχόντων, * μυστοδόκει τοῦτο τῷ Βασιλεοπάτορι. καί ποτε τὸν Σταυρακίου μὲν γραμμάτων τινὰς τοῦ Στρατηγοῦ εἰς τὸν Βασιλεοπάτορα εἰσιλλυθότας, ὡς εἶδεν αὐτὸν ὁ Βασιλεὺς ἐν τῷ Ἡλιακῷ ἱστοῦντα, κατόπιν αὐτοῦ εἰσῆλθε, καὶ τὸ τένοντος αὐτὸν λαβόμενος, ἔξω ἐξήγαγε, ὡς δῆθεν περὶ τοῦ Στρατηγοῦ ἐρωτήσων, καὶ εἰς τὸ Μονόθυρον ἀγαγὼν, καὶ τὰ γράμματα ἐξάρας, ἀπεπροσεδόκησε τοῦτον· καὶ τοῖς ἀρχοῦσιν εὐθὺς τὸ παλατίου ἐξαγαγεῖν, καὶ Μοναχὸν ἀποκεῖραι. μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Μυσικὸς, ἐκ ἀπογνώσεως γέγονε. εἰσιλθὼν δὲ ὁ Βασιλεὺς ἔνθα ὁ Μυσικὸς παρέστη τῇ Ζαυτζᾷ, τοῦτον παρὰ τὸν τράχηλον ὠθήσας ἐξήγαγε, διορισάμενος Χειροφόρῳ Κοπωνίτῃ ἐν τοῖς Στουδίοις ἀποκεῖραι αὐτόν. μετ' ὀλίγον δὲ Ζαυτζᾶς τελευτᾷ ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ ἐκ τοῦ Βουκολέοντος κατενεχθεὶς αὐτὸν, ἐν τῇ μονῇ τοῦ Καυλίου κατέθαψαν. * μυστοδόκει.

Δ ιε'. Συμφιλιοῦται δὲ [310] ὁ Ἐπείκτης Βασίλειος τῷ Κυβικυλαρίῳ Σαμωνᾷ τῷ ἐξ Ἀγαρηνῶν, τὸ γ' βασιλείας ὀρτιγόμβους ἀξιώματος. ἐθάρρησε δὲ τῷ Σαμωνᾷ, ὅτι [311] τῆς θείας ἡμῶν τελευτάσης Ζωῆς, τέρα γυναικὶ πάντως ὁ Βασιλεὺς συζεύξεται, καὶ ἡμᾶς ἐκ ποδῶν καταστήσῃ. δὸς οὖν μοι λόγον ὡς φυλάξεις τὸ ἀπόρρητον, κἀγώ σοι πάντα θαρρήσω τὰ ὑφ' ἡμῶν βουλεύματα. Ὁ δὲ τοῦτο πιστικὸς, πᾶσαν παρ' αὐτοῦ τὴν συνωμοσίαν ἐδιδάσκετο. ὁ δὲ Σαμωνᾶς εἰς Βασιλέα εἰσελθὼν, ἔφη, Θέλω σοί τι, δέσποτα, ἰδίᾳ εἰπεῖν, [312] ὅπερ ἐμοὶ μὲν λυσιτελοῦν θάνατον προξενεῖ· σοὶ δὲ, σωτήριον. Ε ἐξελθὼν πρὸς τὸν Βασιλέα πᾶσαν Βασιλέως ἐπιβουλὴν. τῷ δὲ Βασιλέως τοῖς ῥηθεῖσι ἐμπιστεύσαντος, καὶ εἰπόντος, Μήποτε, ὡς ἐξ ὑποβολῆς τινὸς ταῦτα εἰρήκει. ὁ δὲ Σαμωνᾶς, Εἰ βούλει πληροφορηθῆναι, φησὶν, ὡς βούλει εἰς τὸ ἐμὸν κελλίον ἀπέλθωμεν, καὶ ἀποκρύψω τινὰς ἐν ἀποκρύφῳ, καὶ ὅσα παρὰ Βασιλέως καὶ παρ' ἐμοῦ λέγονται, γράψωσι, καὶ 310. 311. 312.

τλιαπαῦτα βιβαιωθήσῃ, ὡς οὐδὲν ψεῦδός ἐστι τῷ παρ' ἐμοῦ σοι ῥηθέντων. Ἀποστέλλει οὖν ὁ Βασιλεὺς Χριστοφόρον Πρωτοβεστιάριον ἅμα Καλοκύρῃ Κοιτωνίτῃ· οἱ ἐν τῷ Σαμωνᾶ κιλλίῳ ἀπελθόντες ἐκρύβησαν. ὁ δὲ Σαμωνᾶς τὸν Βασίλειον δελεάσας, καὶ λόγον ἔνορκον δοὺς, ἅπαντα πάλιν παῤῥησίᾳ αὐτῷ ἐπιβουλὴν φανερὰς ἐξενεγκεῖν, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ βουλομένους. Ἔπειτα Καλοκύρης καὶ Χριστοφόρος ἀκούσαντες, ἅμα γραφῆς ἐσημήναντο. Τύπων δὲ ἀφισταμένων, ἅτοι κατελθόντες ἐν γραφείῳ τοῦ Βασιλέως ὑπεσήμηναν καὶ ἀνέγνωσαν. καὶ παρδοὺ Βασίλειον μὲν προκαλισάμενος, δίδωσι [313] μιλιαρίσια χιλιάδας κδ', ὡς δοθῆναι ψυχικὰ τῆς αὐτοῦ θείας Ζωῆς ἀναθήματα, καὶ εἰς Μακεδονίαν ἀπιέναι. Παρδοὺ δὲ Δρουγγάριον τῆς βίγλης αὐτῷ κοινωνικόν πρὸς τὸν Στυπιώτην ἀποστέλλει, ἵνα δοθὲν ἀγαγὼν αὐτὸν. ὃς προμυνθεὶς ὑπὸ βασιλικῆς γραφῆς, ὧνπερ ἐδιήμαρτε. Νικόλαον δὲ Ἑταιρειάρχην τῆς πόλεως ἐξήγαγε. ἀγαγὼν δὲ ἐκ Μακεδονίας Βασίλειον, καὶ ἀνακαλέσας αὐτὸν, καὶ τύφας σφοδρῶς, καὶ τείχας αὐτὸν καταπλίξας, εἰς εἰς μίαν θεμαμβώσας τὴν πόλιν, εἰς Ἀθήνας ἐξώσιεν. πάντας δὲ τοὺς Μαγίστρους, καὶ τοὺς ἐν πόλει ὁ Βασιλεὺς προσκαλισάμενος, ἐνώπιον αὐτῶν τὰ ὑπὸ Σαμωνᾶ μηνυθέντα ἀνέγνω. Οἱ δὲ πάντων ὑπερηφάνησαν, ὡς τῆς τοῦ Βασιλέως παραίτιον καταστάντα ζωῆς, καὶ ἄξιον μεγίστης εἶναι τιμῆς ἀποφήναντο. ὁ δὲ πάντων παρδοὺ τὴν τοῦ Πρωτοσπαθαρίου τιμὴν ἀξίωσε, καὶ οἰκεῖον ἑαυτῷ κατεστήσατο.

314. ις'. Ἐπλήρωσε δὲ [314] ὁ Πατριάρχης * Σπέρατος, καὶ ἀντ' αὐτοῦ Πατριάρχης ὁ Μυστικὸς ἐχειροτονήθη Νικόλαος, ὁ * πολλὰ μὲν κατὰ τῆς σοφίας ἀφελήματα σὺν ὠχρίμοις κατασάσι. Ἁλῴσκεται ὑπὸ τῆς πόλις Δημητριάς, ἡ ἐν τῷ θέματι Ἑλλάδος, ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν.

* Ἀντίνου. * πολὺς τὰ τῶν.

* Reliqui, τῆς τοῦ Ζαυτζα. 315. ιζ'. Λέων δὲ ὁ Βασιλεὺς στέφει Ἄννην θυγατέρα Ζωῆς * τὴν ἀπὸ τοῦ Ζαυτζᾶ, καὶ τὸ μὲν δοιάδα ποιεῖν [315] τὰ κατὰ τύχον Κλητόρια, λυγόσης μὴ ὔσης. ἠγάγετο δὲ ὁ Βασιλεὺς κόρην ἐκ τοῦ Ὀψικίου θέματος, ὡραίαν τε καὶ περικαλλῆ· ὄνομα δὲ αὐτῇ Εὐδοκία. ἐγκύμονα αὐτὴν, καὶ ἐτέλεσε ἐξ ἧς παῖδα ἐποίησεν ἄῤῥενα· ἐφ' ᾧ καὶ αὐτὴ, καὶ τὸ γενηθὲν ἐτελεύτησε.

ιη'. Ἐκτισε δὲ πλησίον τοῦ ἁγίων Ἀποστόλων ναοῦ ἐκκλησίαν ὁ Βασιλεὺς, ἐπ' ὀνόματι τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς Θεοφανοῦς. ἔκτισε δὲ καὶ τοῦ ἁγίου Λαζάρου ἐκκλησίαν [316] ἧς λεγομένων Τόπων, καὶ μονὴν ἀνδρῶν Εὐνούχων ἐν αὐτῇ κατεσκεύασε· ἔνθα καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Μαγδαλίνης ἀνακομίσας, ἀπέθετο. Ἐπεὶ δὲ σχολὴν ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν τοιούτοις ἔργοις ἀγομένην, τὸ ἐν Σικελίᾳ Ταυρομένιον ὑπὸ τῶν Ἀφρων παρελήφθη, καὶ πολὺς τῶν Ῥωμαίων φόνος ἐγένετο. κατεχρίθη δὲ καὶ Λῆμνος ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, καὶ πλεῖστος χμαλωτίσθη λαός.

316. 317. ιθ'. Προέλασιν δὲ ἡ Βασιλίσσης πεντηκόντος [317] τῇ ἡμέρᾳ τῶν Μυροφόρων εἰς τὸ ἅγιον Μάμας, ἐν τῇ εἰσόδῳ, καὶ πλησίον τῶν ἁγίων γενέσθαι θυρῶν, ἐκπεπηδηκώς τις τῶν ἄμβωνος, ῥάβδῳ παχείᾳ καὶ ἰσχυρᾷ τύπτει ἐπαυτὸν κατὰ κεφαλῆς. καὶ δὴ ἂν ἐθανάτωσε παρδοὺ, εἰ μὴ προνοίᾳ τινὶ τὸ τῆς ῥάβδου ἄκρον τῷ

A *nihil me falso locutum esse, omnia intelliges.* Mittit itaque Imperator Christophorum Protovestiarium una cum Calocyri Cubiculario: ingressique, in Samonæ Cubiculo delitescunt. Tum Samonas Basilii obblandiens, juratâque fide sibi eum obstringens, omnem rursus suadet machinationem clare detegere ac conjuratos referre. Audita Calocyris & Christophorus, scripto annotarunt; illisque prandentibus, fe cubiculo subducentes, scripturam Imperatori subscriptione sua monitam legerunt. Basilium confestim accersit Imperator, datque viginti-quatuor millia nummorum miliarensium in amictu Zoes animæ levamen legata, inque Macedoniam perferre jussit. Pardum Excubiarum Drungarium conjurationis socium, ad Stupiotem mittit; velut eum additurum: quem ille Imperatoris diplomate præmonitus, in vincula compegit. Nicolaum Hetæriarcham, solercer Urbe ejecit. Basilium ex Macedonia revocatum institutoque judicio, acerbis supplicils subjicit; exutis capillis, pompaque tradu&tum per mediam civitatem, Athenas in exilium misit. Convocatis autem Imperator cunctis Magistris ac Proceribus, quæ a Samona indicata fuerant, sub omnium conspectum legit. Hi, summis laudibus hominem extulerunt, ut qui Imperatoris vitæ consuluisset, maximoque dignum honore proclamarunt. Confestim itaque Protospatharii dignitate auctum, inter familiares eum Leo coaptavit.

Edit. Paris. pag. 224

Samonas Asecretis suadet machinationem detegere.

XVI. Defuncto Patriarcha Antonio ejus loco ordinatus est Patriarcha Nicolaus Mysticus, vir longe sapientia præditus, cum pari modestia morumque compositione. Capta ab Agarenis Urbs Demetrias, spectans ad Acticæ Thema.

Nicolaus Mysticus patriarcha.

Demetrias capta.

XVII. Coronat Leo Annam Zoes filiam Zautzæ neptem, quod constituta ex more Convivia publica, deficiente Augusta, celebrare non posset. Duxit vero Imperator puellam ex Opsicii Themate formosam longeque pulcherrimam, Eudociam nomine; celebratisque nuptiarum solemniis, Augustali corona donavit: ex qua suscepta prole mascula, tum ipsa in partu interiit, tam quam prolem sustulerat.

Anna coronatio nimica.

Eudocia 3. Leonis uxor; in partu extincta.

XVIII. Haud procul ab Æde sanctorum Apostolorum, Leo Templum ex nomine prioris uxoris suæ Theophanonis extruxit. Sed & sancti Lazari Ecclesiam, ad Topos (quos vocant) ædificavit, inque illa virorum Eunuchorum Monasterium constituit: quo etiam sancti Lazari corpus, ejusque sororis Magdalenæ, corpus translatum deposuit. Dum vero classiarii hiusmodi operibus tempus distrahunt, Tauromenium in Sicilia ab Afris capitur, ingensque Romanorum clades agitur. Lemno quoque potiti Agareni, magnam captivorum multitudinem abducunt.

S. Theophanis Templum.

S. Lazari in Topis ex Lazari & Magdalenæ illata corpora.

pag. 225.

Tauromenium captum.

Capta Lemnos.

XIX. Cum Imperator die Mediæ Pentecostes solemni pompa ad sanctum Mocium processisset, jamque introgressus ad sanctas prope januas ac sacrarium veniisset; exiliens quis ex ambone, robustum crassumque fustem, in ejus capite impegit. Ac sane mox sustulisset;

Leo ad S. Mocium vulneratus.

nisi quadam Dei providentia fultis summitas multifido pendenti candelabro illisa, impetum tantisper remisisset. Cruore ex Imperatoris capite largiter defluente, turbati Proceres alii alio diffugere. Alexander ejus frater ægrotationem causatus, pompæ non interfuit, ex quo ejuscemodi in fratrem insidiarum auctor grope inaudiit. Apprehensus igitur percussor, multisque tormentis subactus, cum nullum conjurationis socium posse se profiteretur, ad extremum manibus pedibusque præcisis, ad Circi metam combustus est. Post breve autem tempus Marcus sapientissimus Monachus, ejus Ecclesiæ Œconomus, qui Magni Cosmæ Terraodum hymnum Magni Sabbati absolvit, cum Imperatore mensæ assidens, rogabat, *Ne ejusmodi processus ac pompa ab eo abrogaretur. Quo annuente*, ait Marcus, *Ne trascaris, ave iniquus ferar, Imperator. Etenim id olim tibi eventurum vaticinatus erat David Propheta. Prædixit enim ille, Quanta malignatus est inimicus in Sancto meo! & gloriati sunt qui oderunt te, in medio solemnitatis tuæ. Itaque oportet te alios exinde annos decem imperare.* Quod & contigit. Post decem enim annos, ipsa die, qua vulnus acceperat, vivis exemptus est.

Marcus Oeconomus.

Psal. 73. 3.

Zoe quarta Leonis uxor.

XX. Porro Zoe quarta Leonis uxor in Palatio cum eo versabatur, haud dum nuptialibus corollis donata. Cum vero Bulgari incursionibus rem Romanam attererent, Agareni occasionem nacti, classem navalesque copias miserunt, Leone Tripolita classiario Duce, Arcalea Urbe oriundo, sed qui Christianam ejuraverat pietatem. Appellata autem est Phœniciæ Tripolis, quod tribus nationibus, * Sardiis scilicet, Tyriis ac Sidoniis colonis divisa sit. Egresso itaque Imperatore ad Butii emporium, Encæniorum causa Monasterii a Christophoro Protovestiario extructi, nuntius venit, Tripolitam cum hostili Saracenorum classe Constantinopolim petere. Mittit ergo Imperator Eustathium rei tunc navalis Drungarium cum classe adversus Tripolitam, qui pugnæ cum illo impar vacuus rediit. Eum insecutus Tripolita, intra Abydum penetravit, ac usque Parium venit. Hujus rei nuntius, gravem Imperatori mœrorem ac consilii inopiam attulit. Itaque Hemerio A secretis primario classem adversus Tripolitam ducendam committit. Is, Abydum prætervectus (quæ est in Hellesponto, quam Melisii coloni civitatem condiderunt. Hellespontus ab Hella Phrixi sorore illic pelago mersa sic appellatus) Ægæoque mari emenso (dictum hoc ab aquarum quasi caprarum more salientium inæqualitate) ac cum jam ad Strobellum appulisset, quæ est ad Cibyrrham (ac Strobelus quidem sic dicta a loci situ: Cibyrrha vero a Cibyrrho fratre Marsi & Cidrami) atque Lampsacum transisset (sic illa appellata, a luce, quæ noctu Phocensibus fundamenta jacientibus votaque concipientibus, cælitus affulsit; quo auspicio jacta civitatis fundamenta firma steterunt.) Postea Imbro superata (sic illa appellata est, ab Imbro Anchi filio, cujus pater Staphylus Dionysii nepos charissimus) itemque Samothrace; ac cum Thasso jam immineret (quam Anti-

Sirtenorum expeditio Leone Tripolita Duce.

* Aradiis Steph. *Edit. Paris. pag. 226.*

Α πολυκαθέδρῳ προσκυρικῶς, ἢ βιαίας μικρὸν ἐνεχθῆναι φορᾶς. τοῦ δὲ αἵματος σφοδρῶς ἐκ τῆς τοῦ Βασιλέως καταῤῥάκτου κεφαλῆς, παραχύ τε φυγὴ τῶν ἀρχόντων ἐγένετο. Ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος πόσου σφοδρασθέντος, ὑπὸ κατῆλθεν ἐς τὴν αἰσθησιν, ὡς ἐκ τοῦ ὑποπτεύθῆναι αὐτὸν τῶν τοιούτων ἐπιβουλῶν κατεργάσασθαι. Ὁ δὲ ἅ Βασιλέα πλήξας καταχεθεὶς, ἐ πολλὰς βασάνους ὑπομείνας, ἐπεὶ μηδένα συνειδέναι καθωμολόγει, τέλος χεῖρας καὶ πόδας ἐκκοπεὶς, ἐν τῇ τῶ ἱππικῶ σφενδόνῃ ἐκάη. ἐκ τοῦ δὲ τριῶν ἐξικόντα σφελήσεις. μῦ δέ τινα χαρὸν Μάρκος ὁ σοφώτατος Μοναχὸς, Οἰκονόμος ὢν ἡ αὐτῆς ἐκκλησίας, ὃς καὶ ἐν Μεγάλῳ σαββάτῳ [318] Τεραῤῥάδων ἅ 318.

Β μεγάλῳ Κοσμᾷ ἀνεπλήρωσε, ἐν τῇ τραπέζῃ τοῦ Βασιλέως συνεστιώμενος, ἐλιπάρει πάντῳ, Μὴ τῶν τοιούτων ἐκκοπῆναι σφελήσεσι. τοῦ δὲ Βασιλέως ἀπανεχομένου, ὁ Μάρκος ἔφη, Μὴ ὀργίζου, μηδὲ χαλέπαινε, ὦ Βασιλεῦ, ἐπεὶ σφογεγραμμένον ἐν παρὰ τῷ σοφῷ Δαβὶδ τοῦτο σε καθυποτάσσει· σφοείρηκε δὲ τοῦτο λέγων, Ὅσα ἐπεκράδασεν ὁ ἐχθρὸς ἐν τῷ ἁγίῳ σου, καὶ ἐκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ ἑορτῆς σου. δεῖ οὖν σε, δέσποτα, ἀπὸ τοῦ νῦν ἐπὶ δέκα τῶν βασιλείων καθέξειν· ὃ καὶ γέγονε. μῦ γὰρ τῶν ἐκπλήρωσιν τῆς δέκα ἐτελεύτων, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ἐ ἐτέλευτα, ἐτελεύτησε.

κ'. Ἦν δὲ Ζωὴ ἡ πέμπτη γυνὴ τοῦ Βασιλέως ἐν τῷ

C παλατίῳ μῦ τῶν Βασιλείων [319] αἰσθομένη. τῆς δὲ Βουλγαρικῶν ἐφόδων Ῥωμαίοις ἐπιτειβόντων, οἱ ὀξ Ἀγαρ, μαθόντες τοῦτο, σόλος ἐξέπεμψαν ναύμαχος, ἐπισύναπτε Στρατηγὸν Τριπολίτην Λέοντα, Ἀρκάδα μὲν ἐξορμηθέντα τῆς πόλεως, τῆς δὲ Χριστιανῶν δεισιβείας ἀποστάντα. ἧ Τρίπολις μὲν ὠνόμασται ἡ ὑπὸ Φοινίκην τρισὶ διαιρεθεῖσα ταῖς γενεαῖς [320] ἐκ * Σαρδίων ἧ Τυρίων ἧ Σιδωνίων Ἑποίκων. τῷ δὲ Βασιλέως ἐξελθόντος ἐν τῇ τῶ Βατίου ἐμπορίῳ, πρὸς τῷ ἅ μοναῖῳ ἐγκαινίσαι ἅ Πρωτοβεστιαρίῳ αὐτῷ Χειροφόρῳ, ἡ ἀγγελία αὐτῷ κατέλαβεν, ὡς Τρίπολις μῦ σόλῳ ἅ Σαρακηνῶν ὑπὸ Κωνσταντινουπόλεως ἀπέρχεται. ἀποστέλλει οὖν ὁ Βασιλεὺς ἅ Εὐσάθιον

D ἅ πλωϊμαῖον Δρουγγάριον μετὰ σόλου ὑπὸ τῶ Τριπολίτου, ὃς μὴ δυνηθεὶς ἀντιπάξασθαι τούτῳ, ἀποτραφὼν κενός. καταῖξε δὲ αὐτῷ ὁ Τριπολίτης ἑλθὼν, ἕως Ἀβύδου εἰσελήλυθε, ὑπὸ μέχρι Παρείου κατέλαβε. τοῦτο τῷ Βασιλεῖ ἀγγελθὲν, εἰς μεγάλην αὐτοῦ ἀθυμίαν ἐ ἀμηχανίαν περιέστησε. Ἡμερίῳ οὖν Πραιποσιτικρῆτις ἅ ναυτικὴν δυνάμιν ἐγχειρίσας, ὑπὸ ἅ Τριπολίτου ἀπέστειλε· ὃς Ἀβυδον διελθὼν, ἅ καθ' Ἑλλήσποντον, ἕως * Μηλισίου κατῆ- * Num Μηλίσιον.

χησεν ἄποικος. Ἑλλήσποντος, ἅ ἀπὸ * Ἕλλας ἧ Φρίξου ἀδελφῆς τῆ ἐκεῖσε πελάγει ῥηθείσης ὕπως ἀγορεύεται· ἧ Αἰγαῖον πέλαγος, ὃ ἅ κλύσιν ἀπέλυσε ἀπὸ τῆς ὑδάτων φορᾶς αἰσθόμενος ὑπὸ τρόπον αἰγός. * Ἕλλην τὴν Φρίξου. Logoth. Steph.

Ε Εἶξας δὲ προσωρμηκὼς Σροβύλῳ τῇ ὑπὸ Κιβύῤῥαν· ἧ Στρόβιλες μὲν ἀπὸ τῆς τοπικῆς θέσεως· Κιβύῤῥα δὲ, ἀπὸ Κιβύῤῥου ἀδελφοῦ Μαρσοῦ τοῦ ἧ Κιδράμου. Ἐ Λαμψάκῳ, ἀπὸ φωτὸς λάμψεως ὠνομασμένῃ, ὅπερ τοῦτ' Φωκέων θεμελιούντων τούτῳ δέξαμένων, θεόθεν ἐπέλαμψε, ὑπὸ ἅ τῷ θεμελίων βάσις καλῶς ἐκράτησε. μετὰ ταῦτα τῇ Ἰμβρῳ διελθὼν, ἥτις ἀπὸ Ἰμβρου κέκληται υἱοῦ Ἀνθοῦς, ὃ γενέτης Σταφύλου Διονύσου

Διονύσου φίλτατος ἴγγονος. Σαμοθράκλιν δὲ ἄγβας, καὶ τὴ Θάσῳ προσιλάσας, λιὼ Χρυσιῶσι πρὶν διεφημίζοντο. Σαμοθράκλιν δὲ ἐν Θρᾴκῃ Χερόνησον ἢ πρότερον Θυμιῶσαν, ἀφ' τὸ θυμίων πεπλησθαι, ἱερὰν Νυμφῶν οὖσαν, μετέπεσε τὸ ῥεῦμα συρράγεντος εἰς τόπον συσιλῶσαι, καὶ ὑπὸ Σαμίων μετοίκων ἐν καταφύσει γενέσθαι, καὶ Σαμοθράκλιν κλιθῆναι, ὡς πολυμίους καταλαβεῖν. πλοῖ δὲ πλησιάσαι τόπων τῷ ξόλῳ πτόλμησε. ἀυθόρμητος δὲ ὁ Τερ- 331. πολίτης Θεῷ πόνον ἀπιλαύνοντος ἀντεγράφη, καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ, καταλαβὼν τοῦτο, καὶ Λέοντα τὸν τοῦτο Στρατηγὸν, ᾧ λιὼ ἐπώνυμον Κατζιλάκιος καταχὼν, φραγιὼ πολλὰ καὶ χύσιν αἱμάτων εἰργάσατο.

κα'. Ῥοδοφύλης δέ τις Κυβικυλάριος ἔτυχε, ἐν Σικελίᾳ διά τινα χρείαν ἀποσταλείς, χρυσίου λίτρας ἑκατὸν ἐπιφερόμενος. τόσῳ δὲ πιεζόμενον ἐν Θεσσαλονίκῃ εἰσῆλθε, ὥστε λούσασθαι καὶ ἀποκλυσθῆναι ἀνίσως. πόνον ὁ Τερπολίτης καταχὼν, καὶ μαθὼν ὡς χρυσίον ἐπιφέρεται, πολλὰ βασανίσας ἀπέκτεινε, μηδὲν ἔχων διατεινόμενον. ἔτυχε γὰρ πόρρω ἐν τῇ ὁδῷ ἀποληπὼν, ὅπερ Συμεὼν Ἀσυκρῆτις διερχόμενος ἀνείλετο, ὃς μετὰ ταῦτα Πατρίκιος καὶ Πρωτασυκρῆτις ἐγένετο. τὸν δὲ Τερπολίτην καταστρέψαι τὴν πόλιν βουληθέντος, δηλοῖ αὐτῷ Συμεὼν χρυσίον λαβεῖν καὶ τῆς καταστροφῆς ἀποχέσθαι. ὃ καὶ γέγονεν. ὀπισθόρμητος πάλιν ὁ τῶν Σαρακηνῶν C στόλος ἀπῆν. ὁ δὲ Ἡμέριος ταῦτα διεγνωκὼς, πρὸς τὴν κατ' αὐτῶν διωξιν ἐσκεύασται δίωξιν. οἱ δὲ τῇ Κρήτῃ προσβάλλουσι, καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ ἀποίκοις τῆς λείας ἀπὸ εἶμι. κἀκεῖθεν τῇ πατρίδι κομισάμενοι, ἀπραγμόνως κατὰ Λῆμνον ἔσωσαν τὸν Ἡμέριον.

κβ'. Ὁ δὲ Βασιλεὺς εἶχε τὴν Ἀνατολικῶν Στρατήγου Εὐσάθιον Πατρίκιον, ὃς ἐκ τῆς καλλίστης καὶ ἀγαθῆς γενεᾶς τῆς Ἀργυρῶν ἐκπεφώνηται. ὃς τοῖς Ἰσμαηλίταις καρτερήσας, καὶ ἔτρεπεν. οὐκ ἄπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, ῥώμῃ καὶ ἰσχύϊ καὶ συνέσει καὶ ἀνδρείᾳ καὶ φρονήσει καὶ σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ τετιμημένος καὶ ἐπειλημμένος, ἔχων καὶ Ἀνδρόνικον τὸν ἐκ τῆς Δουκὸς. Εὐσάθιον Ἀργυρὸν D οἱ Ἀγαρηνοὶ ἐδεδίεσαν, ὡς τὸ τούτου ὄνομα ἐκπλῆξιν * λέγεσθαι. Σαμωνᾶς δὲ προφα- * Legendum. σισάμενος 332 ἐν τῇ μονῇ αὐτοῦ, ᾗ ἐπώνυμον τὰ 331. Σπειρὰ ἐξιλθεῖν, ἐν τῷ Δαματρὺ οὖσαν, φυγῇ ἐχρήσατο ἅμα χρήμασι καὶ ἵπποις αὐτοῦ, τοὺς δη- 332. μοσίους ἵππους τοὺς ἐν ἑκάστῃ ἁλλαγῇ 333 ἀγγαρικοπῶν. ἀποστέλλει οὖν ὁ Βασιλεὺς ὀπίσω αὐτοῦ διῶξαι αὐτὸν Βασίλειον Ἑταιρειάρχλν τὸν Καματηρὸν, καὶ τὸν Κρωνίτλν τὸν Γεώργιον. ἐπεὶ δὲ τὸν Ἅλυν ὁ Σαμωνᾶς ἤμελλε περᾶν, καταλαβὸν αὐτὸν 333. ὁ Νικηφόρος Δρουγγάριος 334 ὁ Καλλωνᾶς, καὶ κατέσχε. ὁ δὲ πολλὰ ἱκέτευσε, καὶ ὑπισχνεῖτο δίδοναι. ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε, εἰς τὸν ἐν τῇ Συρίχῃ καταφεύγει Σταυρὸν, οὗ χάριν ἐλυθῆναι προφασισάμενος. καταλαβὼν οὖν ὁ Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Ἀνδρονίκου ὁ Δουκὸς υἱὸς, καὶ τοῦτον ἀναλαβὼν ἐν τῇ πόλει ὑπέστρεψε. προσέταξεν δὲ ὁ Βασιλεὺς αὐτὸν μὲν ἐν τῷ τοῦ Καίσαρος Βάρδα οἰκίᾳ φυλάττεσθαι. Ἠρώτησε δὲ Κωνσταντῖνον Εἰ ἀληθῶς ἐν Συρίᾳ φά-

qui Aureæ titulo atque nomine insigniebant: Samothracem vero in Thracia, olim Θυμιῶσαν, quasi *bestiis abundantem fissque plenam*, Nymphis sacram, Peninsula cum esset, fluxus postea allisione in Insulam coaluisse dixerunt, ac Samiorum colonorum juris factam, Samothraciam nuncupatam esse) hostes assequitur. At neque classem propius adire ausus est. Tripolita vero ipse a se, Dei impulsu ac nutu, reflectit iter; venientesque Thessalonicam, & comprehenso, qui illi Prætoris jure erat, Leone cognomento Catazillaco, ingentem stragem ac neces plurimas egit. Capta Thessalonica.

XXI. Quidam vero Cubiculariorum Rhodophylus nomine, ob necessaria quædam negotia in Siciliam missus erat, centum auri libras ferens; atque in itinere morbo correptus, levandæ causa ægritudinis, lavandique ac vires reficiendi Thessalonicam ingressus erat. Cepit hunc Tripolita, eum auri vim ferre intelligens, multisque tormentis subactum peremit, cum ille nihil se habere affereret. Reliquerat enim in via, ac Symeon A secretis illac transiens, sustulerat. Hic postea Patricius ac eorum qui A secretis, primus factus est. Tripolita Urbem evertere cogitabat, cum eum Symeon monet atque hortatur, ut auri summam tollat, & ab evertenda Urbe abstineat; quod & factum est. Recedit itaque iterum Thessalonica Saracenorum classis. Hemerius hostium recessu cognito, ad eos insequendos sese accingit. Ad Cretam vero appulsi, spoliorumque parte Cretensibus data, domum incolumes redeunt, relicto in Lemno insula otium terente nulloque bellico facinore, Hemerio. Rhodophylus nece fabulatus. *Edit. Paris. pag. 227.* Symeonis opera ab incendio servata Thessalon.

XXII. Habebat Leo Asiani exercitus Legatum Eustathium Patricium, ex præstantissima optimaque Argyrorum familia ortum. Hic adversus Ismaelitas depugnans, eos in fugam vertebat; neque id semel, sed & crebrius; vir scilicet robore, fortitudine, intelligentiæ vi, animi virtute, prudentia, castitate, justitia eximie ornatus, secum etiam nactus Andronicum Ducis filium. Formidolosus Agarenis Eustathius Argyrus erat, ita ut vel ejus auditum nomen, terrorem illis pavoremque injiceret. Samonas autem simulans se ad Monasterium suum, cui nomen Spira ad Damatrym situm, exire, fugam arripuit, exportatis secum pecuniis equisque suis advectis, cursus publici equis per singulas stationes poplitum nervis succisis. Mittit itaque Leo, qui eum insequantur, Basilium Camaterem Hetæriarcham & Georgium Crenitam. Samonam porro Alym fluvium trajicere parantem, Nicephorus Drungarius Callonas comprehendit tenuitque. Rogabat ille etiam atque etiam dimitti, inque eam rem munera promittebat. Ubi autem non obtinet, ad Crucem Sirichanam confugit, quasi voti causa se venisse prætexens. Verum Constantinus Andronici Ducis filius, comprehensum eum, secum in Urbem reduxit. Leo in Bardæ Cæsaris domo, eum asservari jussit: quæritque ex Constantino Eustathius Orientalium copiarum ductor trucidatus. Samonæ fuga ad suos Saracenos. Andronicus Ducis filius.

Num is vere in Syriam fugeret. Ubi autem sic se rem habere vere comperit, jubet Constantino uti hæc coram Senatu dissimulet, & eum Siricham voti causa dicat profectum esse. Volebat enim Imperator quicquid noxæ erat Samonæ indulgeri. Convocato itaque Senatu, & Constantino in medium adducto, in hunc modum percontatus est. *Per Deum & caput meum, Fugiebat Samonas in Syriam, necne?* Constantinus jurisjurandi motus religione (prius enim nulla adjuratione, sed simpliciter interrogatus, se non evulgaturum pollicitus erat) in omnium confessu, Samonam in Syriam fugam arripuisse profitetur. Quamobrem illo cum ira rejecto, Samonam Imperator Aula exclusum menses quatuor in Bardæ Cæsaris domo detinet: quibus decursis, ut Imperatoris aspectu frueretur ac alloquio, consecutus est.

Edit. Paris. pag. 228.

Constantini Ducis mens religiosa.

XXIII. Sustulit vero Leo ex Zoe quarta uxore sua filium Constantinum; in cujus ortu Cometes apparuit, radios versus Orientem ejaculans, dieique quadraginta ac noctes luxit. Infantem baptizavit Nicolaus Patriarcha in magna Ecclesia die sacro Luminum (i. Epiphaniorum) susceptoribus ex sacro fonte Alexandro Imperatoris germano & Samona Patricio cunctisque Proceribus. Eodem tempore extructa est & senum invalidorum domus, quam Cupham dicunt, inde expulsis meretricibus. Benedictionem sacro nuptiarum ritu cum uxore consecutus Leo a Thoma Presbytero, qui ea ex causa officio motus est: quam etiam Leo Augustam proclamavit. Eo facinore Patriarcha Ecclesiæ ingressu Leoni interdixit: quamobrem is a dextera parte transiens, ad Metatorium sese recipiebat.

Constantinus Leonis ex Zoe filius.

Ejus solemnis & Pulpergense Baptismus.

Leo ob quartas nuptias excommunicatus.

XXIV. Samonas Accubitor præficitur, quod ad omne facinus ac malitiam Imperatori adjutor esset: cæperuntque ambo moliri adversus Ecclesiam. Vocato itaque Nicolao Patriarcha, prima Februarii, ut reciperetur, enixius rogabant. Ubi autem ejus expugnare animum nequiverant, a convivio ac epulis ex Bucoleone lintri imponentes, in Hieriam traduxerunt; unde ægre pedes ad Galacrenos usque præ nivium nimia copia venit. Ordinatur autem Euthymius Syncellus Patriarcha, vir venerabilis modestusque ac religiosus, quem ajunt, ex divina revelatione Episcopi munus suscepisse. Exenim cogitabat Imperator pessimam legem promulgare, qua liceret viro tres quatuorve alias ex aliis uxores habere; *pag. 229.* cum non deessent viri eruditissimi, qui in hoc ei consilio adjutores essent.

Samonas Accubitor.

Nicolai Patriarchæ exilium.

Euthymius Patriarcha.

XXV. Mense Junio Constantinus Afer Imperatorem invitavit ad Monasterium suum, quod prope Ædem Apostolorum condiderat, ad illius peragenda Encænia, & ut prandio interesset. Ibi subito exortus Africus, tertioque repetitis vicibus vehementer spirans, multa concussit ædificia & Ecclesias, adeo ut omnes relictis domibus sub dium procederent, mundique consummationem adesse dicerent, nisi Dei clementia imbrium inundatione illum turbinem sedasset.

Turbo infestus.

A γὼν ἐτύγχανε· ἡ μαθὼν τοῦτο ἀληθὲς εἶναι, παρήγγειλε Κωνσταντίνῳ μὴ τοῦτο εἰπεῖν ἐνώπιον τῆς Συγκλήτου ἐρωτωμένῳ, ἀλλ' ὅτι ἐν τῇ Συρίᾳ χάριν εὐχῆς παρέγοιτο. ἤθελε γὰρ ὁ Βασιλεὺς συγγνώμης τυχεῖν τῷ Σαμωνᾷ. ἡ προσκαλεσάμενος τὴν Σύγκλητον, ἡ εἰς τὸ μέσον παραγαγὼν τὸν Κωνσταντῖνον, οὕτως ἐρώτησε. Πρὸς τοῦ Θεοῦ ἡ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς, ἔφυγεν εἰς Συρίαν ὁ Σαμωνᾶς· ναὶ, ἢ οὔ; ὁ δὲ τὴν ὅρκου ὑλαβηθεὶς· εἶπε γὰρ πρότερον μὲν ὀμνύοντος, ἀλλ' οὕτως ἁπλῶς ἐρωτῶντος, μὴ τὸ οὐ ἐξειπεῖν, ὁμολόγησε πάντων ἐνώπιον, ὅτι εἰς Συρίαν ἔφυγε. μετ' ὀργῆς δὲ τοῦτον τοῦ Βασιλέως ἀποπεμψαμένου, ἐποίησε Σαμωνᾶν ἀπὸ ὄψεως μῆνας τέσσαρας ἐν τῇ τοῦ Καίσαρος καθήμενος· ἡ μετὰ ταῦτα, τῆς βασιλικῆς ὄψεως ἡ ὁμιλίας τυχεῖν.

B

ΧΧΙΙΙ. Ἐγέννησε δὲ Λέων Κωνσταντῖνον υἱὸν ἀπὸ Ζωῆς τῆς τετάρτης αὐτοῦ γαμετῆς, ἐν ἐτῇ γενέσεως ἑξῆς κομήτης ἀστὴρ, τὰς ἀκτῖνας εἰς ἀνατολὰς ἀφεὶς, ἐπὶ ἡμέρας ἡ νυκτὶ φαινόμενος τεσσαράκοντα. ὃς 326 ἐβαπτίσθη ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, ὑπὸ Νικολάου Πατριάρχου ἐν τῇ ἁγίᾳ τῶν Φώτων ἡμέρᾳ, ἀναδεξαμένων αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀνεψιαδέλφου τοῦ Βασιλέως, ἡ Σαμωνᾶ Πατρικίου, ἡ τῷ ἐν τέλει ἀκάτων. γέγονε τότε ἡ ἐν Κύφᾳ γηροκομεῖον, ἃ ἐκεῖσε ἐναρεῖδον ἐκδιωχθέντων. συλλέγεται δὲ Λέων ὁ Βασιλεὺς μετὰ Ζωῆς ὑπὸ Θωμᾶ ἱερεύτερον, ὃς τις ἡ καθηρέθη· ἡ βασιλικὰς αὐτὴ ἀπηγόρευσε. διὰ ταύτην οὖν ἡ αἰτίαν ὁ Πατριάρχης τὸν Βασιλέα εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχεσθαι διεκώλυσεν, ὅθεν διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο 327 εἰς τὸ Μητάτωριον.

C

326. 327.

κδ'. Προεβλήθη δὲ Σαμωνᾶς Παρακοιμώμενος, 328 διὰ τὸ συμεργὸς καθεσταῖναι τῷ Βασιλεῖ πρὸς παρανομίας καὶ κακίαν ἅπασαν. καὶ κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἤρξαντο μιλιτᾶν. προσκαλεσάμενος δὲ τὸν Πατριάρχην Νικόλαον, ἐρώτα ὑπὲρ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς, καὶ πολλὰ λιπαρήσαντες δεήθησαν, ἐπεὶ πεῖσαι οὐκ ἠδυνήθησαν, δεῖπνου ἕνεκα τοῦ Βακχολείστου πλοίῳ μικρῷ ἐμβιβάσαντες, ἐν τῇ Ἱερείᾳ διεπέρασαν· ἀφ' ἧς μέχρι Γαλακρηνῶν μόλις ἄκρον 329 χιόνος ἐπικειμένης πολλῆς. χειροτονεῖται ὁ Σύγκελλος Εὐθύμιος Πατριάρχης, ἀνὴρ εὐσεβεστάτης, εὐχαρὴς τε καὶ θεοσεβὴς, ὃν φασιν ἐκ θείας ἀποκαλύψεως τὴν Ἀρχιερωσύνην καταδέξασθαι· καὶ γὰρ διενοεῖτο ὁ Βασιλεὺς νόμον κοσμεῖν ἐκθεῖναι 330 τοῦ ἔχειν γυναῖκας ἄνδρα τρεῖς καὶ τέσσαρας, πολλῶν λογιωτάτων ἀνδρῶν εἰς τοῦτο αὐτῷ συμπρεσβευόντων.

D

328. 329. 330.

κε'. Ἰουνίῳ δὲ μηνὶ προεκλήθη Λέων ὁ Βασιλεὺς παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ Λιβὸς ἐν τῇ μονῇ αὐτοῦ πλησίον τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ἐπὶ τὰ ἐγκαίνια ἐπιτελέσαι καὶ ἀρίστησαι. ἐ γέγονεν ἄνεμος ὁ λεγόμενος Λίψ, φυσήσας 331 ἕως τείτης σφοδρῶς, συνείσας ἐ εἰκόνα ἐκ τῆς ἐκκλησίας, ὥστε πάντας φεύγειν ἐν τόποις ὑπαίθροις, λέγοντας σωτηρίαν εἶναι κοσμικὴν, εἰ μὴ ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία δι' ὄμβρων ἔσπευσε τὴν τοιαύτην καταιγίδα.

E

331.

κς'. Στόλου δὲ τῷ Ἀγαρηνῶν κατὰ Ῥωμαίων ἐξιλθόντος, ὁ Βασιλεὺς Ἡμέριον Λογοθέτην τῶν δρόμου τοῦ στόλου παντὸς ἀρχηγὸν προβάλλεται. ἐδέξατο καὶ Ἀνδρόνικος ὁ Δοὺξ συνεπιλθεῖν τῷ Ἡμερίῳ, καὶ τοῖς Ἀγαρηνοὺς καταπολεμῆσαι. ὁ δὲ Σαμωνᾶς ἀδιάλλακτος ἐχθρὸς ὢν Ἀνδρονίκῳ, βόθρον αὐτῷ ὑπώρυττε, καὶ τοῖς ποσὶ παγίδας ὑπετίθει, δυσμενῶς ἔχων αὐτῷ διὰ τὴν ὑπόθεσιν τῆς φυγῆς. ὑπέβαλε δέ τινα γράψαι λαθραίως Ἀνδρονίκῳ, Μὴ ἐσ τοῖς πλοίοις εἰσιλθεῖν. ὅτι φησὶ παραγγελίας ὁ Ἡμέριος εἴληφε παρὰ Βασιλέως, ὑποβληθέντος παρὰ Σαμωνᾶ, κατασχεῖν, καὶ τυφλῶσαί σε. πολλὰ δὲ τοῦ Ἡμερίου προτρεπομένου τὸν Ἀνδρόνικον ἐσ τοῖς πλοίοις εἰσιλθεῖν, τῶν Ἀγαρηνῶν ἐπικειμένων, ἀπεσείσατο, μὴ τοῦτο ποιῆσαι καταδεξάμενος. Ἡμέριος δὲ μόνος 331 τῇ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Θωμᾶ μνήμῃ συμβαλὼν πόλεμον μετὰ τῶν Ἀγαρηνῶν, μεγάλῳ νίκῃ εἰργάσατο. τοῦτο μαθὼν Ἀνδρόνικος, καὶ ἀπογνοὺς, ἅμα συγγενέσι τε καὶ δούλοις αὐτοῦ πόλιν κατέσχε τὴν λεγομένην Καβάλαν, εἰς ἀποστασίαν ὁρμήσας. ὁ δὲ Σαμωνᾶς πάλαι ποτὲ τοιοῦτόν ἐπιλαβέσθαι καιρὸν ἐπιθυμῶν, πρὸς Βασιλέα ἔλεγε, Οὐκ ἀεί, δέσποτα, ἔλεγον, ὅτι ἀπιστεῖ καὶ ἀποστάτης ἐστὶν ὁ Δοὺξ, καὶ τὴν βασιλείαν σου πολέμιος; παραυτίκα γοῦν ἀπέστειλε Γρηγοράν Ἰβηρίτζην λεγόμενον Δομέστικον ὄντα τῆς χηλῆς καὶ συμπενθερὸν Ἀνδρονίκου, καταπολεμῆσαι αὐτόν. μαθὼν δὲ τοῦτο Ἀνδρόνικος ἐσ πως ὁ Πατριάρχης Νικόλαος τῆς ἐκκλησίας ἐξεδιώχθη, τοῖς Ἀγαρηνοῖς ἐξέφυγε πᾶσιν, συνεκαύτοις κατὰ Ῥωμαίων ἐξελαλυθόσιν. οὓς Ἀμιρμουμνῆς ἐντίμως καὶ μεγαλοφρεπῶς προσεδέξατο. ἐλυπεῖτο δὲ ὁ Βασιλεὺς διὰ τὸν Ἀνδρόνικον, ἐβούλετο λόγον αὐτῷ ἐπιγράψαι ἀποσεῖλαι, τὸ πρὸς Ῥωμαίους ὑποστρέψαι. συνεβούλευσαν δέ τινες τῷ Βασιλεῖ φιλοφρονήσασθαί τινα τῶν Πραιτωρίων Σαρακηνῶν, καὶ καταλῦσαι ἐν Συρίᾳ μετὰ λόγου ἐπιγράφου. ὃ δὴ καὶ ποιεῖ, διὰ Κιννεβάρεως γράψας, ἐν βύλλῃ σφραγίσας χρυσῇ, καὶ ὕδατος βραχίονος φατνίου τράπεζαν κατασκευάσας αὐτῷ. τῷ δὲ Σαρακηνῷ ἀπὸ Βασιλέως ἐξελθόντος, προσκαλεσάμενος τοῦτον ὁ Σαμωνᾶς εἶπεν, Οἶδας ὃ κατέχεις; τοῦτο εἶπών δὲ ὁ ἐράτης καιρὸν, ὡς τῆς Συρίας εἶη ἀπώλεια. δὺς αὐτῷ χρήματα, παρήγγειλε τοῦτο εἰς τὰς χεῖρας 332 τῷ Οὐζὴρ ἐμβαλεῖν. ὁ δὲ ἀπελθὼν, τοῦτο ποιήσας. ἐκρατήθη δὲ Ἀνδρόνικος καὶ ἐδεσμήθη μετὰ πάντων τῶν αὐτοῦ συγγενῶν. καὶ μαθὼν δὲ 333 ὅλα τὰ Σαμωνᾶ πάντα γεγονέναι, ἀναγκασθεὶς 333 τὴν ἰδίαν πίστιν ἀνώμοσε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐξωμόσαντο. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, εἰδὼς ὡς ἀδυνάτοις ἐκεῖθεν ἐξελθεῖν, βαλὼν αὑτὸν φυγῇ χρησάμενος, ἀπὸ Συρίας ἐξῆλθε, καὶ πρὸς Βασιλέα ἐπανῆκε σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ, οὓς δώροις πλείοσιν ὁ Βασιλεὺς δαψιλεύσατο, παῖδα φασὶ πρὸς αὐτὸν, φὰς ἐν τῇ πρὸς ἀνατολὰς τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Εἰκόνι. Μὴ πτοηθῇς καθ' ἑαυτὸν, τὸ παρὰ πολλοῖς εἶναι ἀδόμενον, Κωνσταντῖνον βασιλεύσοντα Ῥωμαίων. ὀλυμοί σοι εἰς τὴν πατρίδα ἔλθῃ, καὶ εἰς τὸν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Εἰκόνα, ὅτι οὐκ ἔσῃ σὺ βασιλεὺς, διὰ τὸ κατονομάζεσθαί σε Κωνσταντῖνον, ἀλλὰ τῷ φιλτάτῳ μοι ὑπὸ θεοῦ διὰ προγόνων δεδω-

A XXVI. Agarenorum classe adversus Romanos adventante, Leo Hemerium publici cursus Logothetam classi universæ Ducem perficit. Jussus & Andronicus Dux cum Hemerio navim conscendere, adversumque Agarenos fortiter dimicare. Samonas vero quo implacabili in Andronicum erat odio, alta viro foveam fodit, ac pedibus laqueos supponit, dire illi infensus ob suæ fugæ negotium. Nempe subornavit qui occulte Andronico scriberet, *Ne in naves intraret. Quippe in mandatis accepisse Hemerium ab Imperatore, Samonæ consilio, ut eum experet, atque oculis orbaret.* Hemerio itaque etiam atque etiam rogante atque hortante Andronicum, ut, Agarenis ingruentibus, naves intraret, ille resilire ac imperium detrectare. Hemerius ipse solus, qua die solemnis sancti Thomæ memoria agitur, conserta cum Agarenis manu, ingenti victoria potitur. Ut cognovit Andronicus, desperatione actus cum necessariis & familia totoque comitatu, occupata Urbe sic dicta Cabala, rebellavit. Porro Samonas olim jam ejusmodi occasionem nanisci desiderans, ad Imperatorem, *Nonne semper, Domine, ajebam, Ducem rebellem esse ac defectionem moliri, tuæque Majestati fore perdurellem?* Mox itaque mittit Imperator Gregoram cognomento Ibericem Scholarum Domesticum ac Andronici ex uxore affinem, qui eum debellet. Andronicus ubi rescivit, ac Nicolaum Patriarcham ex Ecclesia ejectum intellexit, ad Agarenos; qui tum adversus Romanos expeditionem susceperant, cum suis omnibus profugit. Amermumnes virum honorifice ac magnifice accepit. Animi anxius Imperator ob eam Andronici fugam, data securitatis fide ad se eum revocare studebat. Quamobrem auctores quidam illi extitere, ut Saracenorum quemdam ex Prætorio sibi conciliaret, quem cum subscripto venire libello in Syriam mitteret. Hunc ergo paravit Imperator, scribensque Cinnabari ac Regia bulla consignans, intra brevem cereum fusum litteras inclusit. Saracenum ab Imperatore discendentem advocans Samonas, *Scis*, inquit, *quid ferat? Is, quem tenes, Cereus, Syriæ pernicies est.* Numerata itaque pecunia, Uzeri in manus tradere jussit. Profectus itaque Saracenus, quod jussus erat, fecit. Captus vero Andronicus, ac cum necessariis omnibus in vincula conjectis. Cumque hæc Samonæ dolo in se gesta comperisset, necessitate adactus, cum ipse tum alii fidem ejurarunt. Ejus autem filius Constantinus, cum sciret fieri non posse ut inde liber exiret, patris consilio fuga usus, Syria relicta ad Imperatorem cum sociis reversus est. Hanc Imperator donis plurimis munifice acceptum, stans ad Domini ac Salvatoris nostri Imaginem ad Orientem positam, in hæc verba affatus est. *Ne te seducat quod vulgo jactant, Fore Constantinum Imperatorem Romanorum. Juro enim per inspectricem omnium Justitiam, & per Domini nostri hic positam Figuram, nihil Imperium ad te attinere, eo quod Constantinus audias; sed filio meo dilectissimo divinitus a majoribus donatum esse, quod ego viris*

Samonas perfidia perdendo Andronico Duci.

Edit. Paris. pag. 230.

Andronicus fidei desertor.

Constantinus filius reversus.

Adjuratio ne tyrannidem affectet.

sanctis non paucis vaticinantibus, ita fore exploratum habeo. Si enim huic mortem machinatus fuerit, per hanc portam corpus truncum capite inferetur: quod & ita contigit. Cum enim ille tyrannico more manus levasset, ejus caput cruore & tabo atque pulvere deformatum, per has ipsas portas illatum est.

Leo Eustathium Argyrum veneno sublatus.

XXVII. Præterea Leo Eustathium cognomento Argyrum, ob suspicionem quamdam ab Excubiarum Drungarii munere amotum, domum suam ad Charsianum remisit. In via autem ad Aran, accepto ab uno domesticorum veneno, extinctus est; atque in Spunino, quod ipsius Aran vertex est, sepultus. Ejus deinde corpus ipsius liberi Potus ac Leo Manglabitarum dignitate fulgentes, sublatum, in avito Monasterio S. Elisabet, quod in Charsiani Themate est, & a Leone Tribuno illorum avo extructum erat, condidere. Hic Leo Argyrorum (velut Argentcorum dicas) nomen in familiam primus intulit, sive ob corporis puritatem ac castitatem, sive propter vultus decorem ac conspectus ingenuitatem sive propter alium quemdam ejus generis, indolis ac fortitudinis modum. Ejusmodi enim vir ille fuit, ut Michaele Imperatore, nemo bellatorum ejus virtutem æquaverit; ita sane ut sæpius cum vernaculis suis conserta cum Agarenis Tephricensibus manu, eos fuderit ac profligarit; ipsamque ejus nominis mentionem illi paverent ac extimescerent.

Familiæ nomina & virtus.

Edit. Paris. pag. 331.

XXVIII. Captivos commutandi causa a Tarso venerunt, cum Abelbaces ille, tum Samonæ pater. Hos Imperator excepit, præmagnifice exornata Magnaura. Sed & Magnam Ecclesiam, magnifico prorsus cultu decoravit, cunctaque veneranda vasa Saracenis ostendit: haud sane satis e Christiana disciplina, ut divini ministerii vasa nefariis impiisque hominibus ac alienigenis, visenda exponeret. Voluit Samonæ pater cum filio manere: sed ille non passus est; magisque hortabatur ut domum rediret, ac suam fidem teneret: se quoque, cum primum liceret, ad ipsum reversurum expectaret.

Leonis importuna dilectatio.

XXIX. Sacro Pentecostes die Leo Imperator filium Constantinum, Euthymii Patriarchæ opera Augustum coronat. Samonas vero Constantinum domesticum suum, qui prius Basilio Magistro ac Caniclei præfecto in ministerio fuerat, Augustæ tradit in obsequium. Sic vero ille cum Leonem, tum ipsam Augustam demeruit, ut & Samonas livore incensus, secretioris cum Augusta rei eum detulerit. Sicque re ipsa suspicatus Leo, in sancti Tarasii Monasterio mittens, tocondit; idque adeo ipsummet Samonam præstare jussit. Brevi autem post, cum eum vellet recipere, Samonæ jubet ut in Spirarum Monasterium eum adducat. Egressus itaque Imperator ad Damatryum, & in Samonæ prandium Monasterio, videns Constantinum, illico sæculares vestes mandavit induere, ac Imperatoris inter prandendum poculum in manus accipere, secumque in Palatium redire. Samonas Imperatoris erga Constantinum propensum amorem videns augescere, re cum Cubiculario-

Basilius eximiæ virtutis.

Ἀραται, καθὼς παρὰ πολλῶν ἁγίων ἀνδρῶν πεπληροφόρημαι. εἰ γὰρ παραθείης τοῦτον ἐλαχιστεύεσθαι, τῇ πύλῃ ταύτῃ ἡ κεφαλὴ σὺ σώματος ἐκτὸς εἰσελεύσεται· ὃ καὶ γέγονε. μὴ γὰρ τὸ ἆραι αὐτὸν τυραννικῶς χεῖρας, ἡ κεφαλὴ αὐτῷ αἵματι καὶ λύθρῳ καὶ κόνει ἀμαυρωθεῖσα, διὰ τῆς αὐτῆς πυλῶν εἰσελήλυθεν.

ΧΖ. Ὁ δὲ Βασιλεὺς διαδέξασθαι τὸν Εὐσταθίου ἐπονομαζόμενον Ἀργυρὸν ἀπὸ τῶν Δρουγγαρίων ἡ βίγλης δι' ὑποψίαν τινά, καὶ τοῦτον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἀπέστειλεν εἰς τὸ Χαρσιανόν. καθ' ὁδὸν δὲ εἰς τὸ Ἄραν φάρμακον παρὰ ἀνθρώπου αὐτοῦ, λαβὼν πέπωκε· καὶ θάπτεται εἰς τὸ Σπουνὶν τῷ Ἄρᾳ τελῶ κορυφῇ. Εἶθ' ὕστερον δὲ υἱοὶ αὐτοῦ Πάθος καὶ Λέων, οἱ τῆς τῶν Μαγλαβίτων ἀξίας τετιμημένοι ἄρχοντες αὐτῶν, θάπτουσιν αὐτὸν εἰς τὸ γενικὸν αὐτῶν μοναστήριον, τὸ ὂν εἰς τὸ θέμα τοῦ Χαρσιανοῦ ἡ ἁγίας Ἐλισάβετ, τὸ ἀνεῳχθὲν παρὰ Λέοντος, Τιβουράχου ὄντος αὐτῶν· ἐξ οὗ καὶ τὸ ὄνομα τῶν Ἀργυρῶν εἴληφεν, ἐπὶ τῷ καθαρὸν καὶ ἀγνὸν τοῦ σώματος, ἐπὶ τῷ κάλλει καὶ γενναίοις ἡ ὄψεως, εἴπ τισι τρόπον ἡ γενετῆς καὶ ἀνδρείας αὐτοῦ. καὶ δὴ τοιοῦτος ὢν ὁ ἀνὴρ, οἷος ἕτερος ἐπὶ Μιχαὴλ Βασιλέως οὐχ ὡρίθη ἕτερος, ὡς πολλάκις τοῖς Ἀγαρηνοῖς τῆς Τεφρικῆς μετὰ τοὺς ἀνθρώπους αὐτοῦ μιγνυμένους, εἰς τροπὴν καὶ φυγὴν καὶ ἀπώλειαν παρίσχειν, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ φεμιζόμενον καταπτήσσειν καὶ τρέμειν. C

* τῶν ἀνδρῶν αὐτοῦ.

ΧΗ. Ἀλλαγὴν δὲ ἔσχεν ὑπὸ Ταρσοῦ ἐξελθεῖν. ὅ, τε Ἀβιλβάκης ἐκεῖνος καὶ ὁ τοῦ Σαμωνᾶ πατήρ· καὶ τοῦτο ὁ Βασιλεὺς ἐδέξατο, κόσμῳ πολλῷ καὶ Μαναύραν κατακοσμήσας. ἐκαλλώπισε δὲ καὶ τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν πανταχῶς, καὶ ὑπέδειξεν ἅπαντα τὰ τίμια σκεύη τοῖς Ἀγαρηνοῖς· ὅπερ ἀνάξιον ὢν Χριστιανικῆς κατασκέψεως, ἀθεμίτοις καὶ ἀλλοθνέσιν τὰ τῆς Θεοῦ λειτουργίας σκεύη κατατίθεσθαι. ὁ δὲ τοῦ Σαμωνᾶ πατὴρ ἐβούλετο σωθῆναι τῷ υἱῷ· ὁ δὲ οὐ κατεδέξατο τοῦτο, ἀλλὰ μᾶλλον παρῆν εἰς τὰ οἰκεῖα ἀποτρέπειν, καὶ τὰ ἰδίας ἀτυχεῖν πίστεως· Κἀγὼ δέ φημι, εἴπερ ὄντως, πάντων ἐρᾷς σὺ Χριστιανίζεσθαι. D

331.

ΧΘ. Τῇ δὲ τῆς Πεντηκοστῆς ἡμέρᾳ εἶπεν ὁ Λέων ὁ Βασιλεὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον τῷ Εὐθυμίῳ Πατριάρχῃ. ὁ δὲ Σαμωνᾶς Κωνσταντῖνον ἄνθρωπον αὐτοῦ, τὸν πρότερον Βασιλείῳ Μαγίστρῳ καὶ Κανικλείῳ διακονήσαντα, τῇ Αὐγούστῃ ἐκδίδωκε, πρὸς τὸ πιστῇ ὑπηρετεῖσθαι, ὃς πάντων ἠγαπήθη παρά τε τῷ Λέοντι καὶ τῆς Βασιλίσσης αὐτῆς, ὥστε καὶ Σαμωνᾶν ζηλοτυπεῖσθαι αὐτῇ, καὶ λοιδορεῖσθαι τοῦτον ὡς τῇ Αὐγούστῃ σωφρονοῦντα· ὅπερ ὁ Βασιλεὺς ἀληθὲς εἶναι ὑποπτεύσας, λιποστρατίας ἀπέπεμψεν αὐτὸ ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Ταρασίου μονῆς· αὐτῇ τῇ Σαμωνᾷ ἐπιτρέψας τοῦτο ποιῆσαι. μετ' ὀλίγον δὲ βουλόμενος τοῦτον ἀναλαβέσθαι, ἐκέλευσε τῇ Σαμωνᾷ ἐκ τῆς τῶν Σπειρῶν μονῆς τοῦτον ἀπαγαγεῖν. ἐκ τῆς Δαματρὺ οὖν ὁ Βασιλεὺς ἐξελθὼν, καὶ ἐκ τῆς τοῦ Σαμωνᾶ ἀειστέσεως μονῆς, εἶδεν Κωνσταντῖνον, καὶ παρέδυ διατελεύσατο, καὶ ἐνέδυσεν αὐτὸν ἱμάτια κοσμικά· καὶ ἐπέδωκεν εἰς χεῖρας τὸ τοῦ Βασιλέως ποτήριον ἐκ τῆς ἀειστέσεως, καὶ ὑπέστρεψεν μετὰ τοῦ Βασιλέως ἐν τῇ παλα- E

τίφ. ὁρῶν δὲ Σαμωνᾶς τὸν τῦ Βασιλίως ἀγάπλω πρὸς Κωνσταντῖνον ἀυξανόμενον, πιττάκιον συντίθησι μὴ μεγίστω Κοιαιστῶ ὁ Μιχαὴλ Τζιρίθωνος, λοιδορίας κὴ Βασιλίως ἔχον ἀπείρως, ἃς ὁ Ῥοδίω Κωνσταντίνω τὸ αὐτὸ ὑπογραφίως τῦτο συνταξας, ὅπερ ἐν τῷ Μετανοείῳ ἔρριψεν. τὸν δὲ Βασιλίως εἰσελθόντος ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, 336. ἡνίκ' ἐν αὐτῷ τῷ Μετανοείῳ γενόμενος, κὴ ἐν ᾧ πύχετο τόπῳ τῦτο εὗρεν, καὶ ἀναγνὺς πολλῆ θλίψει κατεσχέθη, καὶ ἐζήτει τὸν τῦτο πεποιηκότα.

λ'. Γίνεται δὲ ἔκλειψις σελήνιακή. ὁ δὲ Βασιλεὺς τὸν Μητροπολίτην Σωνάδων Παπαλέοντα προσεκαλέσατο, μαθεῖν παρ' αὐτῦ τὸ τῆς ἐκλείψεως ἀποτέλεσμα· ὃν προσιρχόμενον πρὸς τὸν Βασιλέα ὁ Σαμωνᾶς ἠρώτησε, Εἴς τινα ἡ κάκωσις; ὁ δὲ ἔφη, Εἰς σε· καὶ ἐὰν τῷ Ἰουνίῳ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ διελθῇς, ἀδεὴς ἐκ τοῦτε πείσῃ κακόν. πρὸς δὲ τὸν Βασιλέα εἶπεν Ὡς 337. εἰς τὸ δέκατον πρόσωπον ἡ ἔκλειψις ἀποσκήψει. ὁ δὲ Βασιλεὺς ὑπόπτευσε τῦτο εἰς Ἀλέξανδρον τὸν ἑαυτῦ ἀδελφὸν ἀποβήσεσθαι. ὁ δὲ Τζιρίθων ἰδίᾳ τῷ Βασιλεῖ μὴ παῦσα καθομολόγησε, ὡς ὁ Σαμωνᾶς εἰ τὸ πιττάκιον πεποιηκώς. παρελθὼν οὖν καταβιβάζει Σαμωνᾶν εἰς τὸν οἶκον αὐτῦ, καὶ ἀποκείρει Μοναχόν· ἀπάγει αὐτὸν εἰς τὸ τῦ Μαρτινακίου μοναῤῥιον. ἐποίησε δὲ 338. τὸν Κωνσταντῖνον Παρακοιμώμενον, ᾧ ἔκτισε αὐτῷ μοναῤῥιον ἐν Νοσιαῖς· καὶ παραγενόμενος ἅμα Εὐθυμίῳ Πατριάρχῃ, ἐνεκαίνισε αὐτό.

λα'. Ὀκτωβρίῳ δὲ μηνὶ Ναυμαχία γέγονε. Ἡμερίῳ Λογοθέτῃ μὲν Δαμιανῦ καὶ Λέοντος τῷ Ἀγαρηνῶν, στρατηγοῦντος ἐν Σάμῳ Ῥωμαίων τῦ μὲν παῦσα βασιλεύσαντος. ἡττήθη Ἡμέριος, καὶ μόλις διεσώθη, χιδὸν ἅπαντας τῷ μετ' αὐτῦ κινδυνεύσαντας.

λβ'. Κοιλιακῷ δὲ νοσήματι περιπεπτωκὼς Λέων ὁ Βασιλεὺς, εἰς ἀδυναμίαν ἦλθεν ἐσχάτην, ὥστε μόλις διανθῆναι αὐτὸν καὶ τὸν βασιλικὸν τύπον 339. ἐν τῇ τῆς Ἐγκρατείας διαγορεύσαντα· Ὁρᾶτε κατεκλάσθη με, καὶ νόσῳ τρυχόμενον. ἀκίνητι τάχα μεθ' ὑμῶν καταλήξομαι τῷ τῆ Χριστῆ ἀνάστασιν. γέγονε δὲ καὶ ἐμφρασμὸς εἰς τὰ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κηρολαρεῖα, καίπερ τῇ τοκοδιτίων καὶ χαρτοδιτίων τῆς Πατριαρχικῆς σακέλλης. Μαΐῳ δὲ ια'. ἡμέρᾳ γ'. ἰνδικτιῶνος ιε'. πλάττῃ Λέων ὁ Βασιλεὺς, Ἀλεξάνδρῳ τῇ αὐτῦ ἀδελφῷ τῷ βασιλείαν παραδώς· ὃν ἰδών, ὡς φασι, πρὸς αὐτὸν ἐρχόμενον, ἔφη, Ἰδοὺ ὁ κακὸς καιρὸς μὴ δέκα τρεῖς μηνῶς. πολλὰ δὲ πάνυ ἐποίησε λιτανεύσας τὸν υἱὸν αὐτῦ Κωνσταντῖνον φυλάττειν.

rum maximo & Michaele Tzirethone composita, libellum innumeris in Leonem conviciis ac criminibus confertum, per Constantinum Rhodium illius scribam contexunt, inque Metatorio proiiciunt. Ingressus autem Imperator in majorem Ecclesiam, cum in Metatorium se recepisset, quo loco preces offerre illi moris erat, libellum offendit, legitque. Quare in magnam animi anxietatem conjectus, ejus injuriæ auctorem perquirebat. *Edit. Paris. pag. 232. 1*

XXX. Contigit autem lunam deliquio laborare. Tum Imperator Pantaleonem Metropolitam Sinadensem accersivit, ut lunaris ejus defectus effectum edoceretur. Dumque ad Imperatorem accedit, sciscitatur ex illo Samonas, *Cujnam defectio illa maleficæ futura sit?* Cui ille, *Tibi. Si tamen Junii mensis diem tertium decimum excesseris, nihil detrimenti mali patieris.* Ad Imperatorem vero dixit, *Ad cum spectare eclipsis vim, qui secundas ab illo teneret*: atque hoc Leo de fratre suo Alexandro accepit. Verum Tzirethone postea Imperatori seorsum confessus est, *Samonam libelli auctorem esse*. Statim ergo Leo Samonam domum suam abire jussit, inque Monachum tonderi: relegatque in Martinacii Monasterium. Constantinum vero Accubitorem facit, ædificavitque ei Monasterium in Nosiis, ac veniens illius Encænia cum Euthymio Patriarcha peregit. Samonas in ordinem redactus. Constantinus Accubitor factus.

XXXI. Mense Octobri commissa navalis pugna Hemerio Logothetæ cum Damiano & Leone Agarenis, Sami Prætore Romano, qui postea rerum potitus est. Victus ea congressione Hemerius, ægreque ipse evasit, cunctis propemodum cum eo militantibus in vitæ periculum adductis. Hemerii clades a Saracenis.

XXXII. Porro Imperator cœliaco morbo correptus, eoque in summam redactus invaletudinem, ut vix potuerit Jejuniorum tempore ex Imperatorum more concionem in hæc verba habere. *Videtis me contabuisse & morbo consumptum esse; nec forte ad Christi Resurrectionem vobiscum vitam producam.* Contigit autem incendium in magnæ Ecclesiæ Cerulariis, quo Patriarchalis Sacelli scrinia omnia combusta sunt. Maii undecima, die tertia, Indictione xv. diem obiit Leo Imperator, tradito fratri suo Alexandro, Imperio; quem a se venientem cum vidisset, dixisse ferunt, *En malus temporis articulus post tredecim menses*. Etiam vero atque etiam illum rogavit ac obtestatus est, ut Filium suum Constantinum servaret. Leonis mors.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΥΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ.

Edit. Paris. p. 45-233.

IMPERIUM ALEXANDRI FILII BASILII.

I. ALEXANDER imperavit cum Constantino Leonis filio, annum unum, dies viginti-duos. Mittens vero, Nicolaum ex Galacrenis revocavit, deturbatoque Euthymio, eum iterum in Patriarchali solio collocavit. Habito autem in Magnaura concilio, exque Agatho deducto Euthymio, una cum Nicolao sedens, Sacerdotali eum dignitate exuit. Mox vero velut feræ bestiæ in venerandum sacrumque virum insilientes, venerabilem barbam vellicabant, inque cervicem pellebant, aliisque gravissimis modis excruciabant, Inscensorem vocantes & adulterum, quique alienam invasisset uxorem. Quæ omnia Vir sanctus & venerabilis placide ac silentio sustinebat. Exilio itaque ad Agathi ædes relegatus, vitaque functus, in Monasterio suo in Urbe sepultus est. Clericus ille Patriarchæ, qui in Magnaura dum mitteretur in exilium canos ei vulserat, domum reversus, ea ipsa hora incendio absumptam invenit, filiamque manibus oreque impeditam, omnique sermonis vi destitutam; quæ & lecto decumbens ad Nicephori usque Imperatoris (magnifici illius Victoris) tempora duravit, in diurnum cibum stipem mendicans.

Nicolai restitutio.

Euthymii indigna tractatio.

Divina ultio irreligiosi in Euthymium Clerici.

Phoce.

II. Alexander itaque cum & olim sic comparatum esset, ut molliori vitæ, cupediisque ac venationibus tempus omne addiceret, ob Leonis scilicet fratris suspiciones, nihilque regium agitaret, sed deliciis & impudicitiis incumberet, etiam solus rerum potitus, nullum generosæ indolis specimen edidit, aut dignum memoriæ quicquam egit. Statim enim ac Imperium solus capessivit, Joannem Clericum cognomento Lazanem, Rectorem fecit: qui & paulo post defuncto Alexandro, in Hebdomo pila ludens, male periit.

Alexandri perditi mores.

Joannes Clericus Rector.

III. Similiter quoque Gabelopulum & Basilitzem Sclabinorum ortum genere vehementer ditavit, ac palatii eos opibus cumulavit. Ferunt sæpius animo agitasse, ut eumdem Basilitzem Imperatorem præficeret, ac Constantino Leonis filio virilia exsecaret: quod illius consilium dissiparunt, viri in Leonem propensiore animo, dum modo teneræ ætatis puerum, modo infirmæ valetudinis esse causarentur. Eo imperante stella Cometes ab Occidente apparuit (Xiphiam appellant ob gladii similitudinem) sanguinisque effusionem in civitate portendere ajebant.

Sodales.

pag. 234.

Cometa Xiphias.

IV. Cæterum Alexander se ipse impostoribus ac præstigiatoribus dedens, ab eis in eam mentem adductus est, ut Aprum æneum in Circo erectum suum ille signum esse existimaret. Ajebant enim, *Leoni fratri adversari*: ejus porcorum affinem vitam moresque insi-

Alexandri perditi mores.

Ad. 340. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ἐβασίλευσεν ἔτος ἕν, ἡμέρας κβ'. σὺν Κωνσταντίνῳ τῷ υἱῷ Λέοντος. Νικόλαον ἢ ἤγαγε Νικόλαον ἐκ Γαλακρηνῶν, καταγαγὼν τῷ Πατριαρχείῳ Εὐθύμιον, ἢ ἐνθρονίασεν αὐτὸν Νικόλαον τὸ δεύτερον. πεισθεὶς ἢ συλλόγῳ ἐν τῇ Μαγαύρᾳ, Ἀλέξανδρος κατήγαγε λόγῳ τὸν Ἁγαθοῦ Εὐθύμιον, ἢ ἅμα Νικολάῳ καθισθείς, τὴν αὐτῷ καθαίρεσιν ἐποιήσατο. δεῦρο ἢ ὥσπερ ἀπήμερος θηρὶς ἐμπηδήσασα τῷ ἱεροφαντικῷ ἀνδρὶ, τὸν σεβασμίαν γενειάδα ἀπέτιλλον, ἢ ἐπὶ τράχηλον ὦθουν, ἢ ἄλλας ἀνιάτοις ποιναῖς τὸν ἐπίφορον, ἐπιβάτην ἀποκαλοῦντες ἢ μοιχόν, ἢ ἀλλοτρίᾳ ἐπιπηδήσαντα γυναικί. Ὁ δὲ ἱερὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ ἢ αἰδέσιμος φαρέως πάντα ἢ εὐτύχως ὑπέφερεν. ὑπερόριος οὖν τῆς Ἁγαθοῦ κλεὶς, ἢ πλοῖα τῷ βίῳ χρησάμενος, ἐν τῇ πόλει ἐτάφη παρὰ τὸν αὐτῷ μοναχόν. Ὁ ἢ τοῦ Πατριάρχου Κληρικὸς, ὁ τὰς πολιὰς αὐτοῦ τίλας εἰς ἣν Μαγναύραν ἐν τῇ ἐξορίζεσθαι αὐτὸν ὑποσρίψας εἰς ἣν οἰκίαν αὐτοῦ, ἣν αὐτίκα ἣν ὥραν ὁ οἶκος αὐτοῦ πυρκαϊᾷ παραδέδοται ὁρᾶτο. θύρα ἢ ἢ θυγατέρα αὐτοῦ * ἐπειλημμένην, ἢ κραυγάζουσαν ἢ τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸ στόμα ἢ ἣν λαλιάν. ἥτις ἢ κλινήρης ἔτι διήγετο ἢ ἡμέρων τροφὴν ζητοῦσα μέχρι Νικηφόρου Βασιλέως ἣν Νικητοῦ, 341.

* ταραμυθίαν, cum Scylitz.

β. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἢ πάλαι τοῦτο ἔργον ἔχων, τὸ ἀβροδίαιτος εἶναι ἢ τοῖς κυνηγεσίοις προσέχειν ἢ τὰς ὑπεροψίας ἣν ἀδελφὸν αὐτῷ Λέοντος, ἢ μηδὲν βασιλέως ἔργον ἢ ἐπράττεσθαι, ἀλλὰ τὸ τρυφᾶν ἢ ἀσυλλογίστως σχολάζειν ἀγαπητῶς, μονώτατος ἄρξας, ἀδὲν γενναῖον ἢ λόγου ἄξιον κατεπράξατο. ἅμα δὲ τῇ γυνὶ σθαι Μονοκράτωρ, Ἰωάννῃ Παπᾶν, Λαζάρης τοῦτῳ ἐπώνυμος, Ῥαιπτὴρα πεποίηκε. ὃς ἢ κακῶς τὸ ζῆν ἀπέρρηξε μὴ θάσσων Ἀλεξάνδρου ἐν τῇ Ἑβδόμῳ σφαιρίζων.

γ. Ὡσαύτως οὖν ἢ Γαβελόπυλον ἢ Βασιλίτζην τὸν ἀπὸ Σκλαβισίας σφοδρῶς καπηλεύσας ἢ τοῖς τῶν παλατίων πειθοῖ χρήμασι. φασὶ δὲ ἢ βιβυλλᾶσθαι αὐτὸν πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ Βασιλίτζην εἰς Βασιλέα προχειρίσασθαι, τὸν δὲ Κωνσταντῖνον ἣν Λέοντος υἱὸν ἀνηρῆσθαι. ἥτις βουλὴ ἢ διεκριθῆναι παρὰ τῶν ἀνουσίων τῷ Λέοντι, ποτὲ μὲν ὡς τύπτειν ἴσι, ποτὲ δ' ὡς ἀθῶος, ὑποτιθεμένων. ἐπὶ τούτῳ αὖθις ἐφάνη κομήτης ἐκ δύσεως, ξιφοειδῶν αὐτὸν ἐκάλουν, ὃν αἱμάτων χύσιν προσημαίνειν ἐν τῇ πόλει γενέσθαι ἔφασαν.

δ. Οὗτος Ἀλέξανδρος πλάνοις ἑαυτὸν τῇ χάσιν ἐδίδωκεν, ἐπείθετο ὑπ' αὐτῶν, ὡς ὁ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ σάραγος χαλκοῦς ἑστηκὼς, στοιχεῖον αὐτῷ εἶναι. Λέοντι δὲ τῷ * αὐτοῦ φασὶν ἀδελφῷ ἀντιμάχεται, χοιροβοσκὸν τὸν αὐτοῦ ὑπειμφαίνοντες. ὁ δὲ τύπτειν ἀπαπθεὶς, αἰδοῖα ἢ ὀδόντας τῇ χοίρᾳ προσαπτόντων, ὡς λειπομένους αὐτῷ. τῇ τοιαύτῃ οὖν πλά-

* αὐτοῦ,

γῆ πίστεως, ἱππικὸν πλοῖον, καὶ τοὺς ἱερεῖς τῶν ἐκκλησιῶν πάπλως, καὶ τοὺς λαμπτῆρας ἀναλαβὼν, τὸ ἱππικὸν καπυρίσμασι. τῷ τῷ Θεῷ τιμὴν τοῖς εἰδώλοις ὁ δείλαιος παρεχών. Διὸ καὶ τῆς τιμῆς παρὰ Θεοῦ ἀφῃρέθη, ὡς πάλαι.

ε'. Ἡμέριον δὲ Λογοθέτην ἐκ τῆς ἥττης τῶν Ἀγαρηνῶν ὑποστρέψαντος, ἀποστείλας πεμψέμενον αὐτὸν εἰς τὴν μονὴν τὸ παλατίου, ᾗ ἐπώνυμον Καμπᾶ, ἀχαριστότερος αὐτὸν ὡς ἐχθρὸν φανέντα εἰς ταῖς ἡμέραις τῆς Βασιλείας τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Λέοντος. ὁ δὲ πεμψεσμένος ἐπὶ μῆνας ἓξ, ἐτελεύτησε δεινῶς ὑπὸ θλίψεως κατεργασθείς.

assertores; quorum opera, dum diviniore semper perficitur, manuque ducitur ac erudiur, disciplina, dæmoniacos impurosque errores ac opiniones, idolorumque nugaces fabellas ac vanitates, ipsorum cultoribus dimisit; rectæque opinionis doctrina fidem obsignans, ac quidquid zizaniorum & hæreticorum alienigenarumque plantationis est, nihil usquam divinæ sementi conjunctum admittens, puram illibatamque pietatem conservavit. Cujus cum & alia insignia ac notæ suppetunt, unde fama occasiones nacta, illius clarum nomen effecit; tum unum illud primum ac singularissimum monstratur, quod rectæ fidei tenax existat ac celebretur, hocque magis, quam ullis aliis ornamentis sibi placeat atque clareat. Sed quia ejus ipsius civitatis res accurate ex me discere quæsisti, idque ne præstem arduum mihi, nec præsentis sermonis instituto admodum consentaneum existit, paucis nonnullis, ac quibus maxime, ea quæ dicenda sunt oculis usurpare tibi ipse videri possis, narrationi * adjunctis, ad nostram ipsorum calamitatem orationem convertam.

Edit. Paris. pag. 320.

Rectæ fidei nomine gloriatio.

* Præmissis.

IV. Ea igitur, uti dictum est, magna Civitas, latoque sinus ambitu, ac mœnibus crebrisque propugnaculis atque arcibus munita; ejusmodi scilicet, quæ civibus, quantum ad horum structuram attinet, tutum habitaculum præbeat. Marinum sinum ad Notum protensum habet, quo, obliqua latere circumluta, navibus undique versum confluentibus, facilem in semet præstat aditum. Hic enim portus quidam mirabilis cavo recessu funditur, pronoque in se aditu, navigantibus tuto resupinatur, a ventorum injuriis prorsus innoxius, & navium stationi placidus ac tranquillus. Hunc Artifex a reliquo mari divisit. Medio siquidem muro, aquarum influxu coercito, una quoque præclusit, quæ ex vicino mari ventorumque flatu fluctuum vis procellaque illiditur. Mare namque alto gurgite inflatum continentem excurrens, muro interposito præpeditum, cum non habeat quo minas suas exoneret, in latera muri convolvitur; & aqua, lento quodam modo sensim dilabens, ab omni salo æstuque liberum conservat istiusmodi portum. Sinus porro a magno mari, cervice quadam ac faucibus, cubiti instar prominentibus, ac quam longissime alto æquore procurrentibus (eam accolæ cervicem Echolum appellant, quod in mare procul projecta effunditur) abscissus, inque adversam sibique oppositam continentem, cervicis hujus artificio ac molimine coarctatus, alium portum intra pelagus efficit: ex quo videlicet cubita, flexuque, ad ipsum Urbis murum, orbem pulcherrimum, partibus utrinque late fusis, versusque Urbem sensim sese contrahentibus, efformare videtur. Et respicit quidem sinus ab Austro, reliquum mare; portus, sinum; Urbs, portum. Ac portus quidem quatuor angulis comprehendiur; sinus flexum in orbem, alveo quam maxime profundo, agitur: extremis finibus, & longe a continente, magna parte aquæ minuuntur.

Civitatis portus ad mare & Austrum.

Portus sinusque artificium.

pag. 321.

V. Et hoc modo se habet pars Urbis, quæ ad Notum spectat; quæ vero ad Aquilonem, asperrima est & prope impervia. Mons enim altiore supercilio tumulis superpositus eminet, non parvam civitatis partem a reliqua humo sustollens: adeo ut pars illius in planitie, accolarum usibus coaptata jaceat; pars in scollibus mon-

Thessalonicæ borealis situs.

Ἁγιος, τὸ σωτήριον λόγου σπόρᾳ ἀντεχομένη, & ὑφ' ἑαυτὴν ἀεὶ καταρτιζομένη & παιδαγωγουμένη & θεοπράοις παιδεύσεσι, δαιμονικοὺς & μυσαρὰς πλάνας & δόξας, & εἰδωλικὰς ἐκφυμιώσεις, τοῖς τιμῶσι τοὺς δαίμονας ἀπεκτίμησατο· ὀρθοδόξῳ δὲ διδαχῇ & πίστει στηριγμένη, & τῶν ζιζανιωδῶν φυτῶν & αἱρετικῶν & ἀλλοφύλων, ἀμιγεῖ οὐδέποτε τῷ θείῳ σπορᾷ συγκαταδέξασα, καθαρὰν & ἀκίβδηλον διετήρησε & εὐσέβειαν. ἧς πολλὰ μὲν & ἄλλα γνωρίσματα, ὧν ἡ φήμη τὰς ἀφορμὰς λαμβάνουσα, λαμπρὸν τὸ περὶ αὐτῆς ἐκήρυττεν ὄνομα· ἓν δὲ τοῦτο πρῶτον καὶ ἰδιάζοντον διέκρινε, τὸ ὀρθόδοξον αὐτῇ & εἶναι & ὀνομάζεσθαι, & τοῦτο μᾶλλον, ἢπερ τοῖς ἄλλοις σεμνύνεσθαι. ἀλλ' ἐπειδὴ & τὰ κατ' αὐτὴν ἐκείνῃ & πόλει φιλοσόφους μαθεῖν ἐπιζήτησας, τοῦτο δὲ δυσπερίληπτον πως ἐμοί, τῇ τε παρούσῃ ὁρμῇ & λόγῳ παρὰ μικρὸν ἀνακόλουθον, ὀλίγα τινά, καὶ οἷς μάλιστα ἔξεστι δοκεῖν ὁρᾶσθαι & λεγομένων τὰ πράγματα τῇ διηγήσει * προσθεὶς, ἐπιδείξομαί & καθ' ἡμᾶς αὐτὰς τραπήσομαι συμφοράν.

* Addi.

δ'. Ἔστι γοῦν ἡ πόλις, ὡς εἴρηται, μεγάλη τε καὶ εὐρεῖα, τείχεσι καὶ προβόλοις συχνοῖς κατοχυρωμένη, καὶ τὸ ἀσφαλὲς τοῖς οἰκήτορσιν, ὅσον ἐκ & τύπου οἰκοδομῆς παρίσχεται, θαλάττιον ἔχουσα κόλπον, ἐκ νότου καθοπλούμενον, ᾧ καὶ περικλύζεται & ἐκ πλαγίων πλευραῖς, ταῖς ἀκραιτάτοις εἰσπλεούσαις ὁλκάσιν ἀδιάβατον & πρὸς αὐτὴν πορείαν παρέχεται. ὑποκείλαιντο γάρ τις ἐκεῖσε θαυμαστὸς λιμήν, ἀσφαλῶς ὑποδέχων τοῖς πλωτῆρσι & εἴσοδον, ταῖς ἐκ πνευμάτων παντελῶς ἀπείρατος πραγαῖς, καὶ τὴν ὁρμὸν ἀκύμονα καθιστῶν· ὃν ἐκ τῆς λοιπῆς θαλάσσης ὁ τειχίτης ἀπέτεμε. μέσον γὰρ ἀπείρξας & τινος τείχους & τῶν ὑδάτων ἐπιῤῥοίαν, συναπεῖρξεν ἐκ τοῦ πρὸς θάλασσαν, καὶ τῶν πνευμάτων & κλύδωνα. ἡ θάλασσα γὰρ τῷ βυθῷ φυσωμένη, καὶ τῷ ἐκθορμίῳ πρὸς τῷ χέρσῳ ἐρευγομένη, τῷ ἐμῤῥάγματι τοῦ τῆς δι τείχους κωλυσμένη, μὴ ἔχουσά τινι & ἀπειλῶ ἐπαφίεσι, χωρεῖ τοῖς ἐφ' ἑκάτερα τοῦ τείχους μέρεσι· καὶ τὸ ὕδωρ ἠρέμα πως ἁλιθῆσαν, ζάλης ἁπάσης ἐκτὸς & τοιοῦτον ὅρμον ἐμπρεῖ. ὁ δὲ δὴ κόλπος ἐκ & μεγάλης θαλάσσης ἀποτμηθεὶς & τινος ἀυχένος, ἀγκώνος δίκην προβεβλημένου, καὶ ἐπὶ μήκιστον τοῖς ὕδασι διῃωρημένου· ὃν οἱ χῇ χώρας Ἔκβολον ὀνομάζουσι, ἐμβεβλῆσθαι, τεθυμμένος & πρὸς τὸν ἤπειρον ἐξ ἑαυτίας χέρσον τῇ τοῦ αὐχένος τάσει καμπτομένῃ, ἔπειτα λιμένι πελαγίως γίνεται· ἐξ οὗ δὴ περὶ ἀγκῶνος μέχρις αὐτοῦ τοῦ τείχους τῆς πόλεως κύκλος παραμετρεῖται· τοῖς ἐφ' ἑκάτερα μέρεσιν ἐπὶ πολὺ ἐκτεινόμενον, καὶ πρὸς & πόλιν καὶ βραχὺ συνεσταλμένον. καὶ ἀφορᾷ μὲν ὁ κόλπος ἐκ νότου & λοιπὴν θάλασσαν· ἀφορᾷ δὲ πως ὁμοίως ὁ λιμὴν, & τῆς λιμένος ἡ πόλις. ἀλλ' ὁ μὲν λιμὴν τετράσι γωνίαις ἐμπεριείληπται· ὁ δὲ κόλπος ἐστὶ περιφερὴς, τὸ αὐτὸς ἔχων καὶ πλείστου βάθους χωρεῖν. τὰ πέρατα δὲ, καὶ πρὸ πολλοῦ τῆς χέρσου τὰ πολλὰ τῷ ὑδάτων συνειλεγμένα.

ε'. Ἀλλ' ἐν τούτοις τὸ μὲν νότιον μέρος τῆς πόλεως τὸ πρὸς βορρᾶν δὲ, ὡς λίαν τραχὺ καὶ δύσβατον. ὄρος γὰρ ὑπερκύπτει τὰς λοφιὰς, ὑπερφυσικὸς, καὶ ὀλίγον μέρος αὐτῆς τῆς πόλεως, τῆς λοιπῆς ὑπεραῖρον γῆς. ὡς τὸ μὲν αὐτῆς πεδιάσιμον εἶναι, καὶ & χρείαις τῶν ἐνοικούντων καταλλῆλον· τὸ δὲ τοῖς βο-

σοῖς, καὶ ἅ τε τῶν ὀρῶν ἀκρότητι, ἀνατείνεσθαι. ἀλλ' A
οὐδὲν ἀδικεῖ τὴν πόλιν ἡ τοῦ ὄρους παράτασις, ὡς
ἐμπαρίχειν ἄδειαν τοῖς πολεμίοις ἀφ' ὕψους ἐπεμ-
βαίνειν, καὶ τῶν τείχους καταβαλλεσθαι. ἔδωκε γὰρ
ὀλίγῳ τινὰ χωλὴν ὁ βουνὸς ἐκεῖνος πρὸς τὸ φυ-
λάττεσθαι πᾶσαν ἐπιβουλὴν, τῷ μὲν μέσῳ χώρῳ
τὴν δύχερῆ προσβολὴν ὑποτρύσας. τὸ δ' ἑτερω-
θεν ἀνατείνεται μέχρι πολλοῦ τὸ ὄρος καὶ ὑπερίδρυ-
ται, τοῖς λόφοις καὶ ταῖς χαράδραις ἑστραχωμένον·
τὴν μεσαιπάτιον Ἀνατολὴν ἐπειγόμενον, το-
σοῦτον ἐκ πλαγίου ἀφ' ἑκατέρου μέρους ὑποκείμενον
ἔχοντα τῆς γῆς. ἐν γὰρ ταῖς δυσὶ πλαγίαις τοῦ-
δε τοῦ ὄρους, τοῦ τε πρὸς νότον φαμὲν, καὶ τοῦ πρὸς βορ-
ρᾶν, πεδία ἀφθόνως βάσιμά τε καὶ χρήσιμα, πᾶ- B
σαν ἀφορμὴν διζωΐας τοῖς πολίταις δωρούμενα· ὧν
τὸ μὲν, ὡς πρὸς νότον τοῦ ὄρους, πρὸς ἀνατολὴν δὲ ἡ
πόλεως, ὡς λίαν ἐσὶ παγκαλὲς καὶ ἐράσμιον. κεκό-
σμηται γὰρ δένδρεσι ἀμφιλαφέσι, παραδείσοις ποι-
κίλοις, ὕδασιν ἀπείροις, τοῖς μὲν πηγαίοις, τοῖς δὲ
ποταμίοις, οἷς αἱ λόχμαι τοῦ ὄρους τῷ πεδίῳ χαρί-
ζονται, καὶ αὐτῶν δὲ διξιοῦνται ἅ θάλασσαι. ἄμ-
πελοι γὰρ ἀλλήλαις παραπεφυτευμέναι, τὰ χωρία
στεφανοῦσι, καὶ ἃ φιλόκαλον ὀφθαλμὸν τῷ πλήθει τῶν
καρπῶν εἰς ἡδονὴν προτρέπονται. μοναὶ δὲ Μο-
ναχῶν πολλαὶ καὶ συχναὶ, τό, τε ὑπτιάζον τοῦ ὄρους,
καὶ τὸ τῆς λοιπῆς γῆς ὑποκείμενον κατοικοῦσαι, καί τι-
νες τερπνοπάτοις χωρίοις ἐγκαθιζόμεναι, κοινόν τι χρῆ- C
μα τοῖς τε ὁδίταις καὶ αὐτοῖς τοῖς πολίταις παρέχα-
σι. τὸ δὲ καὶ λαιὸν πλάγιον τοῦ ὄρους πεδίον, ἐσὶ καὶ
αὐτὸ πεπαμένον εἰς μῆκος πολὺ, διρώδεται δὲ μέχρις
ἄλλων ὀρέων· ἃ τισὶ ἐν μέσῳ πελαγίζονται δύο τινὲς
λίμναι λιμναῖαι, τὸ πλεῖσον τόπου ἐγκαπέχουσαι, καί
τινα μεγάλην καὶ αὐταὶ σωμασφίρωσαι χρείαν. τρέφου-
σι γὰρ ἰχθῦς καὶ μικροὺς καὶ μεγάλους, καὶ τοῖς εἴδεσι
διαφόρους, ἐκ πολλοῦ τοῦ πλήθους· ταῖς τε γείτοσι κώ-
μαις, καὶ αὐτῇ δὲ τῇ πόλει δαψιλεστάτην ἀποπληρῶν-
τας τράπεζαν. καὶ γὰρ οἷον φιλοτεκνοῦσιν αἱ λίμναι ταῖς
τούτων ἐκδόσεσι πρὸς ἅ θάλασσαν, καὶ ἀμείβουσ᾽ ἀλ- 5.
λήλων τὸ πλεῖον παράσχηται. πλὴν ἑκάτεραι νικῶν-
ται ἐξ ἑκατέρων, καὶ νικῶσα οὐκ ἔχει τίνι ἅ ἥττων κα- D
ταψηφίσεται. τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ πεδίου ἀνεῖται τοῖς γεωρ-
γοῖς, παραχωρεῖται τοῖς ζώοις· τοῖς τε πειθομένοις
ταῖς τῶν ἀνθρώπων τέχναις, καὶ τοῖς ἐλευθέρου ἀφιεῖ-
σι τὰ ἴχνος τοῖς ἔρεσιν. ἔλαφοι γὰρ τὰ ὄρη λιπόντες, καὶ
ταῖς λίμναις ὥσπερ τὸ ὑδάτων ἐπιτρέπουσαι, ὁμοῦ τε
ἔχουσιν ἄφθονον τὸ ποτὸν, καὶ ταῖς βατοῖς ἐν αὐτῷ συ-
ναγελάζονται· κεῖσι τὰ στιβὰ προσφέρεται. 6.

ς'. Ἀλλ' ἱκανῶς ἐν τούτοις, τὰ τε πρὸς ἀνατολὴν καὶ
βορρᾶν τῆς πόλεως, ἔτι γε μὴν καὶ τὰ πρὸς νότον διαγρα-
ψάμενοι, καὶ πρὸς δύσιν αὐτῆς τὸ χωρίον θέσιν, καὶ τὰ
δυνατὸν ἱστορήσομεν. ἔστιν ἕτερον πεδίον, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ
τείχους τῆς ἐκβολῆς ἀπαρχόμενον, τῇ δεξιᾷ τὸ ὄρους ἁ-
πτόμενον, τῇ λαιᾷ δὲ, τῇ θαλάσσῃ συνομορούσῃ, ἀμύ- E
θητον κάλλει ταῖς τῶν ὁρώντων ὑποκείμενον ὄψεσιν. ἔσι
γὰρ τὸ μὲν αὐτῷ διάβροχον ὕδασιν, ὅσον αὐχεῖ τοῦτο
πόλιν ἔχειν καὶ ἅ θάλασσαν γείτονα, ἀμπέλοις καὶ δέν-
δρεσι καταπύκνοις καὶ παραδείσοις κατεσκευασμένον,
οἰκήμασί τε καὶ τισι πλείστοις σεβασμίοις σηκοῖς κεκοσμημέ-
νον, ὧν τοὺς πλείστους Μοναχῶν ἀγέλαι διείλοντο, καὶ
κᾶν εἶδος ἀρετῆς ἀσκοῦσιν καὶ Θεῷ μόνῳ ζῶν-

tiumque jugis ſeſe extendat. Nihil ta- Mons immi-
men damni, ea montis extenſio oppi- nens.
danis importat, tamquam a ſuperioribus
per eum aſſilire, muroſque oppugnare,
hoſtibus liceat. Parvum enim ad amo-
liendas quaſcunque inſidias, interpoſi-
to campo, hicce tumulus relinquit ſpa-
tium, quo inde cives facilem poſſint
propulſare aſſultum. Exinde mons lon-
ge protenditur, jugoque aſſurgit, col-
libus atque vallibus exaſperatus, in me-
dium procul ſe Orientem inferens, quan- Montis latera.
tum utrinque ſubjecti ſoli agrique obli-
que ſubducitur. In duplici namque
ithuſmodi montis latere, tum ſcilicet
ejus quod ad Auſtrum, tum quod ad
Aquilonem eſt, campi effunduntur ipſi
pervii atque utiles, quique civibus
quicquid ad vitam commode ſuſtentan-
dam conducit, ubere proventu ſuffi-
ciant. Horum alter, quippe ad mon-
tis Auſtrum vergens Urbiſque Meri- Campi inter montoſa.
diem, dici non poteſt quam ſit amœ-
nus, quantaſque delicias præbeat.
Frondoſis enim denſiſque condecoratur
arboribus, hortis varii generis & vi-
variis, aquis pene innumeris, partim
fontium rivis, partim & fluviis, qui-
bus montanæ ſylvæ lucique campo gra-
tificantes, ipſum mare acciplunt. Vi-
tes enim alternis conſitæ, arva coro-
nant, pulchrique amantes oculos fru-
ctuum abundantia ad jucundiſſimas vo-
luptates invitant. Monachorum plura
ſpiſſaque, religioſa palæſtra, hoſpitia, Cœnobia.
tum montis declive, tum agri reliqui
ſubjecta colentia, locique amœniſſimis
poſita, novum quoddam ſpectaculum
peregrinis, ipſiſque adeo civibus, of- Edit. Pariſ.
ferantur. Sed & campus a montis læ- pag. 322.
va, ipſe quoque longiſſime fuſus, ad
alios uſque montes dilatatur: cujus me-
dio, duo late ſtagnantes lacus, po-
tiorem partem occupant, qui ipſi non
contemnendi uſus exiſtant. Alunt enim Lacus piſcoſi.
tum parvos tum magnos, diverſique
generis & copia pene innumerabiles pi-
ſces, qui tum vicinis oppidis, tum ipſi
civitati uberrime obſonia victumque ſuf-
ficiant. Videntur enim hicce lacus ſuis
largitionibus cum mari prope contende-
re, mutuoque certare, utra plura exhi-
beant. Alterum tamen ab altero vinci-
tur, nec cujus victoria ſit, utri victi
dedecus adſcribat valet ſtatuere. Agri
pars reliqua, agricolarum uſibus cedit;
animantibus quoq; indulgetur, tum quæ
humanis parent artibus ac manſueſcunt,
tum quæ per montana libero pede vagan-
tur. Cervinamq; relictis montibus, vel-
utq; lacuum aquis recreati, tum ubere fruun-
tur potu, tum ad ipſum convenientes,
communi cum bobus pabulo veſcuntur.

VI. Sed jam ſatis in iſtis, quæ ad Or-
tum & Aquilonem, ac quæ item ad Au-
ſtrum Urbis ſunt, deſcriptis, ſitum loci,
qui ad Occaſum vergit, uti fieri poterit,
enarrabimus. Aliis campus eſt, ab ipſo
Ecboli muro incipiens, dextræque mon- Situs Occi-
tis adhærens; læva vero, mari conti- dentis.
guus, quam nemo ſatis capiat, pulchri-
tudine, videntium oculos ad ſe alliciens.
Eſt enim aquis irriguus, qua parte ur-
bis mariſque vicinitate gloriatur, viti-
buſque & denſis arboribus ac vivariis
hortiſque coronatus, nec non ædibus plu-
rimiſque venerabilibus delubris decoratus;
quorum pleraque Monachorum agmina in- Crebra Theſſ.
ter ſe partiti ſunt; Vini omne virtutum Monaſteria.
genus colentes, ſolique Deo viventes, ſi-

ad quem & festinant, cujus etiam causa relictis sæculi turbis, unam, quæ ad ipsum tendit atque fert, semitam elegerunt. Qua vero inde intra terram longissimo intervallo diffunditur, nullo fere sylvarum aut arboretorum opacatur germine, sed qui idoneum solum exhibeat agricolarum industriæ. Procurrit vero versus solis ortum, ad alios usque excelsos ac prægrandes montes protentus, ubi & civitas, cui nomen Berrhœæ, condita est, ipsa quoque habitatorum frequentia, ac reliquis omnibus, quibus se urbes jactare solent, illustrissima. Planicies medio suo ambitu oppida promiscue continet, quorum aliqua urbis ditionis sunt, eique contribuuntur, Drugubitæ & Sagudati nomine: aliqua finitimæ Scytharum genti, non longe distitæ, tributa solvunt. Cæterum oppida e proximo habitantur, quod ipsum, præter alia, in Thessalonicensium rem non parum conducit, dum quæstuosa mercatura Scytharum commercia ambiunt; tum præsertim cum utrique genti inter se bene convenerit, nec quibus ad prælia efferantur, arma moverint (quod utique ab antiquis olim temporibus iis diligenter quæsitum) communibus vitæ rationibus merces alias aliis commutant, admirandam quamdam altamque inter se servantes pacem. Item fluvii, iique ingentes, ex Scytharum regione erumpentes, &, quem dicebam, agrum, inter se dividentes, ipsi quoque uberem urbi præstant annonam, tum scilicet piscium prælationibus, tum navium per eos e mari ascendentium vectura; quibus rerum ad vitæ usum conducentium, una cum aquis illis confluens, varius excogitatus est proventus.

Berrhœa Macedoniæ urbs alia Syriæ.

Oppida alia.

Edit. Paris. pag. 323. Thessalonicensium Scythasque mercimoniorum enarratio.

VII. Enimvero, imprudens, nec nimis caute, prolixius his de rebus orationem produxi, quam ipse initio in me receperam. In causa fuit amor patriæ, non insuaviter cum memoria distractus, rerumque imaginibus, æque ac præsens, iis ipsis dicendisque infixus; nec non promptæ ac exploratrices tuæ sedulitatis aures, quas nobis concredere, nullo alio eos subtrahente, nec ab ista narratione avellente, initio pollicitus es. Et hæc quidem ita se habent. Ea enim quæ amori habentur ac desiderantur, & narrantem, & audientem necessitatis vinculis continuo solent colligare: ut non ita facile, neque visus a jucundissimis spectaculis, neque auris a suavissimis auditionibus avellatur: neque dulcis orationis impetus interrumpatur, donec terminum attigerit, ad quem ab initio contendit. Nihilominus, si lubet, ad eamdem ipsam Urbem recurramus. Quosque enim velut in speculo statuam effingimus, & variis aliunde quæsitis coloribus primum exemplar effigiare conamur; cum liceat illa ipsa per rerum necessariarum narrationem adire, ut apertius innotescat, quod subobscure quodammodo indicatur? Thessalonicam siquidem, qualis est, oratione describere, quoad fieri potest, initio polliciti, & qualis cum esset antea, in quid postea redacta sit, pulchris, quibus illa circum ambita decoratur, abrepti, & in exterioribus enarrandis, ut quispiam dixerit, hactenus immorati, parum est, ut iis quæ præcipua sunt ac necessaria enarrandis, torpere videamur. Operæpretium igitur est, ut & ad ipsam rerum seriem redea-

Α πῆς, φρὸς ὃν ἐπείγονται, καὶ δι' ὃν τὰς πολιτικὰς παραχὰς λιπόντες, ἅπαντα φρὸς αὐτὸν καὶ μόνον φέροντας τελέως ἀνείλοντο. τὸ δ' ἐντεῦθεν αὐτῆ ξυμβαίνει τῆ χέρσῳ μίσει πολλῶ, ἄξυλον μὲν ὡς τὰ πολλὰ καὶ βλαστὸν ἔχον, πάσης δὲ γεωργικῆς ἐπιμελείας ἐπιτήδειον παρεχόμενον. διήκει δὲ καὶ ἄλλη δύσιν ὑποκοπτοῦσα, ἔως τινῶν ἄλλων παρατεινόμενον, ἔνθα τῆ πόλις τις Βέρροια καλουμένη κατῴκισται, ἅπασι περιφανεστάτη τοῖς οἰκήτορσί τε καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ὅσαις ἀνοικεῖ πόλις τῶν σύσσιτον. ἐμπεριέχει δὲ τῆ ξυμμίσου χώρᾳ τὸ πλεῖστον τῶν καὶ ἀμφιμίκτους τινὰς κώμας· ὧν αἱ μὲν φρὸς τῆ πόλει πλέουσι, Δρουγουβίται τινὲς καὶ Σαγουδάται τῶν πλοῦτον ὀνομαζόμενοι· αἱ δὲ τῆ συμμορούντι τῶν Σκυθῶν ἔθνει μικρὸν ὅσον τὰς φόρους ἀποδιδόασι. πλεῖστα γὰρ ἐπιτηδεύοντα ἀλλήλοις αἱ κῶμαι τῶν οἰκήτων, καὶ ἔστι καὶ τοῦτο φρὸς τοῖς ἄλλοις Θεσσαλονικεῦσιν αἱ μάλιστα συμβαλλόμενον· τὰ φρὸς τοὺς Σκύθας διὰ τῆ ἐμπορικῆς μεθόδου συναναμίγνυσθαι, καὶ μᾶλλον ὅταν ἔχωσι φρὸς ἀλλήλους καλῶς, καὶ μὴ κινῶσιν ὅπλα τῶν μάχιμα ἐξαγειαίοντα· ὧν δὴ καὶ πολλῶ τινὲ τῆ πάλαι χρόνῳ παρ' ἑκατέροις μελετᾶται, κοινότατα ζωῆς τὰς χρείας ἀλλήλοις ἀμείβεσι, θαυμασίαν τινὰ καὶ βαθεῖαν εἰρήνην ἐν ἑαυτοῖς συνυφαίνοντα. ποταμοὶ δέ τινες παμμεγέθεις ἐκ τῆς Σκυθῶν ἐξορμώμενοι, καὶ τὸ φραλειφθὲν πεδίον καθ' ἑαυτοὺς διελόμενοι, πολλῶ ἀφθόνῳ καὶ αὐτοὶ τῆ πόλει παρέχονται, ταῖς τε χορηγίαις ταῖς ἀπὸ τῆ ἰχθύων, καὶ ταῖς δι' αὐτῶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῆ πλοῦ ἀναδρομαῖς, δι' ὧν ἐπιτηδεύεται ποικίλη τις ὠφελείας τῆ χρεῶν, τῆ ὑδάτων ἐκείνων συγκαταρρέοντα.

Β

C

ζ. Ἀλλὰ γὰρ ἐλαθόν ἐμαυτὸν μακρὰν, ἃ ὡς ἀπαρχῆς ἀνειχόμην, τὰ περὶ τούτου παρατείνας λόγου. πεποίηκε δέ πως ἀ περὶ τὴν παρεῖδα πόθος, ἡδέως τῆ τε μνήμῃ συνειλκόμενος, καὶ ταῖς ἀναπαύσεσιν, οἷον δοκοῦσι συνοῦναι τοῖς λεγομένοις, καὶ τὸ φρόθυμον καὶ ζητητικὸν τῆς σῆς φιλομαθοῦς ἀκοῆς, ἵνα ἐξαρχῆς παραδίδωσι πᾶσαν ἐμὲ καθυπέχειν, μηδενὸς ἄλλου περιεσπῶντος αὐτὸν, ἢ τοῦδε τῆ διηγήματος, ὑποτύρροντος. τοῦτο δέ μοι ἔοικε. φιλοῦσι γὰρ ἀεὶ τὰ ποθούμενα τῆ φραγμάτων, ἀναγκαίοις δεσμοῖς, καὶ τὸν λέγοντα περὶ αὐτῶν κατέχειν, καὶ τὸν ἀκούοντα· καὶ οὐκ ἂν ἐκ τῶν ἡδέως καὶ ῥᾳδίως, ἀπὸ ὄψεως τῆ ἡδίστου θεάματος, ἀπὸ ἀκοῆς τῆ πρωτίστου ὑποτρύτου ἀκουσμάτων· ἀπὸ λόγος ἡδὺς, τῆς ὁρμῆς ἀναπαύοιτο, μίσει δὲ φθάσῃ τὸ πέρας, φρὸς ὃ κατ' ἀρχὰς ἐπείγεται. πλεῖν εἰ δοκεῖ πάλιν ἀναδραμοῦμαι φρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἐκ πόλιν. μίσει γάρ τινος, ὡς ἐν κατόπτρῳ τὸν ἀνδριάντα διαμορφοῦμαι, καὶ ταῖς ἔξωθεν ἐκ χρωμάτων ποικιλίαις ἀπεικονίζειν πειρώμενα τὸ ἀρχέτυπον, εἶδον αὐτοῖς ἐκείνοις ὑπυχεῖν διὰ τῆ καιρίων διηγημάτων τοῖς φράγμασιν, ὡς ἂν γνωσιμώτερον εἴη τὸ ἀμυδρῶς πῶς παραδηλούμενον. Θεσσαλονίκην γὰρ, ὁποία τυγχάνει τῆ λόγῳ διαγράψαι καθόσον εἶόν τε καθαρχὰς ὑποχόμενοι, καὶ τίς ἦσα φρότερον, εἰς τὶ μεταχώρησε ὕστερον, τοῖς περὶ αὐτὴν ὥσπερ ὑποκλαπέντες, καὶ τοῖς ἔξωθεν, ὡς ἂν εἴποι τις, μίσει τοῦδε σχολάσαντες διηγήμασι, κινδυνεύομεν βραδύνοντες τὸν τῆ καιρίων διήγησιν. χρεὼν οὖν ἐστὶ καὶ πάλιν φρὸς αὐτὸν ἐπανιέναι τῆ λόγῳ, καὶ τὸ

D

E

ἀνθρώπων περὶ αὐτὴν καταμαθεῖν κάλλος· εἶπε ὕπου γε τῶν πάλαι ἐξεπλήττε τὸ ὑστέρῳ τὸ μέγιθος, ἵνα ὅσον φασὶν τῇ ἄλλων πόλεων ἀσυγκρίτως ὑπερπρέπουσα, τοσοῦτον ἀξία κρίνοιτο παρὰ πᾶσιν θρηνεῖσθαι καὶ καταπτίζεσθαι.

η'. Εἴπαμεν ὡς εὖρεῖα τίς ἡ μεγάλη ἡ πόλις, καὶ τῷ περιέχοντι πολιῷ τὸ ἥμισυ χῶρον ἐναπολείσασα. ἀλλ' ὅσον μὲν τὸ τεῖχος τὸ χέρσον ἀποσκαπτεῖ, ἐρυμνότατόν τέ ἐστι, καὶ τῷ πάχει τὸ οἰκοδομῆς κατωχυρωμένον, τῷ ἔξωθέν τε περιτειχίσματι τὸ ἀσφαλὲς πάντοθεν συμπεφωνῶ, προβόλοις τε καὶ ἐπάλξεσιν ἅπασι καταπεπυκνωμένον, καὶ μηδεμίαν ἀνάγκην φόβου τοῖς οἰκήτορσι παρεχόμενον. τὸ δὲ πρὸς νότον αὐτῆς, χθαμαλόν τε ἐστὶ πανταχῆ, καὶ πρὸς πόλεμον ἀπαράσκευον. εἶναι γὰρ τῷ μηδεμίαν ὑποβολὴν προσβολῶν βλάβης ἐκ τῆς πρὸς θάλασσαν, ὁ Τεχίτης πάλαι τὸ οἰκοδομῆς κατημέλησε. φέρεται δέ τις καὶ παλαιὸς λόγος μέχρις ἡμῶν φθάσας, ὡς ἀτείχιστος ἦν ἐξ ἐκείνου τῆς μέρους ἡ πόλις χρόνους πολλοὺς, εἰ μὴ τῷ δίκην ποτὲ τῆς Μηδῶν Ξέρξου, πλωτοῖς γέφυραις πατρομένην, καὶ τῆς Ἑλλάδος γραπτοδέσμιον, καὶ πολλῶν πλοῦτον ἐπιφερομένην, ὁ τῆς Ῥωμαίων τὰ σκῆπτρα κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἰθύνων, μικρόν τινα, καὶ ὡς ἐκ τῆς παρατυχόντος φραγμοῦ, τῇ τῇδε περιέθηκε μέρει. ἀφ' οὗ δὴ χρόνου καὶ μέχρι τῆς δεῦρο, τὰ αὐτὰ πᾶσι ξυμπέφυκε· κἀκεῖσε τῆς ἐκεῖθεν βλάβης, ὡς ἔπος, κἂν ἐν ὑποψίᾳ, τιθέντες ἰσομένης. εἰ γὰρ καὶ πολλοὺς πολλάκις ἀνέτλη πολέμους, καὶ λίαν σφοδροτάτους ἡ πόλις, πρός τε ἐκ τῆς Βαρβάρων, καὶ αὐτῇ ἧς τε συνομορούντων Σκυθῶν, πᾶν εἶδος ἀμυνηρίων κατ' αὐτῆς ἐπινοουμένων, καὶ φάσμα δίκην τῆς πλήθει τῆς στρατιᾶς εἰσρέοντος, καὶ μηδὲ ὑποφύρειν τὰ ἀπειλοῦν αὐτῇ φιλοτεχνούντων· καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἦσαν ἀπάθειαι τε ὁρμαὶ, καὶ ποικίλη τινὶ πανοπλίᾳ πεφραγμένου· ἀλλ' οὖν ἄρα περίγειος ὤσπερ ἡ μάχη, καὶ δι' ἀφόδου τὰς ἐπιβουλὰς, τῇ ἀσφαλεῖ τε τείχους τε ἐφόδου ὑπεκκλίνασα, καὶ τῇ σωτῆρος αὐτῇ καὶ θερμῶς ὑπερμαχοῦντι, λέγω δὴ τῷ πανσέβαστῳ μάρτυρι Δημητρίῳ, τε ἑαυτῆς σωτηρίαν καταπιστεύσασα. ἐκ πολλῶν γὰρ αὐτῇ κινδύνων αὐτοῦ ὁ Σωτὴρ ἐρρύσατο, καὶ τὸ νικᾶν αὐτῇ, καὶ μάχῃ τῷ πολέμῳ πειραθείσῃ, πολλάκις συμπαθῶς ἐχαρίσατο. ἀλλὰ ταῦτα τε τῷ θαυμάτων αὐτῷ βίβλοις ἐξηγῆσαι παραχωρήσαντες, ταῖς ἐξῆς ἡμεῖς τῷ ὧδε λιχθέντων ἀροίμεθα.

θ'. Ἣν δὲ καὶ τε ῥηθείσας αἰτίας ἀναπαρα κινδύνων πασῶν ἡ πόλις. ἐξότε γὰρ ἡ κολυμβήθρα τε ἁγίου Βαπτίσματος τὸ τῶν Σκυθῶν ἔθνος τῇ Χριστοῦμιμον λαῷ συνεμόρφωσε, καὶ τὸ τε διαβολικὸν γάλα κοινῶς ἀμφοτέροις διειλκυσε, πάντων μὲν αἱ τε πόλεων φάσεις, αἰεῖπε δὲ τε ἐπεργείας ἀπὸ σφαγὰς ἐπιπεδοῦσα μάχαιρα, καὶ τὰ προλεχθέντα τῇ μεγαλοφωνοτάτῳ τε Προφήτῃ Ἡσαΐᾳ ἐπεργῶς ἐν ἡμῖν ἐπληροῦτο. Δι' μάχαιραι γὰρ ἡμῶν μετῆλθον εἰς δρέπανα, καὶ αἱ ζιβύαι εἰς ἄροτρα, καὶ πόλεμος ἐκ ἐδαμοῦ· καὶ τε περίχωροι ἅπασαι εἰρήνῃ καρποφορούσαι, καὶ ἀφθονία ἐκ ἀφθονίας ἀφορμὴ, ἵνα καὶ εἰς τόδε ἡμεῖς ἀπολαύομεν. ἔνθεν αἱ τε γεωργίας ἀρθονίαι, ἐκεῖθεν αἱ τε ἐμπορίας χορηγίαι. γῇ γὰρ καὶ θάλασσα λειτουργεῖν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς παρεσκεύασαι, πλουτίαν καὶ ἀδάπανον τε περὶ ἕκαστον ἐφοδιασμόν. ὧν γὰρ ἐκ ἐδεῖτο, ἢ ἐκ ἀντιπαρέσης ἔχουσα πρὸς παρηγορίαν ἡ γῆ, πόντον παρ' ἑαυτῆς ἡ θάλασσα τοῖς χρῶσιν μεταπεμπόμενα, καὶ ταῖς ἀλκαῖς συνεισκομίζουσα, ἐκ ἐνδεῖς τὰ λεῖπον ἐδίδου τοῖς χρῄζουσι. τί δὲ τῇ

mus, primamque illius pulchritudinem ac claritatem noscamus, ac tum deinceps ejus, quam perpessa est, ruinæ ac cladis magnitudinem referamus, ut, quantum reliquis urbibus incomparabili excessu præstare videbatur, tantum digna judicetur, quam communi omnes luctu prosequantur, ejusque miseratione ducantur. *Edit. Paris. pag. 324.*

VIII. Diximus quam latis pomeriis atque ambitu, magnaque civitas, & quæ vastum limitem eo intercludat: sed murus continentem versus, tutissimus est, & structuræ crassitie munitissimus, exterioque muro ac propugnaculo tuta undique munitione obseptus, propugnaculis & pinnis omni area constipatus, nec ullam oppidanis justi timoris necessitatem præbens. Pars illius ad Notum, humilis est ac prorsus depressa, belloque plane inutilis. Nam reor, Artificem, quod nullam antiquitus ex maris ora hostium aggressionem metueret, structuram neglexisse. Fertur vero antiquo rumore, qui ad nostra hæc tempora pervenit, Urbem, ex ea parte, per multos annos omni muro septoque caruisse; ac donec Xerxis quondam Medorum Regis, timore (ejus scilicet, qui terram navigabilem fecerat, & copiosis agminibus Græciæ bellum indixerat) Romanarum rerum Dominator, pusillo, & ut sese occasio tulerat, aggere, eam partem circumsepsit; qui ipse agger ex eo tempore, ad hoc ævi substitit: nullam inde noxam, atrocisque rei suspicionem umquam fore existimans. Licet enim pleraque sæpius bella, eaque crudelissima, civitas, tum Barbarorum, tum finitimorum Scytharum, machinamenta & oppugnantium astus varios excogitantium, arenæque exæquatis copiis intuentium, ac cunctos minus terrentium (erant namque effrænato impetu, & armorum omni genere septi) sustinuerit: cum esset terrestris conflictus, insidias eludebat, hujus muri securitate irruptionem declinans, solitoque atque fervente suo defensori) glorioſissimo nempe Martyri Demetrio) suam concredens salutem. Ex multis enim periculis Servator hic patriæ ipsam liberabit, nec raro, cum necdum etiam bellum experta esset, victoriam perhumane concessit. Verum hæc libris, qui de illius Miraculis extant, narranda permittentes, ea prosequamur, quæ deinceps sequuntur. *Murus ad continentem firmissimus; ad Austrum & mare, debilis.* *Demetrius, Thessalonicæ continuus patronus ac vindex.* *Extat nobis ejus Miraculorum locupletissimus liber.*

IX. Civitas igitur, ob eas, quas dicebam, causas, omnis periculi secura agebat. Quo enim ex tempore Scytharum gens, sacri Fontis aquis abluta, ac Christiano populo sociata, pari illi munere pietatis lac fugere destinaverat, urbium desolationes finem habuerant: ad cædes instructi ensis mucro inhibitus erat retusumque ferrum: ac, quæ olim Prophetarum vocalissimus Esaias fuerat vaticinatus, nostro hoc ævo adimpleta conspiciebantur. Nostri enim gladii transierant in falces, & lanceæ in vomeres; nec usquam bellum erat: omnesque ubique finitimæ gentes in pace agebant; nullaque erat commodioris vitæ ratio ac occasio, qua non affatim frueremur. Inde frugum ubertas; inde mercaturæ emolumenta. Terra enim & mare ab initio ad præstandum nobis obsequium constituta, uberem sponteque paratam quandoque suam gratiam munusque conferebant. Quæ enim terra minus suppeditabat, aut ex se proferre non satis erat idonea, hæc mare, mer- *Scytharum sacro baptismati imbutorum indoles. pag. 325.* *Isaiæ.* *Thessalonicæ felicitas.*

Hospitum frequentia tricto per eum publico itinere.

clmoniorum solertia comparata atque navibus invecta, quod egentibus deerat, abunde supplebat. Quid vero etiam undequaque adventantium primum dixerim, ac quibus præcipue nos cives amice acciplebant, sua tribuentes, atque vicissim nostra recipientes? Nam cum via publica ab occasu ad ortum per medlam hanc Urbem duceret, cogeretque viatores in ea moras interponere, & quæ in usum suum essent, parare, quicquid quis bonorum dicat, ex illis consequebamur, nobisque proveniebant. Hinc promiscua ex omni hominum genere multitudo, tum indigenarum, tum quoquo modo hospitio receptorum, plateas semper circuibant: ut facilius sit arenas maris numerare, quam eorum qui forum occupant, ac qui commerciis miscebantur, censum inire. Hinc auri, argenti & pretiosorum lapidum ingentes ac copiosi thesauri vulgo accrescebant; vestesque sericæ, perinde atque aliis laneæ excogitabantur. Aliarum vero materiarum, æris, ferri, stanni, plumbi, vitri, quibus ad ignem opus facientes artes vitam tuentur ac fovent, vel meminisse superfluum duco, tanta scilicet eorum copia, ut ex illis urbs quædam alia extrui atque perfici posset.

Omnium inde affluentia, Urbisque opulentia.

Thessalonicæ ex disciplinis claritas ac felicitas.

X. Hac itaque ratione, omni ex parte rebus prosperis ad voluntatem fluentibus, Urbe fortunata, & artificum ingeniis condecorata, nec non ædificiorum magnificentia superbiens, num vel legum observatione, vel civilis rei ordinibus, vel dicendi gloria atque doctrina aliis inferior erat? Minime vero: Nam illi scientia æque curæ erat, ac visus oculis: æquitas pariter, haud aliter ac vitæ negotiatio: vidisseque juvenum ac adolescentum pubem, nulli præterea, quam disciplinis ac litterarum studiis vacare, unde scientiæ & artes robur obtinent.

Edit. Paris. pag. 326.

Litterarum studium.

Musica.

Harmonicæ vero Musices cantiones, aut canentium suavissima mele, Deique laudibus ac Clero mancipatorum studia dicturus; haud equidem scio, quibus ea modis exprimam. Ad hanc enim usque narrationem, nescio quomodo orationis impetu raptus, ac velut propriæ insciliæ ac ruditatis oblitus, conabar moderate, & ut non alius quispiam harum valde imprudens rerum, ignarusque omnium ac stupidus, quæ a tua virtute rogatus eram, scripto digerere ac explicare; exinde vero, ac præcipue quod suavium canticorum ac melodiarum mihi incidit mentio, quo me vertam, nescio, aut quo sermonis ducam lineam: quodnam item dulcissimarum concinnarumque modulatarum cantionum illarum omittam, quibus mortales cum cælestibus Potestatibus psallebant, ac dies festos agebant. Etenim si quis eam modulantiam, quam uno ore in unum congregati omnes, divinis canticis, in publicis conventibus, ad Deum emittebant, Angelorum sonis concelebrantium, ubi lætantium omnium habitatio est, assimilaverit, is a scopo veroque ne vel minimum aberraverit.

Divinæ laudes & cantica in Ecclesiis.

Psal. 41. 5. & 83. 3.

XI. Templa enim quædam præmagna ac magnifica varioque ornatu pulcherrima, per mediam urbem extantia ac exposita, veluti communia Numinis propitiatoria; cum primis vero, interque ea præcipuum, omnium effectricis divinæ & supersubstantialis Verbi Sapientiæ; itemque semper Virginis immaculatæ ac Deiparæ; nec non (cujus supra meminl) glorioslssimi præclarique victoris,

Præcipua Thessalonicæ Templa ac Basilicæ.

A ἀπανταχόθεν ἐπιδημούντων εἰπεῖν ἀρξάμενος, ἢ μάλιστα οἷς ἐφιλοτιμοῦντο τοὺς πολίτας ἡμᾶς, τί παρ' ἑαυτῶν δίδοντες καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀντιλαμβάνοντες; λιωφόρου γὰρ δημοσίας τῆς πρὸς ἀνατολὴν ἀγούσης ἀπὸ τῆς δύσεως, διὰ μέσου τῆς πόλεως, καὶ ἀναγκαίως πάσας τοὺς παροδεύοντας πρὸς ἡμᾶς ἐκδιατρίβειν, καὶ τὰ πρὸς ἃ χρείαν παρίζεσθαι, πᾶν ὁτιοῦν ἂν εἴποις τις τῶν καλῶν, ἐξ αὐτῶν ἐκαρπούμεθά τε καὶ προσεκτώμεθα. ἐνθεν καὶ παμμιγὴς τις ὄχλος ἀεὶ περιεῖχε τὰς ἀγυιὰς, τό τε ἀυτοχθόνων, καὶ ἅ ἄλλως ἐπιξενουμένων· ὡς δ' ἐχρῆστον εἶναι ψάμμον παράλιον ἐξαριθμεῖν, ἢ τοὺς διὰ ἀγορὰν διοδεύοντας, καὶ τὰ συναλλαγμάτων πανημέρων ἢ μέθοδον. ἐκπύθεν χρυσίου καὶ B ἀργυρίου, καὶ λίθων τιμίων παμπληθεῖς θησαυροὶ τοῖς πολλοῖς ἐγίνοντο, καὶ τὰ ἐκ Σηρῶν ὑφάσματα· ὡς τὰ ἐξ ἐρίων τοῖς ἄλλοις ἐπινενόητο. Περὶ γὰρ τὰ ἄλλων ὑλῶν, χαλκοῦ καὶ σιδήρου, καστίτερόν τε καὶ μολίβδου καὶ ὑέλου, οἷς αἱ διὰ πυρὸς τέχναι τὸν βίον συνέχουσι, καὶ μονοθλιῶσι μόνον παρέλκον ἡγοῦμαι, πονηρὸν ὄντων, ὡς ἄλλου τινὰ δυνάσθαι πόλιν δι' αὐτῶν δοκεῖσθαί τε καὶ ἀπαρτίζεσθαι.

ί. Οὕτω δὲ πανταχόθεν εὐθηνουμένη καὶ πλουτίζουσα, ταῖς τεχνικαῖς τε καλλωπισμέναις μεθόδοις, καὶ ταῖς τῶν οἰκημάτων ὑπερηφανουμένη λαμπρότησιν, ἆρα ταῖς ἐκ νόμων παραπρήσεσιν, ἢ ταῖς περὶ τὸ πολίτευμα τάξεσιν, ἢ ταῖς περὶ λόγους αὐχήσεσιν ἐφαίνετο τῶν ἄλλων ἐκδεῶς ἔχουσα; ὄμβρου. ἐκπυδάζετο γὰρ αὐτῇ γνῶσις, ὡς ὀφθαλμοῖς βλέψις· καὶ εὐνομία, ὡς ζωῆς πραγματεία. καὶ εἰδὼς ἂν περὶ μυδὲν ἄλλο ἢ σπάζουσαν τῶν παίδων κῆρας σχολάζουσαν, ἢ περὶ λόγους, ἐξ ὧν ἐπίστημαι κἀγὼ τέχνας τὸ κράτος ἔχουσι. Τὰ δὲ περὶ τῆς ἁρμονίας μυστικῆς τῶν ᾀσμάτων, ἢ τῶν ᾀδόντων τὰ ψυχοτερπῆ μέλη, καὶ τῶν τῷ Θεῷ κεκλημένων σπουδάσματα, ἐπὶ τῷ λόγῳ σιγάσω. πῶς δὲ τοὺ τούτων ἐξηγράψωμαι ὕλωσιν; μέχρι γὰρ τοῦδε τοῦ διηγήματος, οὐκ οἶδ' ὅπως τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου συναπαχθείς, καὶ τῆς οἰκείας ὥσπερ ἰδιωτείας ἐκπεσὼν, ἐπειρώμην μέτριον πῶς, καὶ ὡς οὐκ ἄν τις ἄλλος τῶν λίαν Dἀμαθῶν καὶ ἀγροίκων, τῶν παρὰ τῆς σῆς ἀρετῆς αἰτηθέντων τοῦ ὕλωσιν ἐξηγράφεσθαι· τὸ δ' ἀπὸ τούτου, καὶ μάλιστ' ὅτι τῆς εὐρύθμου τῶν ᾀσμάτων ἐμνήσθην ἡδυφωνίας, οὐκ οἶδα τίς γένωμαι, ἢ ποῖ τῷ λόγῳ χωρήσω. ποῖον δὲ παραλείπω τῶν ᾀδίσων ἐκείνων καὶ ὑπάκτων μελῳδημάτων, οἷς συνέψαλλον καὶ συνόρπαζον ἄνθρωποι ταῖς οὐρανίαις Δυνάμεσιν. εἰ γάρ τις τοῦ μοῦσαν ἐκείνου τοῦ ἐκ παντὸς στόματος ὑφ' ἓν τῷ Θεῷ ἀναπεμπομένου τοὺς ὕμνους ἐν ταῖς πανδήμοις συνάξεσι, τῷ ἤχῳ τῶν ἐορταζόντων Ἀγγέλων, ἔνθα εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία, ἐξεπονήσατο ἀλήσεσι, οὐδὲν τῶν δίκαιος ἁμαρτήσεται.

E ιά'. Ναοὶ γάρ τινες παμμεγέθεις καὶ περικαλλεῖς τῇ ποικίλῃ ἁρμοσμένοι, καὶ μέσῃ προβεβλημένοι τῆς πόλεως, ὥσπερ τινὰ κοινὰ πρὸς τὸ Θεῖον ἱλαστήρια, καὶ πάντων μάλιστα ὁ τῆς παμπρεπῶς καὶ θείας τῆς ὑπερσοφίας Λόγου Σοφίας οἶκος, καὶ ὁ τῆς Ἀειπαρθένου παναγίας καὶ Θεομήτορος· ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ τῆς ἀρωλιχθέντος πανευδόξου καὶ καλλινίκου Μάρτυρος Δημητρίου, ἔνθα τῆς θείας

ἄθλως διώκοντι, καὶ τὸ βραβεῖον τῆς νίκης ἐδίξατο· οἱ A
καὶ ἅπαντα δῆμον, ἐν ᾧ πανηγύρεσι ἑπομένοις τῇ
ἑορτῇ ἡμέραις, ἐν ἑαυτοῖς ἐκκλησιάζοντες, ἀσυλλά-
ληπτον ἐφροντίδα καὶ πνευματικὴν χαρμονὴν τοῖς συ-
νοῦσιν ἐβράβευον. ἐκκλήρωτο γὰρ ἐν ἑκάστῳ τῶν
τάγματα ἱερέων, δι' ὧν ἡ μυστικὴ πλήρεται λατρεία,
καὶ Ἀναγνωστῶν συστήματα, δι' ὧν ἡ τῶν ᾀσμάτων ἀκρι-
βάζεται ὑμνῳδία, ἀμοιβαδὸν τοὺς στίχους ἀλαλάζοντες,
καὶ ἐν χειρονομίαις τῶν μελῶν ἐν φθόγγοις ἑστῶτες,
καὶ μιγάλῳ τινὶ καὶ ἀξιοθέατον χορείαν συνιστῶντες,
τῇ τε εἴδει ἐν ἀτράπτοις στολαῖς τὰς τῶν ὁρώντων θέλ-
γοντες ὄψεις, καὶ τῇ τεχνωμένῃ τῶν ψαλμῶν λύρᾳ τὴν
ἀκοὴν καταπήγοντες. τί γὰρ ἂν ἐκεῖνα φρὸς τοῦτο ἐν ὄμμασι φ
μυθικὸς Ὀρφεὺς, ἢ ἐν Ὁμηρικὴ Μοῦσα, ἢ τὰ τῶν Σει- B
ρήνων λυρήματα, τῇ ψευδεῖ τῶν πλασμάτων ἀναγρα-
φούσῃ, ἐς λόγος μὲν ἐπαίνων ἀξίας ἀληθῶς, φύσει
δὲ ψευδῶς τοὺς ἀνθρώπους πλανῶσαι ἐφ' ὅσον ἀκοὴν
ἀνδραποδίζωνται. μᾶλλον γὰρ ἐν τούτοις ἐψευδοκτύπη-
σαν οἱ Ἕλληνες, ἐν ἀληθῆ γνῶσιν τῶν πραγμάτων ἀ-
φορμῶντες, καὶ ταῖς κενολογίαις καθ' ἑαυτῶν ἐπλη-
σάμβουν. ἡμῖν δὲ, καὶ τὸ σεβαζόμενον ὄντως ἀληθὲς,
καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ὑμνούμενον.

ιβ'. Ἔνθα δὴ μοι καὶ θάμβος ἐπῆρχεται καὶ φρίκη,
καὶ ἔκπληξις, ὅταν τῷ νοῒ λάβω, πῶς ὁ τοιοῦτος
καὶ τοσοῦτος ὕμνος, ὁ μέτρα τινὶ τῶν ἄλλων προσφε-
ρομένων θυσιῶν τῷ μεγέθει ἐξομοιούμενος, ἀθρόος
πως ἐσίγησε, καὶ εἰς ὀλὺν ὠλογίθη, καὶ ὡς ὄναρ ὑ- C
πανεχώρησε. πλὴν γε τοῦτο λογίζομαι, ὅτι ἐν ταῖς
ἁμαρτίαις ὄντες, τὰ θεῖα, καὶ ἐν ψαλμῳδοῖς ἐδιη-
γούμεθα δικαιώματα, καὶ τὸ μοχθηρὸν ἡμῶν τῶν
βίων ἀδόκιμον τὸ περιφανὲς τοῦτο καὶ σεβάσμιον
ἀπεργάσατο· ἀνάξιον κρίνασα τὴν Θεοῦ βιβλίοις καὶ
ἐναγίοις χείλεσιν ὑμνεῖσθαί τε καὶ γεραίρεσθαι. μι-
κρὰ γὰρ τινος ἐν ἀληθῆ αἰτίαν τῶν πάντα κίνδυνον
ἐπεισελθεῖν ἡμῖν εἰς μέσον ἐν παρεσκεύῳ, ἵν' ἔ-
χωσι γνῶναι ἅπαν τὸ καθ' ἡμᾶς ὑποδείγματος οἱ
μετέπειτα, ὅπως δεῖ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀλη-
θινῷ, καὶ ἑαυτὸς ὑπεράνω πάντος ὀλέθρου ἱστάναι,
ἵνα μὴ τοῖς ὁμοίοις ἡμῶν τῆς κακίας ὑπολιθαίνον-
τες πλημμελήμασι, ἐν θείαν ἀγανάκτησιν ἐφ' ἑαυ- D
τοὺς ἐπισπῶνται. ὑδὲ γὰρ ἄλλο τινὸς ἕνεκα τῆς μι-
γάλης ἀπειλῆς ἐκείνης, ἧς καὶ μεμνημένος ἐξέστα-
μαι, ἐν πεῖρας γενόμενος, ἀλλ' ἢ ἐν μοχθηρᾶς
καὶ κακῆς προαιρέσεως, εἴ τι ἐν τῷ παρηλλαγμέ-
νον καὶ ἑτερον τῆς τε πολιτείας καὶ τῶν ἠθῶν,
τῶν συνεισιόντων τῇ πόλει ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ τό-
που, ἄλλων ἄλλό τι συνεισφερόντων κακὸν, καὶ τού-
τῳ τῷ πλησίον μεταδιδόντων. καὶ γὰρ δὴ ἐν τοῖ-
μῷ ἀφθονεῖν τῶν χρεῶν χορηγίαν, οἱ τῶν πλη-
σίον χωρῶν καὶ πόλεων ἄνθρωποι ἐν ταύτῃ τὴν οἴ-
κησιν μετελάγχανον, καὶ μάλιθ' ὅσοι ταῖς ἤδη
προαλωθείσαις νήσοις ἐκ τῶν δυσωνύμων Ἀγαρη-
νῶν ἐπιδρομῆς ὑπελείφθησαν, ἐπὶ τὸν δὲ προσέ-
φευγον, μεθημίαν, ὡς ὑπελάμβανον, ἐν αὐτῇ πο-
λεμίων φροντίδα, τὴν λοιπὴν ποιησόμενοι· εἴ τι δὲ
πάλιν διὰ τὸ ἀνειμένον τῆς τρυφῆς καὶ ἀφρόντιστον,
καὶ πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν ποικίλον τῆς χρείας καὶ ἐ-
πιτήδειον, ὥσπέρ τινα λήθην πεπόνθαμεν τοῦ Θεοῦ,
μακράν τινα καὶ ἀδιεξόδευτον πλανώμενοι πλάνην.
καὶ καθὼς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, Ἕκαστος ταῖς ἰδίαις

Demetrii Martyris, ubi divina peregit certamina, & victoriæ palmam reportavit; Hæc nimirum, reccurrentibus per anni circulum festorum solemniis, universæ multitudinis in se concionem cogentia, lætitiam inenarrabilem, & spiritale gaudium conveniis inferebant. In horum siquidem singuli Sacerdotum ordines Cleri matriculam implebant, quorum opera mysticus cultus resque sacra peragitur; Lectorum item cœtus, qui concinendis canticis diligentiam habeant, & alternis versus tinniant, mannmque motibus modulationum sonos disponant, ac magnam quamdam digneque spectabilem choream constituant; tum effulgente vestium forma spectantium oculos demulcentes, tum artificiosa psalmorum lytra auditum oblectantes. Quid enim erat, si hæc cantica consideres, fabulosus Orpheus, aut Musa Homerica, aut Sirenum deliramenta, ficticonum mendaciis digesta, ut nulla laudum vera ratio sit, sed falsi rumores, mortalium genus seducentes atque errori mancipantes? Frustra igitur in his Græci crepantibus buccis sese jactant, qui vera rerum scientia careant, vanisque sermonibus ipsi sibimetipsis pugnent: Nobis vero tum Numen verum est, tum ipsum quod canimus laudisque obsequio frequentamus.

Sacerdotum λατρεία re sacra & Eucharistica.

Lectorum cœtus, psallentium chorus.

Edit. Paris. pag. 327.

XII. Hic mihi & admiratio subit, incessitque horror ac stupor, dum mente recolo, quomodo talis & tanta modulatio, ipsa nulli non alii hostiarum, quæ Deo offeruntur, magnitudine præstans, sic repente conticuit, & in nihilum abiit, velutque somnium abscessit. Enim vero hoc recogito; nempe cum in peccatis essemus, juxta Psalmistæ sententiam, divinas enarrabamus justitias, morumque nostrorum improbitas, illustrem hunc ac venerabilem cultum, reprobum effecit; indignum judicante Numine, prophanis impurisque labiis laudari se honorique haberi. Quousque enim tandem veram causam, qua quam nobis omnis hæc illata malorum vis, in medium non adducimus, ut nostro exemplo discant posteri, quonam pacto colendus sit Deus vivus ac verus, seque ab omni servent immunes interitu, ne iisdem atque nos delictis obnoxii, divinam in se attrahant indignationem. Nam nulla alia causa, immanis illius pœnæ iræque, cujus vel sola memoria extra mentis sedem exeo, periculum fecimus, nisi ob pravam perdicamque voluntatem; sive propter dissonos diversosque mores ac ingenia seu instituta, omni ex gente ac loco in urbem confluentium, atque aliud alias malum importantium, ac cum proximo illud communicantium. Nam propter eam, quam diximus, uberem rerum in vitæ usum suppeditationem, vicinarum regionum atque urbium incolæ mutatis sedibus, in hac habitationem locabant; ac præcipue qui ex captis jam Insulis per impuros Agarenos, illorum grassationi superstites fuerant, ad eam confugiebant, nulla deinceps, ut sibi videbatur, hostium cura solicite, atque in eam rationes suas transferebant; sive rursus etiam propter molles deliciis, nullisque studiis animum implicatum; tum ad omnem libidinem, ita usu subministrante, proclive ingenium, velut in Dei quamdam oblivionem venimus, longo quodam & inextricabili viarum errore ab illo abjuncti. Ex-

Psal. 49. 5.

Depravati Thessalonicenses mores.

Civitas, hominum vitio-rumque fœcia colluvies.

Deliciarum ac libidinis malum.

pag. 328.

ut ait Apostolus; Unusquisque desideriis nostris ambulabamus, ad omnia licenter scelera procurrentes, & viam quæ ad virtutem ducat, pro nihilo habentes.

XIII. Quod enim malitiæ genus, ut verum dicamus, in nobis non exercebatur? fornicationes, adulteria, immunditiæ, odia, mendacia, furta, lites, contentiones, convicia, iræ, rapinæ, injustitiæ; & malorum omnium causa, invidentia, commune omnium studium & quotidianum, atque forensis meditatio erat. Neque enim ullus nostrum hoc fatebatur, ut de proximo bene mereretur, sed ut illi invisum aliquid malumque inferret, stolide machinabatur. Nec ut ex suo egenti tribueret, implens quod misericordiæ est, animo reputabat; sed ut de alieno substantiam augeret, gentilibus suis pugnabat: cum se invicem deriderent, mutuo cæderent, alter alteri calumniam strueret ac detraheret; nullum non malum secum ipsi excogitarent, pupillos suffocarent, viduarum fines invaderent, inimicitias necterent. Enimvero quis horum omnium exitus? Torpet animus, rerumque magnitudini linguam injicere horret; ac nec rursus malorum, quibus jam perfuncti sumus, meminisse sustinebam. Quia tamen fieri non potest ut istiusmodi narrationum memoriam vitemus, qua ratione nova quædam ac terribilis narratio mundo relicti sumus, periculi magnitudinem narraturus accedo, ut & ipse cognoscas, quænam sint peccati obsonia atque præmia. Cum enim luxu perditi essemus, voluptate liquesceremus ac mollitie flueremus, malisque omnibus institutis vitam duceremus; cum, ut Psaltes concinit, *Omnes declinassent; simul inutiles facti essent, nec esset qui Deum requireret*, tunc tremendum illud minarum pondus expetti sumus; quinimmo (ut verius dicam) eversionis, seu justæ retributionis.

Rom. 6. 23.

Psal. 13. 3.

XIV. Et considera hic quoque Dei humanitatem, qui non vult mortem peccatoris, sic ut convertatur, & vivat. Cum enim sciret projectam sceleratissimamque animi nostri ad mala pronitatem, quid machinatur ac consilii init, ut perditum illum furorem inhibeat, & ad conversionem inducat? Primum quidem, quæ dicta a nobis est, Berrhoeam, urbem finitimam, cum tota vicinia, terræ-motu quassavit, adeo ut multi eo oppressi perierint. Quid inde disponens ac procurans? Ut nos scilicet, malorum divina ultione aliis indictorum sensu percepto, tandem aliquando a propriis ipsi malis abstineremus, actusque nostros ad virtutem dirigeremus. Deinde, quia ne illo quidem casu de veteri vigente in nobis consuetudine quicquam remiseramus, aliud machinæ genus transit, in aliis ante specimen edens ejus calamitatis, quæ nobis ipsis obventura esset, dum nulla pœnitudine peccaremus. Demetrias namque sic dicta, Græciæ alia urbs, haud longe a nobis dissita, tum accolarum frequentia, tum rebus aliis, quibus urbes alium sapere ac gloriari solent, supra finitimas alte supercilium tollens, haud multo ante nostræ urbis excidium in Barbarorum potestatem venit. Obsessa enim ac capta, ut pene omnes qui in ea erant, gladio ceciderint, nihil aliud cogitandum animis ingerebat, quam fore ut qui in malis perseveraremus, parem in nos ultionem exciperemus, & ut velut in animata columna ac cippo, quæ nobis debita essent mala diraque, perscripta legeremus.

Edit. Paris. pag. 329.

Berrhoea terræ-motu quassata.

Demetrias capta atque excisa.

A ἐπιθυμίας ἱπορδόμεθα, ἀδιῶς καὶ πάσης ἁμαρτίας χωροῦντες, καὶ τῆς πρὸς ἀρετὴν ἀγώνης μηδεμίαν ποιούμενοι ἐπιμέλειαν.

ιγ'. Ποῖον γὰρ εἶδος κακίας, εἰ δεῖ τ' ἀληθῆ εἰπεῖν, ἐν ἡμῖν οὐκ ἐφαίνετο; πορνεῖαι, μοιχεῖαι, ἀκαθαρσίαι, μίσοι, ψεύδη, κλοπαὶ, ἔριδες, φιλονεικίαι, λοιδορίαι, θυμοὶ, πλεονεξίαι, ἀδικίαι· καὶ ὁ ἀρχηγὸς τῶν κακῶν, φθόνος, κοινὸν ἐμμελέτημα καθ' ἕκαστον καὶ ἀγοραῖον λῆρος. ἐπὶ γὰρ ὅσοις ἡμῶν τῷ πλησίον φαύλως καλῶς εἶχε, ἀλλ' ὅσοις αὐτῷ τῶν βελτίστων ἐπενεγκεῖν τι φρενοβλαβῶς ἐτετάκεσαν· ἀφ' ὅσοις ἐκ τοῦ οἰκείου μεταδοῦναι τῷ χρῄζοντι τὸ συμπαθὲς πλεῖον ἐβεβούλητο· ἀλλ' ὅσοις ἐκ τοῦ ἀλλοτρίου τὸ οἰκεῖον πλουτῆσαι πρὸς τὸ ὁμόφυλον διημάχετο· καὶ ἀλλήλοις ἐφωνοβόμβουν, ἄλλους πλήττοντες, ἄλλους καταβάλλοντες, πᾶν ὁτιοῦν κακὸν ἐς ἑαυτοὺς ὀξυδερκοῦντες, ὀρφανοὺς ἀγχοντες, ὀρφοῖς χηρῶν ἐπιμβαίνοντες, ἔχθρας συναπτοντες. καὶ τί δεῖ τὸ τέλος τῶν ἁπάντων; ὀκνῶ μὲν ἐγλῶττας τῷ μεγέθει τῶν πραγμάτων ἐπαφεῖναι, καὶ οὐκ ἂν ἐπεξέλθοιμι τῶν ἀλγεινῶν ἐκείνων, οὓς ἤδη πεπονθαμεν, καὶ πάλιν ἐπιμνησθῆναι· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν παιστῶν διηγημάτων οὐκ ἔστιν ὅπως ὑπεκλίναι δυνήσομαι, δι' ὧν τῷ βίῳ καινόν τι καὶ φοβερὸν ὑπελείφθημεν ἄκεστμα, λέξων ἔρχομαι καὶ κινδυνῶ τὸ μέγεθος, ἵν' εἴδῃς καὶ αὐτὸς ὁπόσα τῆς ἁμαρτίας εἰσὶ τὰ ὀψώνια. ἐν ὅσῳ δὲ

B

ἐξευρῶμαι, ἐν ὅσῳ ἐπαπαλῶμαι καὶ πᾶσιν ἀπόροις διζῶμαι ἐπιτιθέμενον· ἐπεὶ καὶ τὸ ψαλμικὸς ῥηθὲν, Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρεώθησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεὸν, τότε τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ἐπειράθημεν ἀπειλῆς· μᾶλλον δὲ καταστροφῆς, ἵν' οἰκειότερον εἴπω, καὶ δικαίας ἀνταποδόσεως.

ιδ'. Καὶ σκόπει κἀνταῦθα τὸ τοῦ Θεοῦ φιλάνθρωπον, τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι, καὶ ζῆν αὐτόν. εἰδὼς γὰρ τὸ ἀκαθεκτον καὶ μοχθηρὸν τῆς γνώμης ἡμῶν ἐπὶ τὰ πονηρὰ, τί μηχανᾶται πρὸς τὸ τὴν ὁρμὴν ἐπισχεῖν τῆς κακίας, καὶ ἐπιστροφῆς ἡμῶν ἐμβαλεῖν αἰτίαν; πρῶτον μὲν τὴν ἤδη λιχθεῖσαν γείτονα πόλιν, τὴν

C

Βέρροιαν λέγω, ἐπισκαπτομένην πᾶσαν τοῖς πλησίοις, ὡς πολλῶν τῶν ἐκεῖσε συλληφθέντων ἐξαναλῶσαι. τί διοικούμεθα ἐκ τούτου; ἵν' ἡμεῖς πάντες τῶν ἑτέροις ἀπαλγούντων τὴν αἴσθησιν λαβόντες, τῶν ἰδίων κακῶν ἀποχὴν καὶ ὀλίγου γοῦν ποιησώμεθα, καὶ πρὸς ἀρετὴν τὰς πράξεις ἐθύνωμεν. εἶτα ἐπειδὴ τῶν γενομένων οὐκ ἐπεδώκαμεν τῆς κρατούσης ἐν ἡμῖν παλαιᾶς συνηθείας, ἐφ' ἕτερον εἶδος μηχανῆς μεταβαίνει, τὴν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἔσεσθαι μέλλουσαν ἀμεταμέλητα πράξεσι συμφορὰν ἐν ἄλλοις προϋποδείξας. Δημητριὰς γὰρ ὕστερον καλουμένη, τῆς Ἑλλάδος ἑτέρα πόλις, ἡ μακρὰν ἡμῶν ἀπεχουσα, πολλῷ πλήθει τῶν οἰκητόρων, καὶ τοῖς

D

ἄλλοις, οἷς μέγα καυχῶνται πόλεις, καὶ ἴσα ὑπεραιρομένη, ἡ πρὸ πολλοῦ τῆς ἡμῶν ἁλώσεως, ἔργον ἐγένετο τῶν Βαρβάρων. πολιορκηθεῖσα γὰρ, ὡς μεχρὶ δεῦρο πάντων τῶν ὑπ' αὐτὴν ἐν μαχαίρᾳ πεσόντων, οὐδὲν ἕτερον παρεῖχε νοεῖν, ἢ τοῖς κακοῖς ἡμᾶς ἐπεμίνοντας, καὶ ὁμοίαν πεῖραν τῶν πραγμάτων ἐκδέχεσθαι. καὶ καθάπερ εἰς ἔμψυχον στήλην ἐν αὐτῇ τὰ κεχρεωστημένα ἡμῖν ἀναγινώσκειν παθήματα.

ιε'. Ἀλλὰ

ιά. Ἀλλ' μηδεὶς ὑποπτευέσθω μοι οἰέσθω ταῦτα λέγοντα, ὅτι δι' ἡμᾶς αἱ πόλεις αὗται τῷ φοβερῶν τινῶν πεῖραι ἐδίδοντο. ὠφέλητο γὰρ αὐταῖς, ὡς οἶμαι, καὶ δι' οἰκείαν μοχθηρίαν ὁ κίνδυνος, ὡς καὶ ἡμῖν μετ' ἐκείνας, ἀξίας τῷ ἁμαρτημάτων ἑκάστῳ τὰς τιμωρίας ἐπάγοντος τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' ἐν τούτοις καὶ ἡμᾶς ὁ τῶν τυχόντων ἀφορμὴν τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπιστροφῆς καὶ σωτηρίας ἔνοχον ἐξεύρηκεν, τῶν ἐκείνων καταφορῶν οἰκείαν ἀσφάλειαν ποιούμενος. ὅμως ἐπειδὴ τὸν νοῦν ἡμῶν εἶδεν ὁ τὰς καρδίας ἐρευνῶν, πάσῃ σπουδῇ τῆς ἐπ' ἀπωλείᾳ ἀγούσης ἐχόμενον, μηδεμίαν μὲν τῷ σωτηρίων ἐντολῶν καὶ παιδευτικῶν ἐπεργειῶν ἐπολελοιπέναι, ἐξ ὧν αἰσθητικὴ καὶ πάντα ψυχὴ τὸ καλὸν μεταμαθάνει, ἀφαιρούσης τῷ χειρόνων πᾶς ἀφορμῆς, δι' ἃς ἐπέρχεται ἡ ὀργὴ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος· ἔδει δὲ τῶν κακῶν ἐκτριβῆναι, ἵνα μὴ τρίτον πλεῖον προσθῇ, καὶ ἕτερος λυμαίνοιτο. διὰ τοῦτο ἀφῆκεν ἡμῖν ἐπιτυχεῖν αὐτῶν φοβερᾶς ἐκείνου καὶ φρικώδους πληγῆς, ἵν' ἅτερ ἄλλων παθόντων ἡμεῖς οὐκ ἐδιδασκόμεθα, τοῦτο ἡμεῖς παθόντες, ἄλλοις ὑπόδειγμα ποιησώμεθα.

κε. Ἀλλὰ τί δεῖ μακρολογεῖν; καιρὸς γὰρ ἤδη τῷ καιρίων διηγημάτων ἐφάψασθαι, καὶ ἵνως τῶν ὀδυνηρῶν ἐκείνων παλιορκίαν ὑπίσημον, παρασπάσαι τῷ λόγῳ, ὡς εἶναι τοῖς μετέπειτα, ἡθικῆς ὑπόθεσιν, καὶ ἐναργῆς διδασκαλίας παράνεσιν. ἐν τούτοις γὰρ ὄντων ἡμῶν, ἦκέ τις ταχυδρόμος ἄγγελος λύτο τοῦ κρατοῦντος τὰ τῆς Ῥωμαίων σκῆπτρα, Λέοντος τοῦ φιλοσεβοῦς Ἀνακτος, τῶν ἑῴων τῆς Βαρβάρων, λέγω δὴ τῶν δυσωνύμων Ἀγαρηνῶν, καταμανύων. καὶ, ὡς πάχα ὁπλίζεσθαι. φρόσφυγάς τινας ἀπ' αὐτῶν ἑκόντων τῶν Βαρβάρων ἀφῖχθαι λέγων, καὶ τῷ βουλῷ αὐτῷ, ἥτις ἐστί, φροεπόντας τῷ βασιλεῖ, καὶ ὅτι πᾶσαν τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὴν δὴ πεποίηνται, ὑπὸ πολλῶν ἤδη τῶν ὑπ' αὐτῷ προχειρωθέντων βεβαιωθέντας, ὡς ἀτείχιστος ἐστὶν ἐκ τῶν πρὸς θάλασσαν μέρους, καὶ ταῖς λύτοῦ τῶν μάχαις διεπιχείρητος· Ταύτης οὖν ἀγγελθείσης τὴν πανηγυρικὴν ἀγγελίας, θρᾶος μὲν ἐγένετο τῇ πάσαν τὴν πόλιν, καὶ φόβος καὶ πάραχος, ἀσυνήθης πράγματος καὶ φοβερᾶς ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν ἐν ἀρχαῖς προσπεσόντος. ἐβουλευσάμεθα δή, αἴμοι, τὰ οἰκεῖα περιποιήσασθαι σωτηρίαν, καὶ ὅσα πρὸς τὴν ἐναντίων ἄμυναν παρατίζειν, καὶ πρὸς τὰ κατ' αὐτῶν πόλεμον διεγείρεσθαι. πλὴν ἅπαντι μὲν ὁ λογισμὸς ἐπάγων, καὶ ταῖς ἄλλαις μερίμναις τὰ ἀπειρίας τοῦ μάχεσθαι, μήπω τὰ πράγματος ὢν ἐν πείρᾳ, μηδ' ὅπως τὰ ἀρχὴν λαμβάνει διδιδαγμένος, πλέον δὲ τὸ μὴ ἐπιτήδειον εἶναι τοῦ χοὸς, ἔνθα καὶ τὰ προσβολὴν ἐσκοπούμεθα, τὰς ἁπάντων ψυχὰς καταβύθιζε, καὶ δὴ λοιπὸν ὡς ἀληθῶς ὕποπτον, οὐ μόνον τοῖς ἀπειροπολέμοις καὶ ἀόπλοις ἡμῖν, ἀλλ' ἤδη καὶ γεγυμνασμένας ἔχουσι τὰς τῶν τοιούτων πραγμάτων αἰτίας.

κζ. Ἐβουλευσάμεθα δ' οὖν, εἴ τι καὶ δέοι πράττειν, ἐν αὐτῷ πράττειν τῷ τείχει, καὶ πρώτης ἔχεσθαι τῆς αὐτοῦ ἀσφαλείας, καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταπλάσεως. συνεβούλευε δ' ἡμῖν τοῦτο πρῶτος ὁ παυτὶν ἡμῖν τῆς ἀγγελίας πρὸς τὸν Βασιλέως κομίσας. Πετρώνας δὲ ἔτος ἐκαλεῖτο, τῷ καταλόγῳ τῷ Πρωτοσπαθαρίων ἐγγεγραμμένος, ὃς δὴ ἐπιτραμμένος ἐγχρονίσαι μικρὸν τῇ πόλει, καί τινος αὐτῇ μεταδοῦναι βοηθείας, καὶ δαπάνης ἐν τοῖς πράγμασι συμπραγείας. ἄλλου δὲ σοφωτάτου λόγου ἐξεύρειν ἐπί-

Appendic. ad Continuat.

XV. Nullus tamen exiſtimet, dum hæc ita pronuncio, me velle, haſce urbes noſtri cauſa tremenda hæc expertas fuiſſe, illiſque malis factas obnoxias. Nam & illis, opinor, ob ipſam earum pravitatem, æque ac nobis poſt ipſas, animadverſio debebatur, Deo ſcilicet ſingula quæque ſcelera digne ulciſcente. Verum in lis, nos quoque haud levem occaſionem melioris frugis incundæ atque ſalutis, facile fuit invenire; ita nimirum ut earum caſu noxaque, res noſtras in tuto collocaremus. Verum enimvero quia is qui corda ſcrutatur, animum noſtrum omni ſtudio hærere noverat, viæ, quæ ducit ad interitum; cum nihil ei ſalutarium mandatorum caſtigationumque deeſſet, quorum ſenſu ad ſobrietatem reductus animus, mutato conſilio, quod honeſtum ac officii eſt, condiſcit, vitans ſcelera, ob quæ ira ingruit in filios inobedientiæ, ut ait Apoſtolus; decebatque malitiam elidi ac aboleri, ne majus incrementum faceret, atque aliis noxam inferret; ideirco tremendam illam atque horrendam plagam nobis inflixit, ut quod aliorum malis præmonici non didiceramus, ejus nos aliis, noſtro ipſi periculo, exemplo eſſemus ac documento.

Aliorum caſtigatione, noſtra ipſorum emendanda.

Pſal. 7. 10.

Epheſ. 5. 6.

XVI. Sed quid neceſſe orationem trahere? Jam enim tempus eſt neceſſaria rerum momenta aggredi, ac modum, quo diram illam obſidionem pertulimus, ſermone referre; quo ſcilicet inde poſteris admonitionis argumentum ac ratio, claræque doctrinæ adhortatio ſit. Etenim cum res noſtræ ita ſe haberent, celer quidam curſor nuntius a Leone, piiſſimo Imperatore tum Imperii Romani ſceptra moderante, venit: *Barbarorum* (inauſpicati ſcilicet nominis, atque ominis Agarenorum) *irruptionem denuntians, ad arma ſtatim convolare jubet. Veniſſe proſpexos quoſdam ex ipſis Barbaris, eorumque conſilii Imperatorem præmoniſſe: Impetum omnem verſus Theſſalonicam vertere, ea ſcilicet ratione, quod ex pluribus jam ab eis bello capti ac ſubjugatis certo didicerint, qua parte reſpicit mare, nullis eam cingi mœnibus, eaque navibus conſerta pugna facile expugnari poſſe.* Malo hoc igitur allato nuntio, per totam urbem rumor didiur, timorque ac titubatio omnes occupat, inſueta plane re atque tremenda tum primum noſtris auribus illapſa. Eo nobis (heu!) verſa conſilia, ut ſalutem noſtram tutaremus, ac quæ arcendo hoſtes eſſent, omnia pararemus, atq; ad bellum ſuſtinendum animis excitaremur. Verum concidebat cujuſq; animus, cum aliis diſjectas curis, quod bello inexperti eramus, nulloque rei uſu, nec ut ipſa ejus ducenda exordia noveramus; tum vero magis, quod murus nihil idoneus erat, quo & hoſtium impetum expectabamus, omnium animos deſperatione mergebat. Ac ſane res ſuſpecta erat, non ſolum nobis bello inexpertis ac inermibus, ſed & ſi qui jam exercitati iſtiuſmodi rerum cauſas apprime callerent.

Edit. Pariſ. pag. 330.

Expeditionis nuntius.

Civitatis conſternatio.

XVII. Itaque in eam ſententiam ivimus, ſi quid eſſet moliendum, id eſſe in ipſo muro conandum, & ante omnia illius ſecuritati & in melius refectioni proſpiciendum. Cogitata non laudabat, qui ab Imperatore nuntium nobis attulerat (Petronæ nomen erat) vir Protoſpathariorum adſcriptus catalogo; cui erat impoſitum, *ut paulum in Urbe commoraretur, ſpemque ſuam conferret, & rebus debita ſubſidia ſubminiſtraret.* Is aliud ſapientiſſimum conſilium, quippe valde efficax ac ſalu-

Petronas Protoſpatharius, ad Urbem præmuniendum miſſus.

LXIX. Pediculorum etiam ingens vis, malorum genus aliud improbissimum: Haud secus enim ac mors repens omnium vitam depascebantur. Hinc omnium ora immutata, sicque affecta, ut opinione vivere, non reipsa videremur. Quot vero plagas, insaniter in nos ferocientes, intulerint, aut quibus probris, ac injuriis per horas singulas momentaque onerarent, quibus petitissimum a pugnæ congressione iram servare videbantur, quæ oratio enarrare sufficiat? Quis vero auditus rei hujus tragœdiam possit excipere? Ego sane mente moveor, quotiescumque vel solum in memoriam venit innumerabilium illorum malorum, quibus per totam illam navigationis periodum fuimus obnoxii; quomodo multiformem adeo ærumnam noxamque humana corpora sustinere potuerint, anteacto tempore luxu ac deliciis diffluentia, nec molestiis, quæ per prædones inferri solent, usquam assueta? Quomodo intolerabilem & duplicem ustionem, tum scilicet incendii sitis, tum æstivæ tempestatis, naturalem humorem exsiccantis? Quodque his miserabilius est, qua ratione detinebatur, & in nobis perseverabat anima, cum extensis noctu per omnes naves pellibus, nos omnes miseros iis includerent, ut lucis quoque, ut & reliqua, usuram nobis invideren; quo scilicet tenebris æstuque, duplici malo inevitabili, vitæ a nobis debitum exigeretur. Verum existimo, divinam, & quæ rerum hujus universitatis curam gerat, Providentiam, ad hæc omnia toleranda, vires nobis roburque supra humanam o- *pag. 374.* mnem æstimationem contulisse, ut in posterum intelligentes, ex quibus tunc malis, præter omnem spem liberati fuerimus, tum nos ipsos, tum reliquos exemplo ad frugem corrigeremus.

Pediculorum incommodum.

LXX. Verumtamen, cum jam tempus instaret, ut se Barbari in patriam reciperent, inde rursus solventes, in quamdam Insulam devecti sumus, Naxum nomine Cretensibus tributariam. In eam cum appulissemus, Insulani, muneribus & donis, iis maxime quibus in usum navigationis indigere sciebant, Navarchos accipiebant. Ibi duos dies immorati, versus Cretam cursum intendimus: invitabat enim secundissimus ventus, donec ad locum sic incolis dictum Zontarium (ac si *Vivarium* dicas) venimus, sed contraria nobis veritate agnitum. Sic enim a vita dictus locus, multos nostrum vita exemptos, morti tradidit. Dum enim ad eum

Naxus Insula Cretensibus Saracenis obnoxia.

Zontarium Tri politanæ Civitatis fundum.

applicantes a Noto & Africo sibi noxam non timent, in eo, uam in urbis navali, in anchoris stare Barbari maluere. Quo cum venissent, cognoverunt Cretenses: a mari enim procul nos prospiciebant, atque Romanorum classem invadere Insulam deprehendisse se putabant. Quo & metu conterriti sunt, quod ad bellum imparati erant. Postmodum nobis appropinquantibus, signis navium agnitis, cum magno gaudio suos accipientes, ac veluti morum commercio genuinæ inter se amicitiæ usum commonstrantes, ad locum

Adag. accesserunt. Semper enim, ut proverbio fertur, Simile ad sibi simile accurrit. Tunc itaque primum Barbari omnes, excensis ex navibus in litus effusi, nos quoque a mutua illa compressione paululum relaxari siverunt. Suppeditata quoque aquarum copia, quæ multæ ibidem irriguæ, in maris se undas affluenter exonerant. Et sic tota ea nocte a continuis refecti laboribus, existimabamus sequenti luce, mitiorum nos tantisper potituros, quod di-

Creta felix Insula. ves Insula, rebusque ad vitæ usum necessariis confertissima esset. Verum nesciebamus, prioribus æque malis, seu etiam acerbioribus, divexandos, propterea que illis accipi, ut per ea atrocioribus istis conservaremur.

LXXI. Jam enim dissipatis noctis tenebris, ac cum lucis fulgoribus, exortum mane splendesceret (Dominica scilicet illucescente) ululatus in quavis navi audiri, Barbaris velut gratam quamdam ac lætam vocem pari conspiratione edentibus, cymbalisque peritrepentibus; ut

Edit. Paris. pag. 375. locus ille totus concuti, & clamoris fragore turbari videretur. Tum post inconditum terribilissimumque sonitum, navium onus atque vecturam in terram ejicere cœperunt, cum subjectum locum, pro numero navium, certis spatiis divisissent, quo navis cujusque onus, quale tandem illud esset, distincte, ac seorsum ab aliis, inferrent; ut uniuscujusque opes ac substantia, nihil prorsus aliis commixta extarent. Totum igitur illum exonerandis navibus insumpserunt. Sequenti vero, Navarchi, ipsi quoque egressi, aliis rursus partibus, tum captivorum

Exposti Captivi, & spolia. multitudinem divisere, tum spoliorum copiosam amplamque messem, cujus admiratione obstupentes Cretenses, cui exemplo comparent, quæ ob oculos posita erant, nullum habebant. Quia vero id primum Barbaris constitutum erat, ut infortunato illo populo commixto, qui

Captivorum confusa multitudo, illatorum affectus, suorum præsentia. ullo affinitatis jure sanguinisque necessitudine devincti essent, alii alios denuo agnoscerent; tunc utique horribilis turbatusque audiri ejulatus, omnibus velut uno ex fonte lacrymarum rivos large fundentibus, identidemque susurrantibus, num quo loco ullius charissimorum compotes forent, nec illis temere, constitutum tempus inquirendi suos elaberetur, incertique manerent, qua se spe recreandos illis amplexandis fruendisque per eam indulgentiam existimassent. Circuibant miseræ mulieres, capillis dissolutis, quaquaversum circumspicientes, & irriguos lacrymis oculos circumferentes, si quem primum filiorum offenderent; filii vero velut tenelli vituli, subducto iis lacte ac uberibus, flebilem edunt gemitum, sic & illi miserabile quidpiam ac miserandi pronum affectu vagiebant ac ejulabant, alius alia in parte dispersionis illius palantes, ac matres appel-

A ἡ τὸ Ζωντάριον ἐκεῖνο· μὲν ζωὴς ἀπεστέρητο, τῷ θανάτῳ
ἁρπάζεται. ἦν γὰρ τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ πόντου τοῖς ἀνέμοις καὶ τοῖς κύμασι
βλάβαις τοῖς ἐν αὐτῇ καθορμιζομένοις, καὶ πρὸς αὐτὴν ἐκτρι-
βῆ τῶν ναυσάθμων τῆς πόλεως οἱ Βάρβαροι προσηνείχασαν.
ὡς οὖν κατὰ χθαμαλοῦ, ἔγνωσαν οἱ Κρῆτες, προτέρων γὰρ ἡμᾶς
τῆς θαλάσσης μακρόθεν. καὶ πρῶτον, τῶν Ῥωμαίων τὸ σῶμα
ἐφώρασαν ἐπέρχεσθαι τηνικαῦτα, ἐξ οὗ καὶ πιεζόμενοι ἐγίνοντο,
καὶ τὸ μὲν προπαρασκευάζεσθαι πρὸς πόλεμον. ἔπειτα γεω-
μέτρων ἡμῶν ἐγγύθεν, ἐπειδὴ ἐπέγνων τινὰ γεωείσμενα
τῶν, περιβάλλεσθαι τὸν τόπον, μὴ πολλῆς δυμενείας πρὸς
ἀμφ' αὐτὰς διεξιόντας, ἐκ ὀκνηρᾶ τῇ ἐπιστασίᾳ τῶν τρόπων
τὸ γνήσιον· πρὸς ἀλλήλους τοργῆς ἐνδεικνυμένους. ἀεὶ γὰρ,
ὡς λόγος, τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ προσρέπει. τότε δὴ πρῶτον
B ἅπαντες τῶν νεῶν ἐξῆλθον οἱ Βάρβαροι, καὶ τινος ἡμῖν
τυχεῖν ἀνέστιος τῆς ἐν ἀλλήλοις στοργῆς ἠξίωσαν μετέδωκαν δὲ καὶ τῆς ἐκ
τοῦ ὕδατος πολλῶν ὄντων, καὶ ἀρ-
δόνας τοῖς κύμασι τῆς θαλάσσης ἐπερρύησαν· καὶ ἀπὸ τοῦ
νύκτα πᾶσαν τῶν στενοχώρων ἀνιδίντες πόνων, ἐδοκοῦμεν
τῆς ἐξῆς χρηστοτέρων τινῶν μεταχεῖν, ἅτε πεπλησμένης
ἤδη τῆς γαστρὸς, καὶ πολλοῦ ἐχούσης τοῦ χρεῶν δαψιλείαν·
ἐν ἡδέσμῳ δὲ παραπλησίοις ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ ὁμιλεῖν χα-
λεποῖς, ἢ καὶ χείροσι· καὶ ἐκ ταῦτα γε μᾶλλον ἐκεῖνα πά-
σχειν, ὡς ἂν δὴ ἐκεῖνα τῶν σωτηρηθῶμεν.

οα'. Ἦδη γὰρ ἡ νυκτερινῆς σκιᾶς χωλαθείσης, τῶν δὲ φω-
τὸς ἀρχομένου τὸν ὄρθρον ἐπαναπάλλειν, Κυριακῆς ἡμέρᾳ
ἐπιφωσκούσης, ἀλαλαγμὸς ἐν ἑκάστῃ ναῒ ἠκούετο, ἀέ-
C ρί τινα θυμηρῆ φωνὴν τῶν Βαρβάρων συμπεχυμένων,
καὶ τοῖς κυμβάλοις κτυπούντων, ὡς πάντα δοκεῖν δονεῖ-
σθαι τὸν τόπον καὶ πρὸς τὴν πρώτην ἐκπαράττεσθαι. εἶτα
μετὰ τὴν ἄσημον ἐκείνην καὶ φοβερωτάτην ἠχὼ, ἐπι-
χείρουν πρὸς τὴν γῆν ἀποροπτίζειν τὸν γόμον, διε-
λόντες εἰς μερίδας κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν νεῶν τὸν
παρακείμενον τόπον, ὅπου μιᾶς ἑκάστης φόρτον, ὅς
τίς ποτε ἦν διῃρημένως καὶ ἀποκεκριμένως ἀλλή-
λων ἐξαιρομίζοντες, ὡς ἂν ἀμιγῆ περιεῖναι τὴν ἑ-
κάστης περιουσίαν, καὶ τῶν ἀφορήτων ταῖς ἄλλαις
πασιλῶς ἀνακίμενον. πᾶσαν οὖν ἐκείνην ἀνάλω-
σαν εἰς τὴν ἀποκειμένην τὴν ἡμέραν. τῇ δὲ ἐξῆς
ἐξῆλθον τῆς θαλάσσης οἱ τῶν νεῶν ἀρχηγοὶ, διε-
D λεῖν πάλιν εἰς ἄλλας μερίδας, τό τε πλῆθος τῶν
αἰχμαλώτων, καὶ τὴν πολλὴν τῶν σκύλων ὕλην,
ἧς ἐξέστατο τὴν πλῆθος οἱ Κρῆτες, οὐδενὶ παρα-
δείγματι συγκρίνειν ἔχοντες τὰ βλεπόμενα. ἐπειδὴ
δὲ τοῦτο πρῶτον ἔδοξε τοῖς Βαρβάροις ἀναμιχθῆναι
τῶν δυστυχῶν τὸν δῆμον ὅπως τὸν ἀναγνωρισμὸν καὶ
αὖθις οἱ συγγενείας τυχὸν μεταχόντες ἐν ἀλλήλοις
ποιήσονται, τότε δὴ φοβερός τις ἠκούετο ἐκ παρηχῶ-
δης ἰδιώτης, πάππου ὡς ἀπὸ μιᾶς πηγῆς ἀφιέν-
των τὰς κρήνας τῶν δακρύων, καὶ θρυλλουμένων, εἴπα
τινὸς δυστυχήσαντος τῶν φιλτάτων, καὶ μὲ λάθῃ πα-
ρελθοῦσα ἡ ἀποθυμία τοῦ ἀνδρίστου, καὶ μίσασιν
ἐν ὕδασι βεβαίᾳ τὴν περὶ αὐτὸν ψυχαγωγίαν ἐλ-
E πίσασιν. Περιηρχοντο οὖν δυστυχεῖς γυναῖκες τὰς
κόμας ἐχούσαι λελυμένας, παπαχῆ περιασκοποῦσαι,
καὶ βλεβρόχυς τὰς ὀφθαλμὰς περιάγουσαι, τίνι τῶν τι-
κτων αὐτῶν ἐντύχωσιν. οἱ δὲ παῖδες, ἔοικε τὰ δεινὰ τῆ
θαλάσσης διήφυγον, καθάπερ τινὲς ἀπαλοὶ μόσχοι γοεροὺς
μυκῶντες, τῆς θηλῆς ἀφαιρούμενοι, ὅπερ δὴ ἔοικε ἀλγεινόν τι
καὶ συμπαθὲς ἐκλευθμύριζον, ἄλλος κατ' ἄλλο μέρος τῆς θα-
σσοῦς ἐκείνης γεούμενοι, καὶ τὰς μητέρας ἀναπαλά-

μενοι· οἷς ἢ περιτυγχάνουσαι πολλάκις αἱ δείλαιαι μητέρες, ἢ φυσικῶ ἐπέκειντο αὐτοῖς συμπάθειαι, περιπλεκόμεναι τοῖς αὐχέσι, ἢ πάντα αὐτῶν καταφιλοῦσαι τὰ μέλη, ἢ δάκρυσι πλυνοῦσαι, τοῦτο μέσον ἡγοῦμαι μέγα τι καὶ θαυμαστὸν ὡς ἐν δεινοῖς παρηγόρημα τὸ παρελπίδα σωθῆναι, ἢ ζῶντας αὐταῖς ἢ αὖθις τοὺς φιλτάτους ἀποδοθῆναι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ ἢ ἐχόντων ἐν χερσὶν ἤδη τοὺς παῖδας, ἢ τὸ κατ' αὐτοὺς ἀσφαλὲς ἐκ τῆς πείρας αὐτῆς γνωριζόντων. τί δ' ἂν εἴποιμι περὶ τῶν ἄλλων, ὧν καθ' ὑδάτων τὰ βρέφη διώλλυτο, καὶ ἄδηλον ἦν αὐταῖς τὸ συμβαῖνον, πῶς διεσπάρακτον τοὺς χιτῶνας, ἢ ἔνδον τῆς καρδίας μὴ ὑπομένοντας κλύδωνα; πῶς οὐκ ἄθλιον μηδαμοῦ φανῆναι, ἀλλὰ περιήγοντο φερόμεναι μᾶλλον ὑπὸ ἢ ἀλόγου τοῦ πάθους ὁρμῆς, τῇδε κἀκεῖσε τὰ ὄμματα περιστρέφουσαι, εἴπου τινὰ τῶν προθυμουμένων θεάσοιντο, ἢ τινος περὶ αὐτῶν ἀκριβῶς ἐδόντος ἀκούσοιντο, ἵν' ἐκείνῳ τῇ ψυχῆς φλεγμαῖνον κενώσειε; καὶ ταῦτα μὲν ἐφάρτον ἐπὶ δυσὶ πολλάκις ἢ καὶ τρισὶν ἡμέραις, ἕως πολλὰ καμοῦσαι, ἄλλοί τινες τῶν γνωρίμων τὸ περὶ τῶν ζητουμένων ἐδήλωσαν πᾶσι, λιμῷ πολλάκις, ἢ δίψει ἔργον τοὺς φιλτάτους αὐτῶν γεγενημένης. ἐξ ὧν δὴ καὶ μᾶλλον τὸ πάθος ἐξαγριωθῆναι, γεγονατόροις θρήνοις καὶ ἄλλοις θλιβερῶν εἴδεσι τὰς ἀποιχομένους ἐφιλοφρόνουν. Ἀλλὰ τί μάτην ἢ ἐπὶ τύποις ἐπιχειρῶ συγγράφειν, ὁπόσον μέρος τῆδε τότε πεφραγμένων ἱκανὸν παραστῆσαι; ἐκεῖνον δὲ ἔδει παρεῖναι, ἢ τὰς θρήνους ἢ Ἱερουσαλὴμ ἀναγραφόμενον Ἱερεμίαν, ἵν' ἐπαφῇ δάκρυσιν ἀπαρηγόρητον ἐπὶ τοσοῦτον λαὸν τοσαύταις ἀλγηδόσι κατατρυχόμενον. ᾧ δὴ ὅπου φωνὴν ἀφῆκε Ῥαχὴλ ἐν Ῥαμᾷ, ὅτε ἢ σίρνοιν τῶν τέκνων ἀπωλοφύρετο, καθὼς φασὶν ἡ γραφὴ, ὡς ἡ κοιλὰς ἐκείνη, καθ' ἣν ἐπλεῖτο ταῦτα, τὰς ἀλγηδόνας τῶν ἁλόντων συνεπιτείνεται.

οβ'. Οἷον δὲ πάλιν ὑπὸ τύπων παρὰ τῶν μισοθέων ἐπράχθη κακὸν; καθὸ δὲ φθάσαντες ἔφημεν, λογισαμένων αὐτῶν πρῶτον, ὡς εἰ καὶ συγγένειαν πρὸς ἀλλήλους οἱ τῶν πλήθους ἀναμιχθῶσι τῶν αἰχμαλώτων, καὶ τῶν πολλῶν ὀδυνῶν παύσονται, καὶ πρὸς ἢ δυλείαν, ῥᾴονα ἂν ἐκδοθῶσι, φέρειν, αὐτοῖς εἶναι ὡς ἐν κακοῖς ἢ ἐπάρσιον, ὡς εἶδον αὐτὰς ἢ ἀγχιστείαις ἐπισωματτομένας, καθάπερ σειρὰν ἄλυτον ἔπρον ἐχόμενον τοῦ ἔπρου, τὸν τε χωρισμὸν δυσδιαίρετον, καθὸ ἐμιξάν τὰς μερίδας μιᾶς ἑκάστης νηὸς λαοπλήμας, ἐβουλεύσαντο πάλιν βουλῇ πονηρᾷ καὶ πολεμίᾳ ἢ φύσεως. τὰς ἅπαξ δὲ ἐνωθέντας διαιρεθῆναι καὶ αὖθις προσέταττον, Καὶ εἴ πε τὶς μήτηρ, φησὶν, ἐν αὐτοῖς νήπιον ἔχουσα τῷ γάλακτος δύμενον, τοῦτο μόνον πρὸς ἢ πᾶσαν μένειν οἱ δυσσεβεῖς καταθέσπισαν, ὡς μηδὲν τυχὸν δυνάμενον ἑαυτῷ πρὸς ἢ ζωὴν συμπλέειν. τὰς λοιπὰς δὲ τῶν συγγενικῶν συναφειῶν καὶ αὖθις διαιρεθέντας, ἀναμίξ καὶ ἀδιαφόρως τοῖς κλήροις ἀποδοθῆναι. Ἀλλὰ τίς λόγος τὸ μέγεθος ἢ συμφορᾶς ταύτης ἐκφράσει; ποία δὲ γλῶσσα Ῥωμαίων ἐπιξυλθεῖν δυνατὸν ἢ ποικίλως ἐκείνων καὶ πολυειδῶν τῶν ὀδυνῶν κάκωσιν; ὁπότε καὶ αὐτὴ φύσις καὶ καιρῷ τότε καὶ παραλόγῳ πρὸς ἀγμοσύνας πολλὰ κατέμεμπτο, τοῦτο μόνον ἔγκλημα ἢ καινοίας ἢ γένος ἔχουσα, καὶ ἢ ἔμφυτον τῶν ἐνωθέντων συνάφειαν, καὶ ὃ ἀπαιτᾶ τὸ πατρὸς μὲν υἱὸς, μητρὸς δὲ θυγάτηρ, καὶ ἀδελφὸς ἀδελφῇ. ἐν οἷς τί πάσχειν εἰκὸς τοὺς ἅπαντα;

Appendic. ad Continuat.

A lantes: in quos & deploratæ illæ haud raro incidentes, naturali in eos miseratione commotis visceribus, cervices amplecti, omnia illorum membra exosculari, rigare lacrymis, ingens illud solatium unumque admirandum, malorum illa immanitate, existimantes, præter spem servata, adhucque vita sospite charissima eis pignora reddita esse. Et hæc quidem de illis quæ jam filios in manibus habebant, reliquæ illorum in tuto esse, experimento didicerant. Quid vero de aliis dicam, quorum infantuli in aquis perierant, & eorum exitus latebat? Quomodo tunicas discerpebant, cum intimum cordis turbinem non sustinerent? Quomodo nullo loco subsistere ferebant, sed frustra hac illacque vesani affectus impetu circumagebantur, B in omnem partem oculos distorquentes, sicubi desideratissimorum aliquem videre liceret, aut ex aliquo qui certo sciret, videreque, audire, ut eo solatio animi æstum leniret? Et hæc ut plurimum per duos aut tres dies agebant, donec multo defessis labore, alii quidam ex notis, quo evasissent, qui quærebantur, certiores reddebant; fame scilicet aut siti dulcissima capita plerumque enecta esse. Quare etiam illæ majori dolore exasperatæ, clamosioribus lamentis aliisque discruciationum generibus defunctos accipiebant. Quid enimvero, his scripto enarrandis frustra laboro, qui nec minimam illorum partem, quæ tunc gesta sunt, repræsentare sufficiam? Etenim adesse par esset, C qui Jerosolyma deplangendo Threnos conscripsit, sacratissimum Jeremiam; quo scilicet, in tanto populo tantis doloribus malisque oppresso, inconsolabiles lacrymas funderet. Neque enim Rachel sic Jer. 31. vocem in Rhama emisit, cum sublatos filios deploraret, ut divinæ tradunt litteræ, quemadmodum vallis illa, in qua hæc agitabantur, captivorum dolores malaque auctavit.

Absentibus extinctisque inquirendi solicitudo, & lamenta. *Edit. Paris. pag.* 376.

LXXII. Quale vero tunc rursus, ab impiis Deique osoribus patratum est malum? Ut enim jam diximus, cum illis primum in mentem venisset, si modo captivi, qua necessitudine alii alios contingerent affinesque essent, confusi miscerentur, fore ut multa dolorum parte levarentur, ac ser- D vitutem, postquam addicti essent, ut in malorum procella, quovis modo tolerabilem ducerent; ut illos penes familias necessitudinisque jure devinctos ac consociatos, inque morem insolubilis catenæ alterum alteri cohærentes, ab invicem ægre dividi patientes videre, dum singulis navibus partes adscribunt, onusque distribuunt, improbum rursus consilium, ac naturæ pugnans, inferunt. Jubent, *Eos, qui semel junctî fuerant, iterum disjungi. Si quæ tamen mater, in eis, infantem lacte indigentem haberet, hunc dumtaxat cum parente manere*, impii homines sanxere, *ut qui nimirum sibi ipsi vitæ compendio nihil conferre valeret: reliquos omnes ab affinibus cognatisque distractos, promiscue nullaque discretione sortibus esse committendos.* Quæ enimvero oratio tantæ calamitatis infortunium narraverit? Quæ Oratorum lingua variam illam & multiformem dolorum immanitatem dicendo expresserit, *pag.* 377. cum & natura ipsa insolito hoc vesanoque præcepto in multa scinderetur, cui solum in crimen verteretur generis communio, ac, quam natura facit, propinquorum conjunctio? Filius namque a patre, a matre filia, frater a

Distracti ab invicem affines & cognati: exaggerata rei indignitas & dolor.

fratre direllebatur. Ubi quid omnes illos pati vero simili ratione existimandum, cum in servitutem in terram alienam abducerentur. Ubi scilicet nostræ fidei cultus, ut execrandus, omni injuriarum procacitate lacerabatur, vesanissimæque libidines atque vitia coluntur. Ubi fornicatio honestatur, insaniaque præmio afficitur, ac impudentia plurimum honoratur. Ubi masculorum sexus in muliebrem usum transfertur, & violatur creatura, suntque omnia confusionis plena, & ad malum conversa. Quid horum omnium primum planxerunt? In quo non magis lacrymas effuderunt? Ferebant tamen omnia, Deo in omnibus animos ac constantiam præbente, suæque voluntatis nutu singula quæque disponente.

Sarracenorum genus malis ac sceleri.

LXXIII. Jam vero rursus, edicto hoc ac jussione, a cognatis necessariisque divisi, diversis in locis sub custodia servabant: donec novo decreto imperatur, *Ut numerentur omnes, exque personarum etatumque ratione, diversum cujusque navis proprium agmen cognoscatur, ne ulla navium aut superfluo onere graveretur, aut illo minuatur. Sed pro multitudine eorum, qui in navibus Barbarorum essent, distributis partibus, nec majus aliquid justo redderetur, nec minus.* In primis igitur numerata omni multitudine, summa fuit duo & viginti millium capitum: inter quos omnes, ne unus quidem erat (nobis duntaxat exceptis, qui commutandi servabamur) cui mentum pilis fruticaret. At neque in tot mulierum millibus ulla erat, quæ pubem excederet. Erat vero electus populus & juventa conspicuus, ac in quo alii aliis prope certare viderentur, seque mutuo excedere, aut ætatis flore, aut vernantis formæ, tametsi afflictorum casuum vis continua, a naturali decedere eos habitu cultuque cogebat. Postquam autem omnes, in partes distributos, iterum cum spoliis in naves contulerant (nam hæc quoque cum multitudine divisa fuerant) Barbari, Cretam incolentes, ex eis non paucos comiercati sunt, multa in eam rem sponte numerata pecunia, non temere nullave ratione, sed cum sibi inde lucrum facilitarent. Plane enim noverant, multo sibi plura restituenda, commutationis tempore, dum suæ nationis captivos, a Romanis in captivitatem redactos, reciperent. Non enim, quemadmodum in Syria, sic his quoque in locis transigitur captivorum redemptio: sed in his veteri consuetudine usa firmata obtinuit, ut & Barbarum, quisquis ille sit, loco illius, quem ipsi detinent, referant, & exsolutum pro eo duplex pretium reposcant. Eam ob rem multos Cretenses captivos mercati sunt, noitram scilicet calamitatem sui lucri auctionem commenti. Gesta hæc per decem integros dies, cum semper consuetas naves, eos qui empti essent, transierent, & in proprias urbes deveherent. Inter hæc divendita quoque & fratris mei uxor, quæ res non levi nos affecit mœstitia. Cæterum mater & conjux cum duobus filiis (nam tertius demortuus, in mare projectus fuerat) nec non miser ac ærumnosus frater, atque omnibus ætate junior, soror, divina quadam providentia, in una Sidoniarum navium servabantur, in Syriam asportandi. Nos vero omnes, quos commutandos servabant, cum adhuc dispersi essemus, colligentes Barbari, & in navi bellica a littore

Captivi omnes juvenes.

Cretensium captivorum auctio.

Edit Paris. p. 378.

Redimendorum captivorum duplex Lex Cretensium.

Α ὁπότε πρὸς δυλείαν ἤγοντο εἰς γῆν ἀλλοτρίαν. ὅπου τὸ μὲν σέβας τ' καθ' ἡμᾶς πίστεως ὡς ἐσχάτης ἐυσεβείζεται, πάθη δὲ τιμᾶται ἀλογώτατα. ὅπου πορνεία σεμνύεται & μανία γεραίρεται, κ) παιδῶν τιμῆς κακίζεται ἀνοίδεια. ὅπου τ' ἄῤῥητον ἡ φύσις εἰς γυμνικὰς χρῆσις μετάγεται, κ) ἡ κτίσις ὑβρείζεται, κ) συγχύσεως γέμει πάσης, κ) πρὸς τὸ κακὸν ἀφαιτέραται. τί πρῶτον πάντων ἀπάντων ἐκόψατο; ἐ παῖφ δὲ μὴ ἀγχόνῃ χρήσατο; ἀλλ' ὅμως ἕτερον πάσης ἦ ἐπὶ πᾶσι μεγαλοψυχίας παρίχομεν Θεῷ, κ) τῷ ῥᾳδίῳ βουλήματι τὰ καθ' ἕκαστον μεθαρμόζοντος.

Β οὐ. Ὡς δὲ πάλιν τῷ προστάγματι πάντ' ἐξ ἀλλήλων διῃρέθησαν συγγενείας, ἐκάθηντο φορεύμενοι κ) διάφορα πάντες, ἕως ἐξῆλθε ἕτερον πρόσταγμα, πάντας ἀριθμηθῆναι, κ) πρὸς τὰς ἰδίας ἕν προσώπων κ) τ' ἡλικιῶν τὸ διάφορον ἑκάστης νηὸς ἴδιον σύνταγμα γνωρισθῆναι, ἵν' ἐν μηδεμιᾷ φανείη πλεονασμὸς, φησὶν, ἡ ὑφαίρεσις, ἀλλὰ μὴ τὸ πλῆθος τ' ἐώντων ἕ ῥευσὶ Βαρβάρων, ὅπου & τὰς μισθὰς γνῶναι, & μηδὲν αὐταῖς πλεῖόν ἢ ἐλάττον ἀποδοθῆναι. ἠρίθμησαν ὧν ἐν πρώτοις ἕ πλῆθος ἅπαντας. ἦ δὲ ὧν δύο κ) εἴκοσι χιλιάδες, ἐξ ὧν ἅπαντων χωρὶς ἡμῶν, τῷ λόγῳ ἦ καταλλαγῆς πρεσβύτων, οὐκ ὢν εἷς, ὃς πώγωνα εἶχε τετριχωμένον. ἀλλ' ὁδὶ ἀφειδεύετο γυνὴ ἐν τούτοις πᾶσιν

C ἕ χιλιάσιν. ἐπέλειπε δ' ἔτις ὧν & πλέων ὁ δῆμος, κ) ὅσον ἐρίζων ἕκαστος, ἢ τῷ ἀκμαίῳ τῆς ἡλικίας, ἢ τῷ ὡραίῳ ἦ μορφῆς ὑπερβαίνειν τὸν ἕτερον, πρὸς ἡ ἐπαλληλία τῷ δυσχερῶς τῷ φυσικῶς αὐτὸς ἕξιν ἀλλοτριοῦν ἐβιάζετο· ἀλλ' ὅτε δὴ πάντες εἰς μεσίδας γενόμενοι πάλιν μ' τῷ σκύλων ταύτῃσιν συνελάθησαν, ἅμφω γὰρ κ) τούτοις σὺν τῷ πλήθει διῃρέθησαν, τότε δὴ τῷ Βαρβάρων οἱ ἕ Κρήτων οἰκήτορες ἐκ ὀλίγων ἀνῃρέθη, πολὺ χρυσίον ὑπὲρ αὐ-

D ἕ καταβαλέσθαι μὴ παρεσκήμενοι, ἐκ ἁπλῶς, οὐδ' ὡς ἔτυχε, ἀλλὰ κέρδος πᾶσι τοῖς ἐσόθησιν ἑαυτοῖς ἐκ τούτου περιποιούμενοι. ῥᾴδιον γὰρ πολυπλασίονα & ὀφειλόμενον λαβεῖν, ὁπόταν ἀν καταλλαγῆς ἐπέλθοι καιρὸς, ἐπέτε τοὺς ἐμοιχύλους αὐτῶν, τοὺς παρὰ ἕ Ῥωμαίων χειρωθέντας, ἐκδέχονται. ὑφ' ὧν ἐς ἐπίσχεσιν Συρίας, ὅπερ κ) τούτοις, ἦ ἐ αἰχμαλώτων λυτρώσεως ἐκπλέουσι, ἀλλ' ἐπικρατήσει ἐν τούτοις παλαιὸν ἔθος χρόνῳ βεβαιωθέν, ἵνα κ) ὁ Βάρβαρος, ὅστις ποτ' ὢν, χάριν τοῦ καταχομένου, νομίζωται, κ) ἦ ὑπὲρ αὐτοῦ δοθέντος τιμὴν ἀπαιτῶσιν εἰς τὸ διπλάσιον. διό τοι τοῦτο, πολλοὶ οἱ Κρῆτες ἕ αἰχμαλώτων ὠνήσαντο, & καθ' ἡμᾶς συμφορὰν κέρδος συνεισφορὰν ἑαυτοῖς ἐφωράμενοι. ἐπέσχθη δὲ τοῦτο ἐφ' ὅλαις ἡμέραις δέκα, ἀεὶ ἕ ἰδίδοσαν ναῦν μεταβαλλόντων τῶν αἰχμαλώτων. κ) ἅμα ἦ ἰδίαν πόλιν μεταγόντων. ἐν οἷς ἐπῃχθη ἐνδοθεῖσα κ) ἡ ἕ ἐμοῦ ἀδελφοῦ σύζυγος, & μετ' ἐμοῦ ἐδυώλου περιποιήσασα. ἡ δὲ μοι μήτηρ, κ) ἡ γαμετὴ σὺν δυσὶ παισὶν, τὸ γὰρ ἕτερον ἔργον ἐν γονάσιν ἦ θαλάσσης, ἔτι δὲ κ) ἀλεεινὸς ἄθλιος ὁ τλήμων ἀδελφὸς, κ) ἡ τῷ χρόνῳ πάσης ἐγγυτέρω ἀδελφὴ, ἐν τοῖς θείοις φροντίσι εἰς μίαν Σιδονίαν ἐνῴδον νεῶν, πρὸς Συρίαν ἀποδημίας πρόμυθον. ἡμᾶς δὲ πάντας τοὺς ἐν τῇ καταλλαγῇ πρωμένους ἔτι σποραδικῶς ἔτως συναγαγόντες οἱ Βάρβαροι, κ)

τινι πολέμιον ἢ τὸν τῶν λῃστῶν ἀναπαυθησόμενον ὑφ' ἓν ἐν-
συνεχόντες καθεῖρξαν, φύλακας τινας τῇ καθ' αὑτοὺς
ἐμπείρους αὐτῶν, ἡμῖν συμβιβάσαντες.

οδ'. Καὶ ὅπως ἐσκολάζοντο κατὰ μίαν ἄλλην ἡμέραν ἐ-
χεσθαι τοῦ πλοός· ἤδη γὰρ ἦν αὐτοῖς ὁ καιρὸς, τῷ χρονίζειν
ἐπιδιδόναι τῷ τόπῳ, πρὸς τὸ χειμέριον τῆς ἀέρος μεταπεσεῖ-
σθαι. ἵπποις ἔοικεν ἐφεστῶσιν ἐπιβάντες οἱ τῶν ναῶν ἀρχη-
γοὶ ῥᾳδίᾳ τῇ ἐπὶ τὸ Τυράννου, πρὸς τῇ πόλει γεγόνασιν, ἅ-
μα μὲν ἐπιδεικνύμενοι τοῖς Κρησὶ τὰ εἰς τοὺς στρατηγοὺς
ἐν ἡμῖν πεπραγμένα, ἅμα δὲ καὶ τὰ βδελυρὰ αὐτῶν τελε-
τὰς ἐκπληρώσοντες, δικαιωθῆναί τε παρὰ τοῦ ἀποχθέντος
καί τινος τυχεῖν τῶν προπαρασκευασθέντων ἀνέσεως. ἃ δὴ
μίαν ἄλλην ἡμέραν προσδεχθεῖσαν, τομωτέρας ἐπιστροφὰς
ἐπιποιήσαντες τοῖς περὶ τὸν πλοῦν, καλοῦσιν αὖθις ἤδη
τοῦ πνεύματος. ἤδη δὲ τῆς δωδεκάτης ἡμέρας ἀρχομένης,
λέγω δὲ τῆς πρὸς τῇ Κρήτῃ ἀφίξεως, τοῦ πλοὸς ἀπορξάμε-
θα. παρῆχθημεν δὲ πρὸς τὴν ἀντικρὺ νῆσον, ἣν τὴν Διὸς
καλοῦσι· καὶ παλινεκθέοντες ἀνεχθέντες, ἐπὶ τὴν τῆς νήσου
πέρατι προσωρμίδημεν. ἐν ᾧ καὶ ὑδρευσάμενοι, καὶ μικρόν
τι τῷ τόπῳ προσμείναντες, ὡς κατ' ὀλίγον ἐώμεν γιγόμε-
τὸ ἄνεμον, ἀπεπλεύσαμεν ἐκεῖθεν, κατὰ μέσον ἰθυάντες
τὸν πέλαγος. ἦμεν δὲ πάντες, ὡς εἴρηται, ἐν μιᾷ ἐπὶ Ρω-
μαϊκῇ πολεμικῇ, ἣν τις ἂν διήρη, ἐπὶ τὴν μὲν ἄνω καθέ-
δραν, οἱ λαχόντες εἶναι μεθ' ἡμῶν βάρβαροι ἑαυτοῖς ἐπλη-
ρώσαντο, τὴν κάτω δὲ ἡμῖν ἐπαφῆκαν, σκότους πολλοῦ
καὶ δυσωδίας πλήρη. καὶ τί ἄλλο γε χρὴ λέγειν, ἢ πάσον
ἐφ' ὕδασι φερόμενον; εἰ γὰρ ἀπαριθμῆσαι θελήσω καθ'
ἓν ὅσα ἔσχε τὴν περίοδον ἐκείνῳ τῷ πλοῒ ὑπίσημον, καὶ μεθ'
ὅσης στενοχωρίας μύθους δίξω τοῖς πολλοῖς ἐξηγεῖσθαι, καὶ
ἐξ ἀληθείας ἐκτρέπεσθαι, καθ' ὃ ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου πάν-
τα ἐγραφῇ παραδοῦναι καθυπεχόμην. ἐξ ὅτι τοῦτο τὰ
πλεῖστα τῶν πεπραγμένων, ἐκὼν παραδραμὼν, οἷς ἂν
ἐδόκουν μάλιστα τὴν ἡμετέραν ἐξαρκεῖν ἕξειν, μέχρι
τοῦδε προσδιατείνας, ὡς ἐν ἅπασι τὸ πιστὸν σοι παρα-
σχεῖν, ὦ σοφώτατε ἀνδρῶν καὶ φιλομαθέστατε Γρηγόριε,
κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον πάλιν καὶ περὶ τῶν λοιπῶν δίξω,
ἐκεῖνα δὲ αὐτοὺς ὅπως καὶ ἀμυδρότατον ἐξ ὀφθαλμῶν ἀφῇ καρ-
δίας, μήτιγε τὸν σὸν, ἧς τοῦτο μᾶλλον ἢ ἄλλων ἐστὶν
ἰδιαίτατον ἢ συμπάθεια· ἢ ποιδαρχῶν εἰς παῦλαν ἡμᾶς
ἐλθεῖν τῷ συγγραφῇ προτρέψω, πράγματος τοσούτου
καταπολεμῆσαι παρεβιάσω, τῷ καθ' ἡμᾶς ὑπερβαίνοντος
δυνάμεν.

οε'. Πλὴν ἀλλ' ὅτου περὶ πολλῶν συμφορῶν ἰδίας
προσαλωσόντων ἡμῶν, ἐφθάσασε ἐπισᾶσα καὶ τελευμία
τις, θαλάσσιον διηγείρασα κλύδωνα, ἐκ περὶ ψυχῆς ἀ-
πειλοῦσα κίνδυνον· ἐξ ἧς καὶ πᾶσαι διασπασθῆναι
αἱ ναῦς, τῷ ῥοίζῳ τῶν πνευμάτων ἐξ ἀλλήλων μακρὰν ἀφ-
ασαθεῖσαι, καὶ τὰ κατ' ὄψιν ἄπειρα ἐκκλίνασαι. ἐν αἷς δὴ
δ' ἐκ τύχης πονηρᾶς δαίμονος ἐτύχομεν παραπλέοντες ἡμῖν ἐγ-
γύθεν ἐξ ἀριστερᾶς ὁ δυσώνυμος Λέων καὶ ἀρώμενος ἐδίας
νεὼς καθήμενος, καὶ τοῖς κυβερνήταις ἐκ περὶ τὸ πλεῖν ἐμ-
πειρίας ἔχουσιν, μᾶλλον καὶ τις ὄπισθεν ναῦς ἐπαφείλκε-
ται ἄλλας ἑπομένας ἑπτά, ἢ τις καὶ τῇ βίᾳ τοῦ ζάλης μέσον ἔχου-
σαν διαῤῥαγεῖσα, καὶ ἀπειλοῦσα τοῖς ἐν αὐτῇ ἤδη παρόσι τὸν ὑπὲρ
αὐτοῖ θάνατον, ἐξ ἧς ἀνέκραγον οἱ καθ' αὑτὸ βάρβαροι, Σῶσον
ἡμᾶς, ὦ Καθηγεμὼν τῆς στρατᾶς, καὶ μὴ ἐάσῃς δῆμον τοσοῦτον
Ἀγαρηνῶν ἀπολέσθαι, ὃς μέχρι τοῦδε πολλῶν κινδύνων ἀ-
πειράτως ἐῤῥύσω, ἐξεπόντες ἐν ὀλίγῳ καὶ τὸ συμβάν. ὁ δὲ
παρόδυς, κατ' αὐτὰς τὴν ναῦν ἰθύσας τοῖς περὶ αὐτὴν προσ-
ᾶξας, ἀκριβέστερον ἐπύθετο. οἱ δὲ πάλιν ὁμοθυμαδὸν ἐβόων,

A avulsa, in unum convehentes, concluserant, custodibus ex suis, rerum experientia præditis, nobis constitutis.

LXXIV. Atque altera statim die navigationem capessere parabant reique instare. Jam enim tempus urgebat, deflectens ad hyberna, nec longiores ibi moras trahere sinebat. Navarchi itaque equis conscensis, quos in promptu habebant, una etiam adjuncto Tyranno, urbem petunt, tum, ut Cretensibus præclara adversus nos facinora commonstrarent, tum ut abominandas suas cerimonias explerent, humanitusque ab oppidanis acciperentur, atque a laboribus, quos pertulerant, animos nonnihil relaxarent. Ibi alterum quoque diem commorati, festine revertuntur, secundoque jam vento, B navigationem solicitant. Jamque duodecimo, a nostro scilicet in Cretam appulsu, illucescente die, e portu solvimus; inque adversam Iusulam, quam Jovis dicunt, vecti sumus. Inde rursus profecti, ad Insulæ extremam oram applicantes, aquatum exscendimus: ibique mora aliqua facta, ut a puppi flare ventum advertere, per medium mare cursu directo, recedunt: Eramus omnes, ut dictum est, in una Romana bellica biremi: Illius superiores sedes Barbari nobiscum navigantes sibi delegerant: inferiores & prope carinam, nobis reliquerant, tenebris obsitas & graveolentiæ plenas: nec aptiori vocabulo expresseris, quam si *sepulcrum super aquas ambulans*, appellaveris. Et- C enim, si singula recensere voluero, quæ per ejus navigationis circulum sustinuimus, quantisque in angustiis versati simus, fabulas narrare plerisque videbor; & longe a veritate aberrare, qua auspice omnia me scripturum pollicitus sum in orationis exordio. Ea propter gestarum rerum partem plurimam sponte præteriens; iis, in quibus mihi vires sufficere viderentur, huc usque immoratus, ut credibilia per omnia dicerem, o Gregori hominum sapientissime atque studiosissime; eodem modo & reliqua percurram, quæ ipsa, ut reor, quamvis durum cor & implacabile emollire sufficiant; ne tuum dicam, in quo inter alia maxime proprius enitet animi miserantis affectus, ex cujus nutu atque indole, ad hæc scribenda adhortatus es, remque tantam, etsi viribus longe imparem, aggredi compulisti.

Insula Jovis prope Cretam.

Edit. Paris. pag. 379.

Scita expressio

LXXV. Cæterum dum sic inter varia infortuniorum genera colluctamur, ingens quædam exorta procella, mari tempestate turbato, in vitæ nos gravem periculum induxit. Hinc naves omnes, vehementiore flatu, a se invicem, totaque classe procul dispersæ atque divisæ, nec recta cursum valentes intendere. Nescio vero, quonam malo dæmone, proximus nobis ad lævam infausti nominis Leo suæ navis puppi assidens, & gubernatores navigandi peritia instruens, vehebatur: Eum navis alia, sed multo imbecillior, vi tempestatis (navigantium certo indubitatoque periculo) media diffracta sequebatur. Ex E ea clamare, qui illa vehebantur, Barbari, *Serva tua præsentia, o copiarum Dux, nec tantam Agarenorum multitudinem perire sinas, quos hucusque ab omni immanes pericula conservasti*. Tum ille, projectionis actarum in eos directa navi, certius perquirebat. Illi una voce omnes clamare, & navem fractam commonstrantes, suppliciter rogare, *Ut nobis omni-*

Projectionis genus paucis jam.

bus, qui vincti essemus, in mare projectis, ipsi in navem nostram convasarentur. Nimirum, *Probrosum esse, in tanto periculo nobis servatis, illos maris perire naufragio, nec illorum vitam nostræ anteferri.* Ad quod ille ocyssime annuit, imperatque, *sisti navem, exque illa nos in mare projici, illos vero in ipsam transferri.* Cum hæc agerentur, sensim longius elabimur. Ferebamur enim violento ac furenti impetu, propellentibus ductibus, ut non tantum clamor, sed ne tonitru quidem exaudiri posset, quo ex loco ab eis disjuncti fueramus. Ut vero nos a se longe dissitos conspexerunt, nutu solo, Barbaros qui nobiscum erant, expectare jubebant. Qui, sive non intelligentes quid illi vellent, sive etiam sponte non curantes, cum quod illi agerent, attendere nullo modo viderentur: forte vero (quod & verisimilius est) ineffabilis erga nos Dei Providentiæ instinctu edoctique Numine, navigationi continue intabant, nulla eorum, qui retro essent ratione habita, sed ut omni diligentia atque opera, suam pariter nostramque, in tam dira immanique procella, statuerent salutem.

Edit. Paris. pag. 380.

Vera, certa, quæ Providentiæ liberatio.

Jubebant.

LXXVI. Ubi porro nos longe distantes conspiciunt, suaque cogitata in nihilum cedere advertunt, atque navi propemergenda in præsentaneum vitæ discrimen se adductos cernunt, aliud quidpiam a Tyranno efflagitant; *Ut scilicet in propriam navim ipsis receptis, eos qui cum ipsis erant, prædamque universam, navi concrederet.* Quibus ille rursus animum facilis adhibet, licet id tempus non permitteret, sed omnium magis magisque desperationem augeret, priorisque vectura ac onere, ejus abunde navis constipata esset. Haud enimvero e re satis illi visum, ut Barbaris servatis, captivos maris gurgiti forbendos defereret. Quinimmo secum ipse misericordia pronum consilium agitans, & forte avaritiæ furore concitus, non ulla nostrorum interitus tactus miseratione (quomodo enim, qui nupor sic injustis cædibus gaudentem prodiderat?) illos quoque nihilominus cum Barbaris invehi jubet, ut hinc quoque nummatum marsupium auctius redderet, aurique avidam rabiem exsatiaret; tametsi fortasse id grave, dementisque audaciæ facinus esset. Omnibus autem in ejus navim celerrime invectis, alia ab aquis navis absorpta est, Barbaris intuentibus, ipsisque Navarchis, in ipsa Tyranni navi servatis, qui & postea, divinæ providentiæ vim omnium inspectricem & humanitatem ac clementiam stupentes, hæc ipsa nobis narravere. Mille enim & amplius animas dicebant in ea numerari nave, tum Barbarorum; tum captivorum apud Cretam in eam invectorum, ac postremo eorum, qui per eam causam illi vectores accessissent: ut unius dumtaxat palmi mensura extaret, ac ne aquis mergeretur, abesset. Quod tamen non permisit occultorum cognitor Dominus, & qui abscondita scrutatur. Sed ubi omnium corda vidit, omni jam felicioris exitus spe deposita, ipsi uni, in quo versabantur, manifestare consilii inopiam, qui videlicet sola voluntate, salvos potest præstare, in illos oculos convertit, ac procellam quidem in auram lenem, fluctus vero exasperatos in tranquillum mare sternens, a tanto illos periculo liberavit; cunctis nimirum prodens, vixque

Servati in prætoria nave, qui in alia naufragabatur etiam captivi.

pag. 381.

Psal. 104. 25.

Α κ᾽ τὸ πάθος ἡ νηὸς ὑποδείξαντες, ἐφορμεῖσθαι, Πάντων ἡμῶν τ διαμιᾶς τῇ θαλάσσῃ ῥιφέντων, αὐτὸς εἰς ἐ καθ᾽ ἡμᾶς ναῦν μεταστᾶναι λῶιον. ἐφύβριζον εἶναι λέγοντες τὸ τοσοῦτο κακῶ σωζομένων ἡμῶν, ἐκείνους ἐ κῇ θαλάσσαν γενέσθαι κινδύνων, κ᾽ μὴ προτιμᾶσθαι τ ἡμετέρας ζωῆς. πρὸς ὃ δὴ κ᾽ κατένευσε παραχρῆμα, ἐπιτρίψας σάτραν ἐ ναῦν, ἡμᾶς μὲν τῇ θαλάσσῃ ῥιφῆναι, ἐκείνους δὲ ἐς αὐτὴ μεταπομισθῆναι. ἐ σοφῷ δὲ παῦτα ἐφάνητο, ἐλάθομέν γε ὀλίγον ὑποστάντες ἡμεῖς. ἐφερόμεθα γὰρ βιαίῳ τινὶ κ᾽ χαλεπῷ πνεύματι τοῖς κύμασιν ἐλαυνόμενοι, ὡς ἀ μέσον κραυγῆς, ἀλλ᾽ ἐδὲ βροντῆς ἐκεῖθεν, ἐξ ὧν κατηλλόμεθα αὐτοί, δυνάμεθα ἐξακούειν. οἱ δὲν εἶδον μακρὰν ὑποστάντες, νεύματι μόνον προσμένειν τοὺς σὺν ἡμῖν Β βαρβάρους ἐπέτρεπον. Οἱ δέ, εἴτε μὴ συνιέντες πρὸς ὃ παῦτα ἐκείνων, εἴ τι & ἐκόντες αὐτοὺς παραλογισάμενοι, πρὸ μᾶλλον φαίνεσθαι προσέχειν τοῖς ὑπ᾽ αὐτῷ φρατομένοις *. τάχα δὲ καὶ πλέον ὑπὸ τῆς ἀφάτου περὶ ἡμᾶς * Θεοστυγκδημονίας τ Θεοῦ διδαχθέντες, εἶχοντο τ πλοῦς, μηδένα λόγον τῶν κατόπιν ποιούμενοι, ἀλλ᾽ πάσῃ σπουδῇ ἐ αὐτῶν τι κ᾽ ἡμῶν σωτηρίαν ἐκ τῶν βιαιοτάτῳ μαχομένοις κλύδωνι.

μενοι.

ος᾽. Ὡς δὲ μακρὰν ὑποστάντας εἶδον ἡμᾶς ἐκεῖνοι, κ᾽ εἰς ἀδὲν ἔ σκῆψιν χωρῆσαι, σωμείχοντο δὴ κινδυνεύοντες τοῖς ὕδασι τῆς νηὸς καταδυομένης, ἄλλως τπὰ δίκτυν τῷ Τυράννῳ φροσῆγον, λαβεῖν μὲν αὐτοὺς εἰς τὸν ἰδίαν ναῦν, ἐᾶσαι δὲ τὰς μετ᾽ αὐτῶν, μεθ᾽ ὧν ἐπιφέροντο σκύλων, τῇ θαλάσσῃ δοθῆναι. ὁ δὲ πρὸς τοῦτο πάλιν ὧδε διανοηθείς, καίπερ ἔ καιρῷ μὲ συγχωρουμένοις, ἀλλὰ τὸν πάντων ὑπογραφεῖ ἐπιτείνοντος, κ᾽ τῶν ἀγωγίμων τὸ ἀφώλιον φόρτου, ἀσπαρκῆ τῆς νηὸς αὐτῷ ἔ χρείαν ὑποπληρουμένην. πλὴν οὐκ ἐδόξε τοῦτο συμφέρον εἶναι, ἔ βαρβάρων περισωθέντων, τοὺς αἰχμαλώτους καταλιπεῖν τῇ θαλασσίῳ βυθῷ; ἀλλά τι δῆθεν ἴλεως ἐχόμενον καθ᾽ ἑαυτὸν βυλόμενος, τάχα τῇ μανίᾳ τῆς φιλαργυρίας εἰς τοῦτο συμβληθείς, οὐχὶ δὲ συμπαθείᾳ τινὶ περὶ ἑ αὐτῶν ἀπωλείας δυστυχηθείς πῶς γὰρ ἂς ἐφάνητο ἀφώλιμον τοῖς ἀδίκοις φόροις τροφῶν; ἅμως κ᾽ αὐτοὺς μετενέγκας σὺν τοῖς Βαρβάροις ἐπέπεμπε, ἵν᾽ ἔχοι κἂν τούτοις ἀδρότερον ποιῆσαι τὸ τῆς πλειονεξίας βαλάντιον, κ᾽ τῶν φιλόχρυσον ἀπαπλῆσαι λύσσαν, κἂν τάχα φορτικὸν ὧν κ᾽ τόλμης ἀλόγου τὸ ἐγχείρημα. πάντων δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν ναῦν τὸ τάχος μετενεχθέντων, ἔδυ εἰκεῖνο τοῖς ὕδασι βλεπόντων ἑ βαρβάρων, κ᾽ αὐτὸ δὲ ἑ Στρατηγὸν ἐν αὐτῇ τῇ νηὶ ἑ Τυράννου φυλαττομένων αὐτοῖς· εἴ τινες κ᾽ ἡμῖν ἐκ ὑστέρου ταῦτα διηγήσαντο, τὸ παντεπίσκοπον κ᾽ φιλάνθρωπον ἐκπλαττόμενοι τῆς θείας προνοίας. πολλῷ γὰ πλείων ἑ χιλίων ψυχῶν ἐφάσκον εἶναι κ᾽ τὸν ταῦτα ἐκείνον, ἔκ τε ἑ Βαρβάρων, κ᾽ ἑ αἰχμαλώτων, τῶν ἐς τὴ Κρήτην ἐν αὐτ ἐσκεκομισθέντων, κ᾽ ἑ ἐκ τῆς ῥηθείσης προσθέντων αἰτίας. ὡς τοσοῦτον ἀπέχειν βαπτισθῆναι ἁλκάδα, ὅσον μιᾶς παλαιᾶς τὸ μέτρον ἐστίν. οὐ συνεχώρησε δὲ τοῦτο ὁ ἑ ἀφανῶν γνώστης, κ᾽ ἑ κρυφίων ἐξετασὴς Κύριος· ἀλλ᾽ ὡς εἶδε τὰς καρδίας ἁπάντων πάσης μὲν χρηστῆς ἀπεπούσας ἐλπίδος, αὐτῷ δὲ μόνῳ τῷ ἀμηχανίᾳ ἐμφανιζούσας, τῷ πάντα δυναμένῳ μόνῳ τ βούλεσθαι, ἐπέβλεψε ἐπ᾽ αὐτοὺς, ἐ εἰς πρᾳότητα μὲν αὔραν ἑ καταγίδα, εἰς γαλήνην δὲ ἐ τῶν κυμάτων καταιγίδας τραχύντα, ἔσωσεν αὐτοὺς ἐκ τοσούτου κινδύνου, πᾶσιν ἐμφήνας, κ᾽ μοναχὴ βοᾷν δεινὸν τὰ ἀφάγματα

Ε

τα, ὅπως ῥύσθαι δυνατὸν ὁ τῶν θαυμασίων Θεὸς τοὺς ἐν ἀληθείᾳ καὶ φόβῳ ἐπικαλουμένους αὐτόν.

οζ'. Ἤδη δὲ μεθ' πέμπτην τοῦ πλοὸς ἡμέραν καταῤῥαμβοῦμεν ἐν τῷ νήσῳ τῆς Κύπρου κατὰ τὸν ὅρμον τῆς Πάφου, ἐν ᾧ καὶ ἀναπαύσεις μικρὰς, ἀφ' ἑξῆς τοὺς Βαρβάρους καὶ τοῖς παρακειμένοις ὕδασι λούσασθαι, πάλιν ἀνήχθημεν ἀναχθέντες, μετὰ γε τυχοῦσαν μίαν καὶ νύκτα τὴν Τρίπολιν καταλαμβάνομεν, καθ' ἣν ὑψοῦται τὸ σωτήριον τοῦ Σταυροῦ ξύλον. ὅτε καὶ ἡμεῖς τῆς κατὰ θάλασσαν ἄρτι πρῶτον ἐμπλεόμεν περιστάσεως ἀφῃρέθημεν. γενομένων δὲ ἡμῶν πλησίον τοῦ τείχους, ἐχύθη πρὸς τὸ ναύσταθμον ἅπαν ἐγχωρίων Βαρβάρων τὸ πλῆθος, τοὺς μὲν οἰκείους προσλαμβανόμενον, τοὺς καθ' ἡμᾶς δὲ θαμβούμενον. ἅμα δὲ συνέβη πάσας τὰς τῆς πόλεως συνιλθεῖν ναῦς, καὶ πρὸς τὸν ὅρμον γενέσθαι, ὥστε ἐξισοῦσθαι ἀφ' ἑκάστης αὐτῶν, τῆς τε χρημάτων τὸ πλῆθος, καὶ τῆς λοιπῶν σκύλων, ὥσπερ ἀπό τινων πόλεων, καὶ μεταγόντων εἴς τινας προσπεπτωκυίας οἰκίας, ὡς ἐν ὀλίγῳ πληρωθῆναι τὴν πόλιν τῶν παρόντων ὑποδοχῆς. προέφερον δὲ καὶ ἡμᾶς ἄγοντες καθάπερ τι τρόπαιον νίκης ἐπὶ πᾶσιν ἡμᾶς θριαμβεύοντες, καὶ θέατρον ποιούμενοι τὰ καθ' ἡμᾶς συμφορὰν. εἶτα δὴ ἀνέκραγον, καὶ τοῖς ἐξάλμασιν ἐπεσκίρτησαν, ὅτε πρὸς αὐτὴν γεγόναμεν, τῇ εἰσόδῳ τῆς πόλεως, ἀφορμὴν θυμηδίας τὰ καθ' ἡμῶν ὕβρει δεικνύμενοι. ὃ δὴ καὶ πλέον τῆς ἄλλων ἀδίκησεν ἡμᾶς, ὑπὲρ ἔτι φέρειν τὰ δεινὰ ἐκείνων, καὶ τὴν ὑπερβαλλούσης αἰσχύνης καὶ ἐπαλληλίαν ὑφίεσθαι, ἀλλ' ὅτι δὴ καὶ μετὰ τὸν τοσοῦτον θρίαμβον ἐπληρώθη τὶς οἶκος, ἐν ᾧ φρουρεῖσθαι κατεκείθημεν, ἐρρωσθέντες δὲ πρὸς τὴν Ταρσὸν ἀφίξεως, τότε δὴ τῆς πολλῶν ἀνιάτων πόνων, καὶ τῆς γῆς τὰς κεφαλὰς προῃρέσαντες, ἐδεόμεθα τοῦ Θεοῦ μετὰ δακρύων ζῆναι ἡμῖν ποτὲ τὰ κακὰ, καὶ μηκέτι χώραν λαβεῖν καθ' ἡμῶν τοιούτων ὀχλήρων ἐπίπασιν, ὧν καὶ ἡ ἀκοὴ μόνη μετὰ χεῖρας ἐλθεῖν. πάντως δὲ ἀλγεινὴ φύσις ἐκβέβηκε. ἀλλὰ ταῦτα ἡμεῖς οἱ πρὸς τὴν καταλλαγὴν πρεσβεύοντες, καὶ οἱ μεθ' ἡμῶν λαχόντες τῆς λοιπῶν αἰχμαλώτων κατὰ τὴν Τρίπολιν

οη'. Οἱ δέ γ' ἐν Κρήτῃ ἐξ ἡμῶν διαιρεθέντες ἑταῖς ἄλλαις ναυσὶ, ταῖς ἀν ἑκάστῃ τύχῃ διασάρασαι καθ' ὅλης τῆς παραλίας Συρίας· ὡς καὶ αὐτόμολοί τῆς ἐμπόρων καὶ πάλιν μεταπιπράσκοντες κατὰ διαφόρους τόπους ἐν ἀλλήλοις μίγνυσθαι καὶ πως αὐτοὺς ἀναμείβεσθαι, ὡς καὶ αὐτὴν φθάσαι τὴν Αἰθιοπίαν τινὰς ἐξ αὐτῆς, καὶ τὰς τῆς ἀκροτάτης μεσημβρίας κατοικούσας Βαρβάρους. ὧν εἴ τις θελήσοι τὰς συμφορὰς ἀναγράφεσθαι, ὅμοιος εἶναι δόξει, τῇ τῆς παραλίας ψάμμον ἀριθμεῖν εἰκαίως ποιήσαντι· πάντως δὲ καὶ αὐτὸς, φιλομαθέστατε ἀνδρῶν, εἴπερ ἐπέτυχές τισιν ἐξ αὐτῆς, ἴσθι τὴν Δαμασκὸν καὶ τὰ περὶ αὐτὴν πόλεσιν. ἐπέτυχες δὲ, οἶδα, πολλοῖς ἐκεῖσε, διὰ τὸ πάσας τὰς Συρίας νῆας τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις τὰς αἰχμαλώτους αὐτῶν ... ἐῶ δὲ λέγειν ὅτι ἐξ ἡμῶν ἡ περὶ τὴν Τρίπολιν διαγωγὴ, ὁπότε διερχομένῳ σοι ἐκεῖθεν καπαρχὰς μικρὸν ἀντιγωρεῖθημεν ἱκανῶς σε περὶ τόπων πεπληροφορηκε, καὶ σιωπώντων ἡμῶν τὰ πράγματα περιεῖσα, καὶ τὴν ἐδωνὴν τῶν ψυχῶν καὶ μορφὰς ἐξελέγχουσα. ἐξ οὗ δὴ καὶ αὐτὸς συμπαθήσας τότε, καὶ ἐν τούτῳ κοινωνήσας ἡμῖν τὸ πάθος ἐν τῷ περὶ πολλὰ ποιήσασθαι μαθεῖν τὴν

res non clamare ostendens, posse, mirabilium Deum, liberare eos, qui in veritate atque timore ipsum invocant.

LXXVII. Post quintum navigationis diem, in Insula Cypro, Paphi portum intravimus; paululumque recreamur, dum Barbari navibus exeuntes, ad vicinas aquas lavatum eunt. Tum inde solventes, post diem unum ac noctem, Tripolim concessimus, eodem ipso die, quo salutare Crucis lignum exaltatur, quando & nos jam primum a maris periculis malisque eramus liberandi. Cum prope murum venissemus, oppidanorum Barbara omnis multitudo, suos excipiens, nostrosque admirans, ad ipsum navale effundebatur. Mox enim ac urbis naves omnes simul coactas, in portum deferri contigit; tum e singulis, & pecuniarum copia & reliqua spolia, velut ex vastæ capacitatis urbibus, educi, & in domos, ad id antea paratas, convehi; ut brevi intervallo, his, in eam invectis, urbs impleretur. Quin nos quoque ducentes offerebant, & quasi victoriæ quoddam tropæum, in omnium oculis traducentes, miseriam nostram ac calamitatem velut in orbis theatro producebant. Quam multis enim vociferationibus usi sunt saltibusque insultarunt, in urbis ingressu, cum ad eam accessimus, dum probra nostra ac injurias, magnæ sibi jucunditatis argumentum sumunt. Quod & reliquis majorem nobis dolorem incussit, cum mala illa, & iterata opprobria maximaque dedecora ferre non possemus. Ubi enimvero post eum expletum triumphum, assignatæ nobis sunt ædes, in quibus sub Barbarorum custodia addicti tenebamur, usque dum Tarsum proficisceremur, tunc nimirum a multis laboribus levati, fixisque in terram capitibus, non sine lacrymis Deum precabamur, ut tandem aliquando malis nostris finem imponens, haud ultra tot molestiarum turbines in nos intenderentur, quorum vel solo auditu animus horreret; quippe cum & illæ vim omnem doloris excederent. Verum hæc quidem, quod ad nos attinet, qui commutationis jure manu mittendi servabamur, & quibus obtigerat captivis reliquis, ut Tripoli nobiscum versarentur.

LXXVIII. Qui autem nostrum Cretæ in aliis navibus divisi fuerant, per omnem Syriæ oram maritimam dispersi sunt; quos mercatores commercati, rursus aliis in locis divendentes, inter se ad hoc ævi sic commutant, ut ex illis nonnulli in Æthiopiam, extremamque Austri plagam inter Barbaros immigrarint. Horum, inquam, si quis mala atque ærumnas scripto consignare tentaverit, similis illi videbitur, qui se maris arenas in numerato habere stulte putaverit. Omnino enim & tu ipse virorum studiosissime, si quos illorum Damasci & in circumjacentibus urbibus offendisti. Offendisse enim illic non paucos scio, quod omnes naves Tyriæ, captivos suos in illas partes asportarunt. Mitto enim ex nostra quoque Tripoli commoratione, cum per illa loca tibi tum primo transeunti parumper innotuimus, perquam abunde te de his didicisse; quæ & nobis tacentibus res repræsentet, animorumque dolorem ac cruciatum ex ipsa vultus specie certo indicet. Quapropter tum, tu quoque commiseratus, & fortunarum nostrarum particeps sociusque effectus, ea ratio-

Crucis exaltatio.

Barbarorum de captivis triumphus.

Edit. Paris. pag. 382.

ne, quod horum omnem seriem doceri plurimi feceris, tuis manifeste significas, te a mœrore læsum, ultra modum animo indoluisse. Cæterum cum in modum multis illis ac innumerabilibus afflictionum procellis direxati, nihil melius, nec in ipsa Tripoli, quamdiu in illa morati sumus, nos habuimus; nisi quod (vel me certe quod attinet) prioribus etiam deterioribus malis oppressi sumus. Ibi enim optimo quoque patre orbatus sum, velut aliud novum malorum initium, illius nactus carentiam. Attamen, a tuo discessu, non multo post, ita mandante Tyranno, omnes simul priori rursus navi impositi, quibusdam Barbaris una vectoribus, ad hanc Tarsi custodiam venimus. Et nunc inter duas res anxii nimis jactamur, aut salutari commutatione redimendi, aut mortem oppetituri; quæ ipsa crebris quotidie ægritudinibus ingruat, ac præterea, iis qui in carcere detinentur, prope contubernalis exsilat. Haud tamen certo scire possumus, utrum horum prius nanciscemur.

Cameniatæ pater Tripoli mortuus.

LXXIX. Ego vero jam tua jussa implevi; virtutem tuam non satis admirans, qua ratione ad hæc perveltiganda sic adhibueris animum, ut & scriptis litteris, omnem nostræ Urbis excidii narrationem ex me solicitaveris. Nec ulla alia de causa tuis parere jussis operæpretium duxi, quam ut amicitiæ nostræ monimentum, nostram hanc calamitatem haberes, quæ te tristium recordatione continue compungat, & ad eorum quæ sunt honesta & officii, æmulationem, alacriorem reddat. Funestarum siquidem rerum memoria, studiosorum mentem ad virtutem promovere solet, terribiliumque narratio animis securitatem præstare consuevit. Cave tamen ne scriptionis simplicitati animum attendens, quæ illi inest, utilitatem despicias: sed potius, nullo artificio concinnata, inepteque digesta ipsa veritati hærere fidemque sibi conciliare existimans, ejusce vices operis preces nobis ex animo rependе; communem Dominum exorans, ut, aut a nobis mala amoveat, aut fortiter tolerantibus in die sui justi judicii, patientiæ mercedem tribuat.

Edit. Paris. pag. 383.

Sent.

Finis memoriæ dignissimæ Historiæ domni Joannis Cameniatæ, Cubiculesii sanctissimæ Metropoleos Thessalonicæ, quam quilibet, sed Thessalonicensis potissimum, ut (quod ad animum attinet) optimam, summeque proficuam, solerter & cordate debet percurrere.

A πεϱὶ πάντα ἀκολουθίαν, ἐκδηλος ἐγένου τῇ λύπῃ πλεγεὶς καὶ πῦρ τὸ μετεῶρον τοῦ καρδίας ὀδυνηθείς. πλεῖον ὅσα ἢ πολλαῖς καὶ ἀπείροις ἐκείναις τῶν πεϱασμῶν πάλαι πωρώσαντες καταιγίσι, καὶ οὐδὲν χρῆττον, ἢ ἐν αὐτῇ τῇ Τριπόλει, παϱ' ὅσον ἐν αὐτῇ διετείλαμεν χρόνον γενόμενοι, ἀλλὰ μόνον ὅσον τὸ κατ' ἐμὲ καὶ μοχθηϱοτέϱοις τισὶν ὁμιλήσαντες. ἐκεῖσε γὰϱ ἐγὼ καὶ τοῦ καλοῦ πατϱὸς ἀπωϱφανίσθην, καθάπεϱ ἄλλου ἀϱχοῦ τῶν δεινῶν, τοῦ ἐκείνου σέβεσθαι ἐφοϱόμενος. ὅμως μετὰ τοῦτον οὐ μακϱὰν ἀναχώϱησιν, οὐ μετὰ πολὺν χϱόνον ϖϱοσάξει τῷ Τυϱάννῳ πάντες ὁμοῦ τῇ ϖϱοτέϱᾳ πάλιν βλησθέντες καὶ μετὰ καὶ τινων ἑτεϱοζύγων ἡμᾶς Βαϱβάϱων, B ταύτῃ δὴ τοῦ φϱουϱᾶς τῆς Ταϱσοῦ καταλάβομεν. ἐν τούτῳ ἐσμὲν ἐν μεθοϱίῳ δύο ϖϱαγμάτων ἐλπίζομένων, ἢ τῷ τυχεῖν τῆς πάλαι θϱωλλουμένης ἢ τῆς σωτηϱίου καταλλαγῆς ἀπολυτϱώσεως, ἢ τῷ θανάτῳ ϖαϱαπεμφθῆναι, καθεκάστῳ ἐφεστῶτι ταῖς συχναῖς ἀϱϱωστίαις, καὶ ἄλλοις ποικίλοις ἐν τῇ φϱουϱᾷ πλησίον συμφυομένῳ. πλὴν οὐκ ἔχωμεν ἀσφαλῶς γινώσκειν ὁποτέϱῳ τούτων ϖϱοτέϱῳ διαλαχεῖν.

Ἐγὼ δὲ τὴν ἐπαγγελθεῖσάν ϖϱοθυμίαν, ϖάνυ θαυμάζων τὴν σὴν ἀϱετὴν, ϖῶς ϖεϱὶ τοῦτον ϖεφιλοϖόνηκας, ὡς τὰ γϱαμμάτων ϖαϱοϱμῆσαί ἡμᾶς, ἅπαντα σοι ϖάντα ϖοιήσασθαι τὰ ϖεϱὶ τῆς ἀλώσεως τῆς καθ' ἡμᾶς ϖόλεως. ἠχθόμεθα δέ τινος ἄλλου τὴν σὴν ἀξίωσιν ἐκϖληϱῶσαι δίκαιον κίνδυνον, ἀλλ' ἴσ' ἔχῃς ὑϖόμνημα τῆς ϖϱὸς ἡμᾶς φιλίας τὴν καθ' ἡμᾶς αὐτὰς συμφοϱὰν, ἀεί σε ϖεϱικεϖτοῦσαν τοῖς ἀλγεινοῖς, καὶ ϖϱὸς ἔϱωτα τοῦ καλῶν ϖαϱαθήγουσαν. Πέφυκε γάϱ ϖως ἡ μνήμη τῶν λυϖϱῶν εἰς ἀϱετὴν ἐνάγειν τῶν ἀκουσμάτων τὸ φϱόνημα, καὶ φοβεϱῶν ϖϱαγμάτων ἐξήγησις ψυχικὴν ἀσφάλειαν ἀϖεϱγάζεσθαι. ἀλλὰ μὴ τῇ ἰδιωτείᾳ ϖϱοσίχων τῆς συγγϱαφῆς, τῶν αὐτῇ ϖϱοσόντων τὴν ὠφέλειαν ἐξέτασιν. τῇ ἀϖϱοκϱεῖ δὲ μᾶλλον καὶ ἀνεϖιτηδεύτῳ τῶν λεγομένων τὴν ϖίστιν συναϱκλωθεῖν ἐσπουδικότι, εὐχαῖς ἡμᾶς ἀμείψασθαι τῆς δὲ τῆς ἐγχειϱήσεως ϖϱοθυμηθῆναι, τὸν κοινὸν Δεσϖότην ἐξιλεούμενος, ἢ ϖαϱασχεῖν ἡμῖν τὸ δεῖσθαι, ἢ καϱτεϱῶς γε ϕέϱοντας ἐν τῇ ἡμέϱᾳ τῆς αὐτοῦ δικαιοκϱισίας, ἢ τῆς ὑϖομονῆς ἀξιῶσαι μισθόν.

Τέλος τῆς ἀξιομνημονεύτου ἱστοϱίας κυϱ Ἰωάννου τοῦ Καμενιάτου τῆς Κυβουκλησίου τῆς ἁγιωτάτης Μητϱοϖόλεως Θεσσαλονίκης, ὃν ὀφείλει ϖᾶς τις, μάλιστα δὲ Θεσσαλονικεύς, ἐϖισταμένως καὶ ϖοικίλως διελθεῖν, ὡς ϖάντα ὅσα ϖέ γε εἰς ψυχικὴν ἦσαν ὠφέλειαν, ἀεί τι καὶ λυσιτελίζοντα.

IN

IN SEQUENTEM DEMETRII CYDONII MONODIAM

Edit. Paris. pag. 384.

PRÆFATIO.

QUAMDIU in Theſſalonicæ rebus verſamur, ejuſque priore excidio, Leone Baſilii filio Imperatore (cujus & opera inſtaurata prope ejus Urbis omnis illa ruina ac deſolatio eſt) priuſquam manum e tabula, libuit in anteceſſum funeſtius aliud hic ejus repræſentare excidium, quo non hoſtium graſſatione, ſed civium tumultu immane quantum fædata civitas eſt & deſolata, ſibique ipſa vires ademit, & ut facile poſt nodum Turcis præda cederet, momentum dedit, Urbique Auguſtæ ac Byzantio, per eas ipſas civiles diſcordias ac factiones, eo fato præiret. Auctor mihi hic Demetrius Cydonius ipſe Theſſalonicenſis, inter ſuos plurimum ſchiſmaticos, nec levibus erroribus Palamitarum nube involutos, ipſis dementatis Eccleſiarum Principibus, Aulaque fere in eorum adducta ſententiam. Catholiciſſimus, Latiniſque addictiſſimus, nec minus ſuis devotus, ſtudenſque Græciæ jam dejectæ, qua via liceret, revocandis rebus; quod hoc uno præſtari poſſe ac ſperari, acri ſane Vir judicio exiſtimavit, ſi ſopito ſequioris ævi diſſidio, priſtinaque reducta Chriſtianitatis ac Eccleſiæ facie, Novæ Romæ cum Seniori, Filiæ cum Matre, & a qua Filiæ omnis dignitas, conveniret. Ejus hoc argumento Orationem deliberativam, de Latinorum corrogando auxilio, alteramque de non reddenda Callipoli, ab anno jam 1648. typis vulgaſſe memini, quibus præiret Theodori Deſpotæ Palæologi in Purpura nati Ἐπιτάφιος, *aureo mellitoque Manuelis item Palæologi Imperatoris ipſius fratris, ore, illi in Peloponneſo dictus, ubi is cum imperio diu præfuerat, diemque obierat; triumque faſciculum haud ſpernendum, nec Regiis auribus ac animadverſione prorſus indignum, Chriſtianiſſimo Francorum Regi Ludovico XIV. ſemper Auguſto, annis minori, ſed tota jam indole ac ſpiritibus Magno, non ingratum munus obtuliſſe. In quo mihi ipſe placeo, nec tam mihi, quam patriæ ac Galliæ orbique ipſi Chriſtiano, gratulor, quod tam verus, quam bonus Vates fui: & quam in Palæologis* Φιλαδελφίαν, *quod laudatum par Fratrum & Amicorum, ſuſpexi, amavi, colui, orbi exhibui, in Chriſtianiſſimo Principe, Fratreque Unico, Gente Borbonia, invictiſſimi æque ac juſtiſſimi piiſſimique Ludovici XIII. inclyta ſobole, feliciori omine mihi ipſe jam tum auguratus ſum, votiſque expetii. Et vero donavit, Fraternæ illius Charitatis Auctor, ac concordiæ Arbiter Chriſtus, per quam tot annis Gallorum Gentem, ſocioſque omnes beavit, ac in ævum longinquum beet; hoſteſque (quod dudum facit) numquam non dejiciat ac percellat, aut etiam virtutum illecebra omnique clementia, majori victoria Amoris, ipſos quoque Vero SOL Imundo, ſocios amicoſque deliniat, trahat, ſubjiciat. Tabellam huic oppoſitam exhibet, Demetrii Cydonii hæc* Μονῳδία. *Graphice in ea deſcripta civium diſcordiæ mala: quid ſibi pariat, ipſa ſibi mucronem adigens Civitas, ac in ſe verſa Reſp. flammamque ſibi ſubjiciens, ne cui tandem ullo umquam colore furor tantus obrepat, invidoque dæmoni ea molitione funeſtum plane organum pareat, ac vel fumum patriæ civibuſque aſpergat, ne tanta dicam hiſque Theſſalonicenſibus affinia pariaque incendia. Reliqua ad Imperii Byzantini interitum, ejuſque ipſam poſtremam labem ac occaſum miniſtrabunt, ipſa Cydonii, aliorumque eius circiter ævi, pauloque ſupparium e Regia ipſa, aliiſque Chriſtiani orbis Bibliothecis, Epiſtolæ ac Opuſcula, poſt Leonis Diaconi & Michaelis Pſelli (altero hic ſtatim volumine) Hiſtoriarum illuſtria a me data* συντάγματα: *ſive mihi ipſi vita comes fuerit, ſive cui per Providentiam deſtinatum erit, lampade tradita. Theſſalonicenſem hunc tumultum perſtrinxit Cantacuzenus l. 3. c. 94. an ſincera ſatis Hiſtorici fides, nec ſuæ ipſe cauſæ favens, aliorum judicium eſto.*

Edit. Paris. pag. 385.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΚΥΔΩΝΙΟΥ

ΜΟΝΩΔΙΑ*

*Tropice complevit. Lamentatio.

ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΕΝ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗι ΠΕΣΟΥΣΙ.

DEMETRII CYDONII

OCCISORUM THESSALONICÆ MONODIA.

I. VIRI, quotquot propinquorum ac gentilium vestrorum effugistis manus, mecum ipse undequaque considerans, quo nomine vocanda sit civitas, in qua nobis mala hæc evenerunt, invenire non possum. Sane quidem Civitatis Urbisque ambitus est; in ea autem qui sedes habeant de civibus tropæum erexisse, & corporibus municipium vacuarum esse, eos, qui evasere, Stygemque pariter & Cocito atque Barbaris deteriorem ipsam nuncupare cogit.

cul deportarunt. Interea Leo, tantaque hostis grassatione, nec Urbe egressus, tyrannice Imperium tenebat. Cumque jam Festa veniissent Natalitiorumque solemniis, filium suum adhuc pusillum Sammatem nomine (quem falso Constantinum vocari ajebat) corona Augustali donavit: collectisque ex diversis urbibus, qui cladi superstites essent manipulis, erogata eis pecunia, faustis acclamationibus votisque Leonem ac Constantinum prosequi jussit; nempe illos imitatus, qui super Imperium gessissent, Leonem & Constantinum Isauros, quorum etiam heresis instauratos fuit; dum velut illi, longævos sibi Imperii annos auguratus, ingentem nominis claritatem, ambit: cujus tamen Deus consilium, in angustum coactis ipsius annis, confudit,

Coronatus Leonis filius Syobatius.

Cæterum sudo hyemis tempestate acre, hincque adeo fluviatilibus aquis subsidentibus, facta Bulgarorum ad triginta millia cataphractorum excursio: venientesque Arcadiopolim, ac superato Rigio (hoc nimirum fluvii nomen) inventam ingentem hominum multitudinem, sub jugum miserunt. Necdum vero transmissis captivis, ingenti imbrium vi in dies octo, sic fluminis aquæ intumuerunt, ut maris prope vastitatem æquare viderentur. Cumque inde permeari non posset, dies quindecim in stativis captivos tenuerunt. Rogata illis frustra a Leone auxilia; nam nec animum attendit, nec Urbe ipse prodiit, nec qui suppetias irent, ullos alios misit. Jamque adeo facto sereno, atque flumine intra alveum compresso, ipsosmet captivos ligna cædere ac pontem struere coegerunt: inque hunc modum cum iisdem, ad quinquaginta circiter millia, virorum, mulierum ac puerorum, amnem transmiserunt: omnemque eorum substantiam, Armeniacas vestes stragulas, grandesque acu pictos tapetes ac vestimentorum multam supellectilem, vasaque ænea, cuncta curribus impositā; omnes denique greges & armenta, boves que & oves, convexerunt; hacque ditati præda, in Bulgariam intrarunt; nec qui Dei indulgentia, inique sceptra moderabatur, aut ipse opem laturus captivis egressus est, aut qui ferrent alios ullos destinavit.

Arcadiopolis a Bulgaris capta; ingens abducta præda.

Edit. Paris. pag. 410.

Ἐπεὶ δὲ πλῆθος ἦσαν ἀναρίθμητον, καὶ πᾶσαι ἡ ἀκροπόλεις αὐτῶν, μετῳκισμένοι αὐτοὶς εἰς Βυλγαρίαν [11] ἐκπέσοι τῷ Ἴστρῳ ποταμῷ. καὶ πάνυ γεγονότος, ὁ Λέων τῆς πόλεως οὐκ ἐξῆλθεν, ἀλλ' ἐπέτρεψε τῷ βασιλέως τυραννικῶς καὶ λοιπὸν [12] φθαράντων τῷ ὑετῷ, ἕως ὀκτὼ μικρὸν ἔτι καὶ ὑπερεπλήσθησαν Σαμβάτιλλα, ἐλθόντα, λέγων ὅτι Κωνσταντῖνος καλεῖται· καὶ παρεύρεσιν ἡ πεζοπόρησε λαὸν τῇ ἀφόρῳ πόλεως, ἐπρόβαλε αὐτοὺς, πεῖσας αὐτοὺς ὡφεμῆσαι Λέοντα καὶ Κωνσταντῖνον τοὺς Ἰσαύρους· ὧν καὶ τελεῖν αἴρεσιν ἀπεμάσσετο, βυλόμενος ζῆσαι ἐν πολέμῳ, ὡς καὶ αὐτοὶ, καὶ γενέσθαι περίφημος· ἃ τινος ἡ βυλὴν ὁ Θεὸς κατέχωσε, κόψας τοὺς χρόνους αὐτῶν.

Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν γεγονότος ὑετοῦ τῷ αἴρει τῷ χειμῶνι, καὶ τῷ ποταμῷ μὴ ἐχόντων ὕδωρ πολύ, ἐξῆλθον οἱ Βύλγαροι χιλιάδες λ'. ἱππεῖς ὄντες· καὶ ἐλθόντες τῶν Ἀρκαδιούπολιν, καὶ περάσαντες τὸν Ῥῆγιον· ποταμὸς δὲ ἔστιν ἐπιλεγόμενος, ὕδωρ λαοῦ πολλῷ, ἐχμαλώτευσαν αὐτούς· καὶ πρὸ τοῦ περάσαι αὐτοὺς τὴν αἰχμαλωσίαν, ἐγένετο ὑετὸς πολὺς ἡμέρας ὀκτώ. καὶ ἐγκωθεὶς ὁ ποταμὸς ἐγένετο ὡς θάλασσα. καὶ μὴ δυνάμενοι ἀντιπεραῦσαι οἱ Βύλγαροι, ἔμειναν ἡμέρας ιε'. κατέχοντες τὴν αἰχμαλωσίαν· καὶ μιμησάμενοι τὸν Δίοστα τὸν βοηθοῦντα, ἐκπρόσωπον, ἐδίδοσαν πόλεως ἐξελθεῖν, ἐάν τινες ἀπέλθωσι πρὸς βοήθειαν. καὶ λοιπὸν γενομένης εὐδίας καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐλαττωθέντος, αὐτοὺς τοὺς αἰχμαλώτους παρεσκεύασαν κόψαι ξύλα καὶ ποιῆσαι γέφυραν· ἐν ὅσῳ ἐπέρασαν μὲν τὴν αἰχμαλωσίαν, ὅπου ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παιδίων χιλιάδες ε'. λαβόντες καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν, ἁρμεντίκια σραγλωμαλοπάρια καὶ ναποπάπα αὐτῶν, καὶ ἱματισμὸν πολύν, καὶ χαλκώματα, ἐφόρτωσαν πάντας τοὺς ἁμάξας· καὶ λαβόντες πάσας τὰς ἀγέλας αὐτῶν βοῶν καὶ προβάτων, εἰσῆλθον εἰς Βυλγαρίαν· καὶ ὁ εὐδίκως βασιλεύσας καὶ παραχώρησιν Θεοῦ, ὅτι αὐτὸς ἐξῆλθε τῆς πόλεως πρὸς βοήθειαν τῆς αἰχμαλωσίας, ὅτι ἄλλως ἀπέστειλεν.

Λοιπὸν ὅμως μετὰ ταῦτα, ἀπαγγέλλουσιν αὐτῶν λέγοντων, ὅτι ὁ Κροῦμος ἐστράτευσε λαὸν πολὺν συναθροίσας ἐκ τῆς Ἀβαρείας, καὶ πάσας τὰς Σκλαβινίας· πρὸς δὲ τούτοις παρασκεάζει φόρον ἐλεπόλεων ὀργανά τε καὶ μηχανήματα ἐκ μαγγανικὰ παμμεγέθεστατα, τετρόβολας καὶ πετροβόλους καὶ χειρῶνας καὶ ὑψηλὰς κλίμακας· σφαῖράς τε καὶ μοχλοὺς [13] καὶ ὄρυγας. καὶ πυρόβολά τε καὶ λιθόβολα καὶ σκορπίδας εἰς τὸ βαλίσθαι βέλη, καὶ σφενδόνας· πάντα τὰ μηχανήματα καὶ τὰ ἐπάλξεων πρὸς τὸ ἑλεῖν τὴν πόλιν· ἐπὶ τὸ δυτικὸν. δὲ μέρος φησὶ τῆς πόλεως κατὰ τὰ τείχους τῶν Βλαχέρνων ταῦτα πάντα βούλεται προσαγαγεῖν τὰ μηχανήματα, ἔνθα καὶ ἐξέβη· καυλίζων βόας χιλιάδας δέκα, πρὸς τὸ βαστάξαι πάντα τὰ σκελιχθέντα ὄργανα, τιθέντα ἐπὶ ἁμαξῶν, ἃς σφρατεύσει χιλιάδας ε'. σιδηροδέτους. Ταῦτα ἀκούσας Λέων, πέμψας τὸν κατεπάνω, καὶ μαθὼν τὴν ἀλήθειαν, συναθροίσας λαὸν πολὺν καὶ τειχίτας, ἤρξατο κτίζειν ἕτερον τεῖχος ἔξωθεν τοῦ τείχους τῶν Βλαχέρνων, κόψας καὶ τὴν Σούδαν πλατείαν· καὶ ἐρξάμενος κτίζειν, μέχρι πλίνθας,

11. 12. 13.

Ejusdem ingens apparatus.

Psal. 32. 10.

XI. Jam igitur perlatus ad Leonem rumor, *Ingentem Crumum conflare exercitum, Avaresque & Sclavinorum copias omnes adlegisse; ad hæc, instrumenta atque machinas tormentaque expugnandis urbibus comparata omnis generis struere, ingentia scalarum genera, tribulosque seu muricas & testudines; alias scalas, globos, vectes, ligones vasaque fossoria; arietes, balistas, ignea jacula, petrarias, scorpiones mittendis jaculis ac fundas: quicquid denique machinarum quatiendis eruendisque turribus ac propugnaculis ad Urbis excidium adhiberi queat.* (Ad Urbis occiduam partem muroque Blachernarum, visum illi adhibere omnia, ubi & telo petitus fuerat) *Boum decem millia curribus his convehendis jubet; currus ferro vinciri jussit, ad quinque millia*, Leo, hostis apparatu audito, missisque exploratoribus, ac veritate comperta, ingentibus conductis copiis ac artificum turba, extra Blachernarum murum, murum alium ædificare cœpit, vallumque latum excisum opposuit, jamque cœpto solummodo opere, ac necdum peracto, Deus, qui dissipat consilia Gentium, & reprobat cogitationes populorum, reprobatque

ἵνα δείξῃ ὁ Θεὸς, ὁ χρηματίζων βελὰς ἑαυτῶν, ἀθετῶν λογισμὸς λαῶν, καὶ ἀθετῶν βελὰς ἀρχόντων· ὅτι οὐκ ἐν τῇ μαχαίρᾳ καὶ τῇ ἰσχύϊ αὐτῶν οἱ ἄνθρωποι δυνάστας τι ποιοῦσι· ἀπὸ τοῦ ἔαρος καταλαβόντος, ὡς φασί τινες χρονοδίπτης τῆς αἰχμαλωσίας ἀπὸ Βυλγαρίας, περὶ τὴν μεγάλην πέμπτην τοῦ πάσχα, ὁ φρικτὸς Βυλγαρίας ὁ Κροῦμος, ὁ περίφημος, ὁ τὴν πόλιν ἐλεῖν βουλόμενος, πλέον τοῦ δέοντος ἐχρήσατο, ἀσκόπως στρατιάδης. ὃς καὶ ἐξήγαγε αἵματον ὀχετὸς ἕως τι τοῦ στόματος καὶ τῆς ῥινῶν καὶ τῆς ὠτων αὐτοῦ. ὁ ὅπως ἀπέρριξε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν κακοῖς.

16. ιβ'. Ἐπαρθεὶς τοίνυν τῷ φρονήματι ὁ Λέων, ὅτι αὐτὸς ὡς καταβαλὼν πολέμιον, οὐχὶ Θεὸς, ἐπεμψε εἰς πάσας τὰς χώρας, στείρας, ἀγγέλους, ὅτι ἅπαν τὸν Βυλγάρων ἐγγὺς ἔπαρ πόλεως, καὶ ἀπὸ φρονήσεως καὶ ἀνδρείας καὶ ἀπὸ ἀγωγῆς μου πολέμου ἀπώλεσα αὐτῶν, πάντας ἀπώλεσα· ὅς τις καὶ ἀπὸ προφάσεως τοιαύτης λανθάνει, φησὶν, ὁ ἐχθρὸς ἡμῶν. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτου.

17. ιγ'. Λέγεται δὲ καὶ φωνὴν ἀκουσθῆναι ῥαγδαῖαν ἀνθρώπου, ἀπὸ τῆς ἁγίας Βασιλείου καπήλευσιν διαγγελλούσης, καὶ πολλοῖς πλέουσιν ἀκουστὴν γενέσθαι· ἣς τὸν καιρὸν καὶ τὴν ὥραν ἀπογραψάμενοι· ὡς ἀπὸ ἀκάτου ὥρα ἦν νυκτὸς, ἐχούσης δρόμον ἀπὸ ἀλύθειαν.

ιδ'. Ὅμως ὁ Μιχαὴλ εἱρκτὴ καὶ δεσμὰ εἶχεν. καὶ ἐπεὶ ἐβούλετο αὐτὸν μὴ ὁ ἰαρτὸν ὁ τῶν Χριστῶν γέννων ἀνιλεῖν, δηλοῖ ὁ Μιχαὴλ τοῖς συμβούλοις, μεθ' ὧν ἦν καὶ ὁ τῶν παλατίων Παπίας, ὡς εἰ μὴ ταχέως ἐξιλεῶν με ὁ φρυγᾶς, πάντας ὑμᾶς καταμανίαν τῷ Βασιλεῖ. οἱ δὲ συνεχθέντες, καὶ φιλόνικα ὡς ἱερεῖς φορέσαντες, καὶ ἐνδόντα τὰ ξίφη φορεῖν, ἐπεὶ τὸ παλάτιον ἀνεῴχθη, καὶ ὁ Βασιλεὺς εἰς ὁ ναὸν εἰσῆλθεν, αὐτοὶ εἰσπηδήσαντες τὸν μελιδὸν κατέκοψαν, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ Πρώτῃ πύρᾳ ἔκαυσαν· καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ λύσει τῶν δεσμῶν ὁ Μιχαὴλ, καὶ εἰσαγωγεῖ ἐν τῇ ἑορτῇ αὐτοῦ δεσμοφόρου στεφάνων. καὶ ἐπληρώθη τὸ προφητικὸν, τὸ, Εἰσῆλθον ἀνιλεῶς ἀνιλεῶντες κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωὶ ἀγαλλίασις. τὴν τε γαμετὴν αὐτοῦ ἐν τῇ τῆς Διακονίσσης μονῇ ἀπαγαγών· Συμβατίῳ δὲ τῷ υἱῷ καὶ τῷ σὺν αὐτῷ μετονομασθέντι Κωνσταντίνου, καὶ τοῖς λοιποῖς, Βασιλείῳ τε καὶ Γρηγορίῳ, ἅμα Θεοδοσίῳ, ἐν τῇ Πρώτῃ πύρᾳ ἀποχειροτονεῖ, μοναχὰς πεποιηκέναι. ἐνθα καὶ Κωνσταντῖνος μετονομασθεὶς Βασίλιος, ἀφανίᾳ συχνὰς μὲν τὸ τὰ χάρισμα τῆς μορίων ἀφαιρεθῆναι, ἐδόκει μὲν τῷ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ ἐκεῖνα ἀναπλαμβάνει, τὴν ἑαυτοῦ λυθεῖσαν φωνὴν, καὶ τὴν γλῶτταν τὸ ἄκρον ἀπολαβεῖν. ὅθεν καὶ εὐπρεπῶς. καὶ γὰρ ὁ τῆς Φώτου παρέγυρεν, ὁρᾷ τὸν θεῖον ἐκεῖνον χαρακτῆρα, τὸν καρὸν, λέγοντα, Λαβὲ, ἀνάγνωθι. ὁ δὲ ἀδιστάκτως εἰσῆλθεν, ἀνέγνω λαμπρᾷ καὶ καθαρᾷ τῇ φωνῇ, Πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμός. Ἐκτοτε οὖν τὴν πατροπαράδοτον αὐτοῦ βδελυξάμενος αἵρεσιν, τὰς τῶν ἁγίων εἰκόνας ἐτίμα καὶ περιεκύσατο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

consilia Principum; ut ostenderet nihil quemquam juvare ad aliquid præstandum, industriam propriam ac potentiam; necdum vere exorto, ut quorumdam a Bulgarica captivitate receptorum relatu compertum est; Magna scilicet Quinta, Bulgariæ Princeps, clarissimus Crumus, qui capiendam Urbem animo destinaverat, Invisibili Dei potentia mactatus, fatis concessit, sanguinis rivos ore, naribus auribusque profundens, atque in eum modum animam in malis abrupit. Crumi mors extiodem. Edit. Paris. pag. 411.

XII. Eo successu animo elatus Leo, ac si ipse, non Deus, hostem prostrgasset, destinatis in omnes Urbes ac Provincias Divalibus litteris, in hæc verba scribit. *Bulgaros offendi jam Urbi imminentes, meaque solertia & robore, facta denique impressione, eo telis confosso, qui inter eos primus ac princeps erat, omnes internecione delevi: eoque vulnere*, inquit, *hostis noster occumbit*. Atque hactenus. Leonis inanis de Crumo jactatio.

XIII. Ajunt vocem cælitus missam mox erupisse, impii Regis mortis nunciam, ipsamque non paucis navigantibus auditam; signatoque tempore & hora (cum hora noctis decima ageretur) qui observarunt, sic tandem se rem habuisse invenerunt.

XIV. Cæterum Michael in carcere, ac in vinculis tenebatur. Quodque Leoni constitutum erat, ut statim peractis Christi Natalitiorum solemniis illi necem inferret, mandat Michael conjuratis, e quorum numero ipse Palatii Papias, in hæc verba, *Nisi quam citissime e carcere liberaveritis, ad unum omnes deferam Imperatori*. Congregati itaque, ac casulas Sacerdotum more induti, subque illis gladios occultantes, quod apertæ fores Palatii essent, ingresso in templum Imperatore insilientes, frustatim ipsum conciderunt; ac cadaver in Prote insula condiderunt: ipsaque hora solutum vinculis Michaelem, inter solemnia inducunt, pro vincto, infulis coronatum. Sicque illud Scripturæ impletum est, *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum exultatio*. Leonis uxor in Monasterium addicta, quod vocant Dominarum: Symbatium filium, ab inauguratione dictum Constantinum, cum reliquis (Basilio scilicet & Gregorio, nec non Theodosio) positis crinibus, Monachorum ordini addixerunt. Ubi & Constantinus, Basilii auctus nomine, una cum virilibus etiam vocis usu amisso, Deum rogabat ac Gregorium Theologum, cujus illic erecta erat Effigies, ut soluta voce, linguam sonoram reciperet. Unde etiam exauditus est. Die enim festo Luminum, videt divinam illam cera fusam Imaginem ita affantem, *Surge, lege*. In quæ verba, omni semota dubitatione, clara limpidaque voce, ingressus, legit, *Iterum Jesus meus*. Exinde itaque quam a majoribus hauserat, execratus hæresim, Sanctorum Imagines colebat ac amplexabatur. Verum hæc postea. Leonis filius recepta voce, Imaginum cultor factus.

A

Edit. Paris. pag. 412.

ROMANORUM IMPERATOR

Michaelis Balbi Imperium.

MICHAEL AMORÆUS BALBUS ICONOMACHUS,

ANNOS VIII. MENSES IX.

I. MUNDI annus sexies millesimus trecentesimus decimus-quartus; divinæ Incarnationis annus octingentesimus quartus-decimus; Romanorum Imperator Michael Balbus, Iconomachus, annos octo, menses novem. Hic Euphrosynam, Constantini, ejus qui matris imperio cæcatus fuit, filiam, Sanctimonialis institutum professam, uxorem duxit. Parum aliquid de malitia, quæ ante obtinuerat, remittens (hactenus scilicet, ut qui clausi ergastulis, vel exilio relegati erant, velut vitu nocturno ac insomnio libertatem factamque aliquam remissionem ac inducias animo cogitarent) impii decessoris sui Deo exolum sensum opinionemque subocculte fovebat. Nam & ipse, ex summo stupore ac insciitia, pari nequissimæ hæresis uncо adactus est. Unde solemni conventu habito, *Qui ante nos*, inquit, *Ecclesiasticorum dogmatum scita scrutati sunt, ex illis exigenda ratio est, num bene, an male sanxerint. Nos autem, in quo Ecclesiam ambulantem invenimus, in eo & servare potius ducimus. Colere enim, aut non colere Imagines; perinde indifferens res; ac cuique liberum.* Eo tempore summi Sacerdotii arcem tenebat Antonius Sylæi, qui a sacrarum Imaginum cultu abhorrebat.

Euphrosyna uxor ex Sanctimon.

Iconomachus paulo mollior.

Michaelis Balbi Constitutum.

II. Interea Theophilum filium suum ex Euphrosyna, Augustali corona donat, in magna Ecclesia. Thomas vero arrepta tyrannide, ex Orientalibus partibus profectus, confusaneæ commixtæque turbæ exercitu fretus, adversus Byzantium cum exercitu venit; immerito sane Imperii desiderio ebrius. Romanus enim cum esset & homo obscurus, in Syriam profectus erat; inditoque sibi Constantini nomine, Irenes Augustæ filium sese dictitabat; qua fraude multos Barbaros Romanosque decepit. Innumera itaque collecta multitudine, eaque glorians, Constantinopolim invadit, atque annos tres expugnat ac diripit. At ubi suam classem igni succensam, fortissimosque suorum a civibus interfectos, vidit, consilii inops, relicta Urbe, prædas agens, in Thraciam concedit. Michael vero Urbe egressus cum ingentibus copiis, in eum eduxit, atque ad breve tempus obsidens, nullo negotio in potestatem redegit: præcisisque manibus atque pedibus, ac tum palo affigens, civile trium annorum bellum consopivit.

Imo ex priore uxore. Vid. Not.

Thomas Tyrannus exsurgit.

pag. 413.

Cretæ, aliarumque insularum defectio.

III. Inter hos tumultus, hisceque curis distento Michaele, Creta, Sicilia & Cyclades ab Imperio Romano ab Afris & Arabibus relictæ sunt, cum jam ex populi peccatis ac Principum impietate defectio habuisset exordium. Sic autem se rebus habentibus, accersito Imperator Irenæo Magistro, ait illi, *Congratulor tibi, Magister, quod Sicilia rebellavit.* Ad quem ille, *Procul esto, Domine, ut gratulandum sit eo nomine*; conversusque ad quemdam Procerum, ait,

ΡΩΜΑΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ

ΜΙΧΑΗΛ Ο ΑΜΩΡΑΙΟΣ ΚΑΙ ΤΡΑΥΛΟΣ Ο ΕΙΚΟΝΟΜΑΧΟΣ,

Ετη ϛ'. μῆνας Θ'.

α'. ΚΟΣΜΟΥ ἔτους ,ϛτιδ'. τῆς θείας σαρκώσεως ἔτους ωιδ'. Ρωμαίων Βασιλεὺς Μιχαὴλ Δμωραῖος ὁ Τραυλὸς ἢ εἰκονομάχος ἔτη ϛ'. μῆνας Θ'. Οὗτος Εὐφροσύνῃ τῇ θυγατρὶ Κωνσταντίνου τοῦ τυφλωθέντος, τὸν μοναχὸν βίον προσκαμένῃ, εἰς γάμους ἠγάγετο. ὃς μικρόν τι [18] τὴν προκαταρχούσης κακίας ὑπερδὰς, ὅσον τὰς ἐκκλησίας καὶ ἐξουσίας ἐλαθερίας καὶ ἄδειαν ἐνειρόδως φαντάζεσθαι, τὸ τῆς ἀρουραμένης διαστεῖλε ὑπέθαλπε διεσυγὲς φρόνημα. ὁμοίως δὲ τῷ αὐτῷ πεπαρῴνητο τῆς δεινῆς αἱρέσεως ἀγκίστρῳ ἐξ ἀκρατοῦς ἀλογίας καὶ ἀπαιδευσίας. ὅθεν ἐπὶ σελεστὸν ἦρε, Οἱ μὲν πρὸς ἡμῶν ἱδρυσάμενοι τῆς ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν καὶ δογμάτων, καὶ περὶ αὐτῶν διαπραχθέντα λόγον, ἢ καλῶς ἢ κακῶς διάπτυσαν. ἐγὼ δὲ τῆς ἐκκλησίας δρόμῳ βαδίζουσαν, ἐν τούτῳ καὶ φυλάττειν προτείνομαι. τὸ δὲ τιμᾶν τὰς εἰκόνας καὶ μὴ τιμᾶν, ἀδιάφορον ἴσως καὶ τὸ αὐτό. καὶ τὸν καιρὸν τοῦτον τὸν ἀρχιερωσύνης θρόνον κατεῖχεν Ἀντώνιος ὁ τοῦ Συλαίου, τῆς προσκυνήσεως τῶν ἁγίων εἰκόνων ἀλλότριος.

β'. Ἐπὶ τούτοις εἶφε Μιχαὴλ Θεόφιλον τὸν ἐξ Εὐφροσύνης υἱὸν αὐτοῦ, ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. Θωμᾶς δὲ ὁ ἀνάρπης, ἐκ τῶν ἀνατολικῶν μερῶν ἀναπάρας, λαὸν τε καὶ ἀγυρτώδη καὶ ἐπίμικτον ἐπισυρόμενος, ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἐλήλυθε, τῆς Βασιλείας παρ' ἀξίαν ἐφιέμενος. Ρωμαῖος δὲ ὢν καὶ ἀφανὴς ἀφ' ὁρμῆς Συρίας ἀφίκετο· καὶ Κωνσταντῖνον ἑαυτὸν μετονομάσας, υἱὸν Εἰρήνης τῆς βασιλίσσης ἐλεγε· κἀντεῦθεν πολλοὺς ἀπατήσας [19] βαρβάρων τε καὶ Ρωμαίων, καὶ πλῆθος ἄπειρον συναθροίσας, μεγαλαυχῶν τῷ πλήθει, ἐπῆλθε τῇ Κωνσταντινουπόλει, καὶ παύλῃ ἐπὶ τρεῖς χρόνους πορθήσας· ἐπεὶ τὰς ναῦς αὐτοῦ εἶδε πρὸ καυθείσας, καὶ τοὺς λογάδας τῷ πολεμίων ὑπὸ τῷ πολιτῷ ἀπολωλότας, ἀμηχανίᾳ ληφθείς, τὴν πόλιν καταλιπὼν, ἐπὶ τὴν Θρᾴκην χωρεῖ, παύλῃ λῃζόμενος. ὁ δὲ Μιχαὴλ τῆς πόλεως ἐξελθὼν μετὰ πλείστης δυνάμεως, πρὸς αὐτὸν ἐξώρμησε. καὶ δὴ παραπαθίσας βραχύ τινα καιρὸν, τῶν ἀμογητὶ ἐχειρώσατο· * ἀκροπερεάσας τε αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας, εἶτα καὶ ἀνασκολοπίσας, κατέπαυσε τὸν ἐν τέτρασι χρόνοις ἐμφύλιον γενόμενον πόλεμον.

* ἀκρωτηριάσας.

γ'. Ἐπὶ τούτοις τῷ Μιχαὴλ ἐκκεχολωμένῳ, Κρήτη καὶ Σικελία καὶ αἱ Κυκλάδες νῆσοι τῆς τῶν Ρωμαίων ἀρχῆς ἐξ Ἀφρικῶν τε καὶ Ἀράβων περιρρήγνυνται, λαβόντος ἀρχὴν ἄρτι πρῶτον, ἐκ τῆς τοῦ λαοῦ ἁμαρτίας καὶ τῶν τραπεζιτῶν δυσσέβειαν· τῷ δὲ πραγμάτων οὕτως ἐχόντων, προσκαλεῖται ὁ Βασιλεὺς Εἰρηναῖον τὸν Μάγιστρον, καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν. Συγχαίρω σοι, Μάγιστρε, ὅτι ἡ Σικελία ἐμούλτωσε. ὁ δὲ ἔφη, Τοῦτο ξένον χαρᾶς ἐστι, Δέσποτα. καὶ γραφεὶς πρός τινα τῷ μεγάλων, ἔφη.

Ἀρχὴ κακῶν γε πᾶσιν τῇ χθονὶ δ
Ὅταν κατάρξῃ τῆς Βαβυλῶνος δράκων,
Δύσγλωσσος ἀρδὶν καὶ φιλόχρυσος λίαν.

ε' Ὁ γὰρ τῶν Ἀγαρηνῶν ἀρχηγὸς Ἀπόχα, τῆς τῆς
20. Κρήτης ἀκρωτηρίῳ προσίβαλε, καὶ προσωρμίσθη τῇ Χάρακι, ὁρίσας δὲ ὑπ' αὐτοῖς λαὸν καταλιπεῖν τὰς ναῦς αὐτῷ, ἐπὶ χώραν λῃζεσθαι. Τῇ δὲ στρατιᾷ ὡρὸς ἐπὶ τοιαύτῃ ἐγχειρήσει ἀποκινήσαντος, ὡρορμίας τὰς ναῦς αὐτῷ ἐπυρπόλησε. κακηγοροῦντων δ' αὐτῶν περὶ τούτου, ἴφη πρὸς αὐτούς, Ὅτι τῇ προτεραίᾳ κατηγορεῖτέ μου, ὦ ἄνδρες, ζητοῦντες χώραν εἰς κατοικίαν, καὶ διὰ τοῦτο ἤγαγον ὑμᾶς ἐνταυθοῖ, ἐν ᾗ γάλακτος καὶ μέλιτός ἐστιν ἀπορρώξ. οἱ δὲ αὐτῷ πρὸς αὐτόν, Καὶ ποῦ τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἁρπάσομεν. ὁ δὲ πρὸς αὐτούς, Ἴστε B ὅτι αἰχμαλώτους πλείστους ἐκτησάμεθα· ἐκ τούτων ὧν γυναῖκας ἡμῖν ἁρμόσασθε. καὶ ἔπρεσεν αὐτοῖς τοῦτο. καὶ σκιᾷ νυκτὸς, χάρακα περιέθεντο πρὸς ὀχυρώματι· ἀφ' οὗ ὁ τόπος Χάραξ μέχρι τοῦ δεῦρο προσονομάζεται. μοναχὸς δέ τις μετέπειτα τῷ νήσῳ προστρέψας, ἴφη αὐτοῖς, Ὅτι εἴπερ ἐθέλοιτε καταδωματοῦσθαι τὴν νῆσον, ἀκολουθήσατέ μοι, κἀγὼ ἂν σοχασάμενος παραδείξω ὑμῖν ἐπιτηδειότητα κτίσεως, ἐκεῖσε πόλιν οἰκοδομήσατε, δι' ἧς τὴν νῆσον ἐξουσιάσητε. καὶ ἀπήγαγεν αὐτοὺς εἰς τόπον καλούμενον Χάνδακα, ἐν ᾧ ἡ πόλις τῶν καθίδρυται, καὶ ταύτῃ κυκλόθεν ἐπέφραξαν· καὶ ἑξηκοντα πόλεις κρατήσαντες, ὑποδραπετίσαντο· μιᾶς μόνης μὴ ἁλωθείσης, ἀλλ' ἐλόγῳ ἀπολιορκήτου μεινάσης, τῶν C οἰκητόρων αὐτῆς σωὶ ἐλευθερίᾳ ποιεῖν τὰ Χριστιανῶν συγχωρηθέντων. οἱ μέχρι τοῦ νῦν ὑπόλογοι κέκλιται· καὶ δὴ καὶ ὑπὸ Ἀγαρηνῶν κατακρατηθῆναι οὐ νῆσοι, εἰ μὴ Μιχαὴλ ὁ Βασιλεὺς, Κρατερῷ τῷ τῶν Κιβυρραιωτῶν Σεβαστῷ ἐστειλατο πάσας τὰς ὑπ' αὐτῷ ναῦς ἑτοιμάσαι, καὶ ἀπάραι εἰς Κρήτην· ὃς σωὶ ἑξακοσίοις ναυσὶ παραγενόμενος, αὐτὰς ἐλευθέρωσε· καὶ ἐν τῇ Κρήτῃ ἀπάρας, τῶν ἐκεῖσε Ἀγαρηνῶν πάντων κατεκυρίευσεν, καὶ ἀνεῖρεσιν βιβούλετο, εἰ μή τινες τοῦ λαοῦ κακῶς φρονοῦντες τοῦτο ἐκώλυσαν, εἰπόντες, Ὡς οὐδαμῶς ἐν νυκτὶ οὗτοι πρὸς ἡμᾶς ἀντιπάξονται· τῇ δὲ ἑωθὲν καταλήψομεθα αὐτούς. καὶ δὴ φρενοπαθήσαντες τοῖς τούτων λόγοις, πρὸς τὰς σκηνὰς αὐτῶν ἐπανέλυσαν, μηδαμῶς τῆς D σωτηρίας αὐτῶν περιεργαζόμενοι. τῇ δὲ νυκτὶ ἐπιλθόντες οἱ ἐχθροὶ, σιδήρεον ὕπνον πᾶσιν ἐπήγαγον, μόνῳ τῷ Σεβαστῷ αὐτῶν ἐμπορικῷ ἐπιβάντος πλοίῳ, καὶ ἀποπλεύσαντος. ὅπερ μαθὼν ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν ἀρχηγὸς, δυσὶ ὁλκάσι ἐπιβίβασε, καὶ καταδιώξειν ὥρισεν· καὶ πρὸς τῷ νήσῳ Κῷ, τῶν καταλαβεῖν, καὶ ἐν αὐτῇ τῶν ἀνασκολόπισιν. εἶτα ὁ Ὀρύφας τὸ ἐπώνυμον, προσέταξε Βασιλέως σωμαχθροίζειν ναυτικὸν στρατολόγημα· οἷς ἀναπαραπέμπει χρυσίου ἐπιδοὺς νομὸν ὁλκάσι τε ἐπιβάντες, καὶ ἐπὶ Κρήτης στρατώσαντες, ἄφαντοι ἐκ τῆς πολέμου ἐχώρησαν, οἱ πλείους ἐκεῖσι καταφαγέντες· ὧν καὶ τοὺς ἀπολειφθέντας, Τεταρακοντάριος ὠνόμασαν. ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ Κύριλλος ὁ Θαυματουργὸς ἐ- E πίσκοπος Γορτυνίας ταύτης τῆς νήσου, Χριστῷ, ἀμώμου ὡς ἱερεῖον, ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν ἐσφαγίασε, οὗ τὸ τίμιον αἷμα μέχρι τοῦ δεῦρο ἀναβλύζον, θαύματα ἀπεργάζεται. καὶ τοῦτον μὲν οὕτως εἶχε τὸν τρόπον· ὁ δὲ δυστυχὴς Μιχαὴλ ἐκ τῆς δυσουρίας ἀρρωστήσας χαλεπῶς, καὶ τῆς τῶν νεφρῶν ἀλγηδόνος, κακῶς ἀπεπλάγη τοῦ ζῆν. τὸ δὲ δύσμορον αὐτοῦ σῶμα ἀποκομισθὲν ἀπέθετο

Hoc initium malorum tellurî accidet,
Rerum potietur cum Babylonius Draco,
Lingua impedita & auri sitientissimus.

IV. Agarenorum enim Dux Apochat, ad Cretæ Promontorium, cui Charax nomen, appulsa classe, castra posuit, jubens ut relictis navibus, quos duxerat milites, omnes regionem prædatum direptumque irent. Copiis autem in prædas effusis, eorum naves succendi jussit. Cujus rei causa murmurantibus, ait, *Vos ipsi nudiustertius, o viri, murmurantes colonias ducere quærebatis. In eam vero vos ego hoc loci adduxi, ubi tellus lacte ac melle fluit.* At illi, *Ubinam vero, liberos nostros uxoresque invenietis?* Quibus ille, *Scitis plurima vos spolia ac captivos tulisse. Ex illis mulieres in sponsas vobis adjungite.* Placuit omnibus consilium: crebroque circumquaque vallo locum munierunt (χαρακα Græci dicunt) ex quo factum est, ut & locus hactenus Charax nominetur. Postea vero Monachus quidam in Insulam devectus, infit illis, *Siquidem hoc vobis constituere est, sicque animis sedet, ut plene Insula potiamini, mihi vos adjungimini comites, ac ubi locum extruendæ Urbis commodum monstravero, ibi ædificate, unde Imperium vestrum tota late Insula proferatis.* Duxit itaque in locum Chandax nomine, ubi eorum sita civitas est, eamque vallo undique munierunt: captisque nonaginta urbibus, in servitutem omnes addixerunt: una dumtaxat non expugnata atque direpta, quæ accepta fide, deditione facta, ritu Christiano vivendi liberam facultatem accepit. Hactenus Græca voce ὑπολόγων audiunt, ac si dicas, *spontanea deditione in fidem accepti.* Ac sane Agarenorum ditionis mansissent Insulæ, nisi Michael Cratero Cibyrrhæotarum Duci jussisset, ut omni instructa classe, in Cretam vela daret. Ducentarum igitur navium classe invectus, eas vendicavit: Cretamque profectus, omnium in ea Agarenorum potitus, hostes nec dare constituerat, nisi militum quidam, haud sano satis consilio, intercessissent; qui dicerent, *Nullam eos nocte impressionem facturos: mane tenendos ac capiendos fore.* Horum itaque dementati sermonibus, suæ salutis neglecta cura, in tabernacula sese receperunt. Nocte autem irruentes hostium cunei, illis omnibus ferreum somnum immiserunt. Solus eorum Dux Craterus mercatorio usus navigio, fuga salutem tentavit. Id vero ut comperit Agarenorum Dux, imposita duobus ratibus militum manu, fugacem insequi jussit. Hi porro, in Co insula eum assecuti, in crucem agentes, e vivis sustulerunt. Post hæc Oryphax (hoc viro nomen) Imperatoris jussu, navali coacto exercitu, in singulos quadraginta aureos distribuit, atque navibus imponit; profectique Cretam, re infecta reversi sunt; plerique etiam illic desideratî, qui & *Quadragenarii* dicti sunt. In ea Insula Cyrillus Gortynæ ejus Insulæ civitatis Episcopus, vir miraculorum patrator, velut immaculata hostia, pro Christo ab Agarenis immolatus est: cujus pretiosus sanguis hactenus ebulliens, miracula facit. Ac sic quidem ille. Impius autem Michael urinæ difficultate graviter ægrotans, renumque doloribus excruciatus, male vitam finivit. Ejus miserum funus cla-

Agarenorum Hispanorum in Creta Colonia.

Videtur, quæ nunc Souda dicitur.

Candiæ Cretæ Metropolis ædificatio.

Edit. Paris. pag. 414.

Cratero male usus victoria, prorsus profligatus.

Altera expeditio, infelici ejusdem exitu.

Cyrillus Martyr, Gortynæ Episcopus.

Michaelis Balbi mors.

tum, in ſanctorum Apoſtolorum Ædede conditum eſt: Theophilus vero ejus filius cum matre Euphroſyna Imperio potitus.

ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων· Θεόφιλος δὲ ὁ υἱὸς αὐτῶν μὴ τῆς * μητρὸς αὐτῷ Εὐφροσύνης τῆς Βασιλείας ἐκράτησεν.

* Scyl. & Cedr. melius. μητρίας, noverca.

ROMANORUM IMPERATOR

THEOPHILUS,

MICHAELIS BALBI FILIUS

ICONOMACHUS,

ANNOS XII.

ΡΩΜΑΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ

ΘΕΟΦΙΛΟΣ

Ο ΥΙΟΣ ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΤΡΑΥΛΟΥ

ΕΙΚΟΝΟΜΑΧΟΣ

Ετη ιβ.

Theophilus Imperator.

I. MUNDI annus ſexies milleſimus vigeſimus-tertius; divinæ Incarnationis, octingenteſimus vigeſimus-tertius, Romanorum Imperator Theophilus Michaelis Balbi filius Iconomachus, annos duodecim. Ejus mater Euphroſyna volens ei conjugem jungere, plures incomparabili venuſtate cogit virgines. Erat inter illas una quædam formoſiſſima Icaſia nomine, aliaque nomine Theodora. Mater, aureum malum cum dediſſet, dare juſſit, cujus illi magis forma placuiſſet. Theophilus Icaſiæ pulchritudinem ſtupens, *a muliere*, ait, *emanarunt mala*. Cui illa ſubverecunde, *Sed & res meliores e muliere exuberant*. Ille reſponſo attonitus atque offenſus, ea dimiſſa, malum aureum Theodoræ dedit ex Paphlagonum gente. Ambo coronati ab Antonio Patriarcha in ſancti Stephani Oratorio in die Penteceſtes: Inde facto proceſſu ad magnam Eccleſiam, ingenti largitione Patriarcham & Clerum Senatumque donavit. Ac quidem Icaſia, Imperii ſpe fruſtrata, Monaſterium extruit; inque eo coma poſita, vita ex virtutis ratione inſtituta ac Deo placita, adulſque vitæ finem perſeveravit, multis proprii ingenii monumentis relictis. Euphroſyna autem Imperatoris mater ipſa ſponte a Palatio diſcedens, in Monaſterio Gaſtria vitam privato cultu egit.

Edit. Pariſ. pag. 415.

Icaſia Theodoræ poſtpoſita, ut Theophilo naberet.

Nuptialibus & Imperii corollis, ait Georg.

Icaſia libris ſcriptis clara.

α'. ΚΟΣΜΟΥ ἔτος ϛτκγ'. ἀ Θεὸς σαρκώσεως ἔτη ωκγ'. Ῥωμαίων Βασιλεὺς Θεόφιλος ὁ υἱὸς Μιχαὴλ τ Τραυλοῦ Εἰκονομάχος, ἔτη ιβ. ἡ δὲ μητὴρ αὐτοῦ Εὐφροσύνη βουλῇ θεία δοῦναι αὐτῷ γυναῖκα, ἄγει κόρας διαφόρους ἀσυγκρίτους τῷ κάλλει· μεθ' ὧν μία τις ἐξ αὐτῶν κόρη ὡραιοτάτη ὑπῆρχε Εἰκασία λεγομένη, ἡ ἑτέρα Θεοδώρα ὀνομαζομένη. πότῳ δοῦσα ἡ μήτηρ χρυσοῦν μῆλον, εἶπε δοῦναι τῇ ἀρεσάσῃ αὐτῷ. ὁ δὲ Βασιλεὺς Θεόφιλος, τῷ κάλλει τ Εἰκασίας ἐκπλαγείς ἔφη, Ὡς ἄρα δι' γυναικὸς ἐρρύη τὰ φαῦλα· ἡ δὲ μετ' αἰδοῦς πως ἀπόφασις, Ἀλλὰ ἐκ δι' γυναικὸς πηγάζει τὰ κρείττονα. ὁ δέ, τῇ λόγῳ τ καρδίαν πλήξεις, ταύτῃ μὲν εἶπε· Θεοδώρᾳ τὸ μῆλον ἀπέδωκε, ὄντι ἐκ Παφλαγονίας. [11] ἐ στέφονται ἀμφότεροι ἐν τῷ ὠκτηρίῳ τ ἁγίου Στεφάνου ὑπὸ Ἀντωνίου Πατριάρχου τῇ ἁγίᾳ Πεντηκοστῇ, κἀκεῖθεν ἔρχονται ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, φιλοτιμησάμενος χρήμασι πολλοῖς τόν τε Πατριάρχην καὶ τ κλῆρον, ἅμα τῇ συγκλήτῳ. ἡ μὲν Εἰκασία τ Βασιλείας ἀποτυχοῦσα, μονὴν κατασκάσασα, εἰς ἣν καὶ ἀποκειραμένη, φιλοσόφῳ βίῳ καὶ Θεῷ ἀρέσκοντι διετέλεσε μέχρι τελευτῆς αὐτῆς, πολλὰ ἴδια συγγράμματα αὐτῆς καταλιποῦσα. ἡ δὲ τ Βασιλέως μήτηρ Εὐφροσύνη ἑκουσίως καταλιποῦσα τὰ παλάτια, ἐν τῇ μονῇ τ Γαστρίων ἠσύχασεν.

11.

β'. Ἱππικὸν δὲ γενομένου, ἄγεται τὸ πολυκάνδηλον τὸ ἐν τῇ σφαγῇ τ Ἀρμενίου Λέοντος ξίφει βεβλημένον, καὶ ὑποδείκνυσιν αὐτὸ πάσῃ τῇ συγκλήτῳ ἐν τῇ καθίσματι, καὶ φησὶν, ὡς εἰς ναὸν Κυρίου πεπλημμέλησθαι τὸν ἀναίρεσιν· τῇ δ' ἀληθείᾳ, ὡς τὸν συναιρετιστὴν αὐτοῦ καὶ ὁμόφρονα εἰς ἀσέβειαν ἀποκτείναντας. εἶχεν γὰρ ὁ ἀλιτήριος τὴν ἐκείνου θεοσυγῆ αἵρεσιν· τῇ τε ἁγίων Εἰκόνων τὰς μὲν καθαιρῶν, τὰς δὲ ἀνορύττων, καὶ τὰς ἐπ' ἀλαβείᾳ μοναχὰς ἐξορίζων καὶ αἰκιζόμενος.

γ'. Τῷ β'. πάλιν ἔτει, προσέρχεται Θεόφοβος ὁ Πέρσης Ῥωμαίοις, ἅμα τῷ πατρὶ αὐτοῦ μετὰ Περσῶν χιλιάδας ιδ' οὓς καὶ διέπεμψε ἐν ταῖς θέμασι κατασκηνώσας, καὶ τέρμας ἀποκαταστήσας. αὐτὸν δὲ τὸν Θεόφοβον [12] εἰς ἀδελφὴν Θεοδώρας Αὐγούστης γαμβρὸν ἐποιήσατο ξόανον πιῶδες. τοῖς Πέρσαις ἔθος ἦν, ἐκ σειρᾶς βασιλικῆς ὑπάρχειν ἀνάρρησιν. ὅθεν τοῖς ἀλλεπαλλήλοις πολέμοις ἡ βασιλικὴ σειρᾶς ἐκλιποῦσης, καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ γεγονότες, ἔγνωσαν ὡς ἐκ τῆς βασιλικῆς συγγενείας τῷ Βασιλεῖ Ῥωμαίων τινὲς προσέρχονται· καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀπαρχὴν ἐλογίσαντο τῆς οἰκείας χώρας ἀπαναστῆσαι, καὶ προχωρῆσαι τῇ Ῥωμαΐδι ἅμα τὸν Θεόφοβον, ὅπως τὸ κατὰ γένος Ἀρχηγοῦ ἐπιτύχοιντο· καὶ μάλιστα

12.

Leonis cædis rei, Theophilo conſtrucidati.

Theophobus Perſa, Theophili gener.

λισε, ὅτι καὶ ὁ Περσῶν Ἀρχηγὸς Βαβὶκ, ἀποστάσει τῇ πρὸς Ἀμερμουμνὶν ἐπὶ πέντε ἔτεσιν ἐκεκοσμήκει. ὧν ἀναμεταξὺ πόλεμοι συμβεβηκότες, ἡττηθεὶς ὁ Βαβὶκ, εἰσῆλθε σὺν χιλιάσι ζ. πρὸς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπικράτειαν, τὸν Θεοφόβου πατέρα καὶ τὴν πόλιν Σινώπην ἀπιόντων. ὃν ὁ Βαβὶκ καπιλεφὼς, ἐγγυᾶς τὴν παρὰ Βασιλείου δεξάμενος, καὶ ὑπ' αὐτῷ λαὸν καὶ ἑαυτῇ τῇ Βασιλεῖ ὑπήκοον πεθεικε. ἄλλως δέ φασιν, ὅτι ὁ τοῦ Θεοφόβου πατὴρ εἰσῆλθε τὴν Βυζαντίων πεσόμενος, καί τινι γυναικὶ καπηλείαν καπηλεύειν λαχούσῃ προσεκόλλητο· ἧς τῇ πρὸς αὐτὸν ἔρωτι ἁλοὺς, πρὸς ἡδονὴν συμβιβάζεται. ἐξ ἧς συνελήφθη, ἄρρεν ἔτεκεν. οἱ οὖν Πέρσαι ἀστρονομίᾳ καὶ μαντείᾳ κεχρημένοι, ἔγνωσαν τὸν Περσῶν Βασιλέως συγγενῆ τινὰ ἐν Βύζαντι ἔχειν· ἐντεῦθεν πρὸς τὴν Βασιλέα εἰσελθόντες, πόθεν περὶ αὐτοῦ ἦλθον, ἐρωτήσαντα ἠξίωσαν. ὁ δὲ Βασιλεὺς τὸν ἀνακοὰς, καὶ ἐρωτήσαντος περὶ τούτου, οὐδὲν ἔφρασεν. ἐν ὑστέρῳ δὲ τὸ γυναῖον ἐρευνήσας, μεθ' ἧς ἀναστροφὴν ὁ Πέρσης ἐποιήσατο Βαβὶκ, ἔμαθον ὡς ἐκεῖνος μὲν πεπλεύκοι. ὁ δὲ ἐκ τούτου προσλωτγμένος καὶ συζυγίαν παῖς, ἔτι περίεστιν· ὃν καὶ τότε ἐπιδείκνυσιν δωδεκαετῆ τυγχάνοντα. τοῦτο ὁ Βασιλεὺς προσλαβόμενος, ἀνέτρεφε ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ τοὺς Πέρσας ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς κώδιξιν ἀνεγράψατο.

δ'. Ὁ τοίνυν Βασιλεὺς Θεόφιλος φιλόκοσμος ὤν, κατεσκεύαζεν ἐξαρχῆς τὸ Πενταπύργιον, καὶ τὰ δύο μέγιστα ὄργανα ὁλόχρυσα μετὰ ἀβάρων λίθων, καὶ δένδρον χρύσιον, ἐν ᾧ στρουθοὶ ἐφιζόμενοι, διὰ μηχανῆς τινος μυστικῶς ἐκιλάδουν, τὰ πετάσματα διὰ χρυσίων πόρων ἐκπεμπόμενα.

ε'. Ἐκαινούργησε δὲ καὶ τὰς βασιλικὰς στολὰς, τάς τε λώρας καὶ τὰ λοιπὰ, πάντα χρυσοῦφαντα κατασκευάσας. καὶ τὰ τῆς πόλεως τείχη χθαμαλὰ ὄντα, ἀνύ-
23. ψωσε. [23] δικαιοσύνῃ τὸ κοσμικὸν προσποιούμενος, ὁ δὲ πίστιν καὶ τὴν εὐσέβειαν πλέον ὑπὲρ τὰς φρένας βασιλεύσαντας ἀδικήσας, προσελθούσης αὐτῷ γυναικὸς χήρας ἐν Βλαχέρναις. ἦθος δὲ αὐτῇ ἐκεῖσε ἀπέρχεσθαι, καὶ βοησάσης ὡς ἀδικοῖτο παρὰ τὴν τοῦ Λυγούστης ἀδελφῆς Πετρωνᾶς δρουγγαρίου βίγλας ὄντος. αὐτοὶ δὲ τὰ ἑαυτῶν οἰκήματα, τῇ ἐμὰ σκοτεῖ καὶ εἰς τὸ μηδὲν εἶναι ποιεῖ, ὡς ἂν χήρας καταφρονημένης· παρῆλθον ἀποστεῖλαι ἰδεῖν τὴν ἀλήθειαν, εἰ ὕπως ἔχει· καὶ βεβαιωθεὶς ὡς ἀληθείαν ἡ γυνὴ λέγει, ἐν μέσῃ τῇ ὁδῷ κελεύσας τὸν Δρουγγάριον τύπτει σφοδρῶς, καὶ τὰ εἰρημένα οἰκήματα αὐτῇ ἐξεδαφίσας, τῇ χήρᾳ δίδωσι. καὶ πλοίου ποτὲ διὰ τοῦ Βυκολέοντος διερχομένου, ἐρωτήσας τινὸς ἂν εἴη τοῦτο, καὶ μαθὼν ὡς τῆς Δικαιοσύνης ἐστὶν, Οἴμοι, ἔφη, φαντασθέντος ναυκλήρου, ἐπεὶπερ τοῦτο τῆς ἐμῆς συμβίου ἐστί. καὶ ἀποστείλας, αὐτοῖς τοῖς ἀγωγίμοις τὸ πλοῖον ἐνέπρησε.

24. ς'. [24] Ἡ δὲ τοῦ Θεοφίλου μήτηρ Εὐφροσύνη, ἐν τῇ ἰδίᾳ μονῇ τῶν Γαστρίων οἶκον ἑαυτῇ ὠκοδόμησε, ὃν ἐξωνήσατο παρὰ Νικήτα Πατρικίου, καὶ μοναστήριον γυναικεῖον ἐποίησε, ἐπονομάσασα Γαστρία μονάζουσα ὧν πάς τῶν Θεοδώρας θυγατέρας μεταλαμβάνει, πέντε οὔσας, ἥ τε Θέκλα, καὶ Ἄννα, Ἀναστασία, τε Μαρία καὶ Πολυχρονία, ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ ῥυθμίσει Κυρίου, καὶ τῇ προσκυνήσει τῶν ἁγίων εἰκόνων ταθεῖσα οὐκ ἐπαύετο. πάντων Θεόφιλον οὐκ ἔλαθεν· ἀλλὰ προσκαλούμενος τὰς θυγατέρας αὐτοῦ, πάντα ἠρώτα καὶ αἱ

Symeon. Logoth. Annal.

A causa, quo ex gente sua Ducem eis nanciscì liceret. Ac vel maxime, quod & Persarum Dux Babec, cum annos quinque defectione ab Amermumne exaltatus esset, bellorum interim præliorumque incerto superatus, Theophobi patrem Sinope quæsiturus, cum septem millium cohorte ad Romanos accesserat. Hunc Babec cum invenisset, atque ab Imperatore securitatis fidem accepisset, eam, cui præerat, militum manum, seque ipsum Imperatori subjecit. Sunt qui aliter referant; Theophobi patrem egenum hominem Byzantium veniisse, ac cuidam mulieri sub mercede cauponaria merenti, adhæsisse. Ejus vero captum amore, venereos cum illa amplexus habuisse. Ex quo mulier cum concepisset, masculum peperisse. Persas itaque Astronomica scientia ac vaticinali solertia exercitatissimos, Persarum Regis affinem quemdam Byzantii versari, cognovisse: tumque ad Imperatorem ingressos, eum, cujus causa iter susceperant, diligenter quærendum rogasse. Imperatorem cum audisset, deque homine sedulo scisciatus esset, nihil operæ seciisse. Postea tamen inventa muliere, cum qua Babec Persa versatus fuerat, didicisse, illum quidem jam vivis excessisse: quem autem ex illis amplexibus filium sustulerant, adhuc superstitem esse; ac duodennem ipsi ostendisse: eumque assumptum, Imperatorem in aula educasse, inq; militares numeros Persas retulisse. *Edit. Paris. pag. 416.*

IV. Theophilus itaque Imperator, cum rerum elegantia, ornatuque ac sumptu delectaretur, Pentapyrgium ex integro fabricatus est, duoque maxima Organa auro solida diversis interstincta lapillis: Arborem quoque auream, insidentibus in ea aviculis, ac machina quadam, immisso occultis meatibus spiritu, musice cantillantibus. **Theophili elegantis opera ac magnifica.**

V. Regia quoque paludamenta, loraque instauravit ac reliqua, auro cuncta contexens. Urbis quoque muros, qui humiliores essent, in majorem altitudinem extulit. Humani juris tenacem præferebat, qui cunctis retro decessoribus, fidem ac pietatem gravius læsit. Accedens ad eum vidua quædam, ad Blachernas ex more procedenti, cum injuriam, qua a Petrona Augustæ fratre Excubiarum Drungario afficiebatur, conclamasset; *Exaltare illum suas ædes, Illiusque ædibus lumen adimere, ac nullius illi frugis facere; ea scilicet ratione, quod vidua despicabilis esset:* mittit statim exploraturos, num se ita res haberet. Certiorque factus jure merito fœminam expostulare; media ipsa via nudatum, acriter jubet dorso vapulare; ædesque solo æquatas, in viduæ jus cedere. Transeunte quandoque navi per Bucoleonem, percontatur cujusnam esset; auditoque esse Augustæ, *Væ mihi*, inquit, *qui fim effectus nauclerus; siquidem illa navis uxoris est*: mittensque navim cum mercibus igni absumpsit. **Theophili severitatis exempla.** *pag. 417.*

VI. Theophili mater Euphrosyna, in suo Gastriorum Monasterio (quæ ejus ædes essent, coemptæ a Niceta Patritio, ac quas illa fœminarum Monasterium fecerat, dictum Gastria) Sanctimonialis erat; filiasq; Theodoræ accersens (quinque enim illa susceperat, Theclam, Annam, Anastasiam, Mariam & Pulcheriam) in omni pietate & disciplina Domini, nec non cultu sacrarum Imaginum erudire non cessabat. Neque res Theophilum latuit. Illas enim accersens, cuncta ex eis scisciabatur: Ac quidem reliquæ, saniori mente ac consilio, **Euphrosynæ erga neptes sedulitas.**

quicquid ille interrogabat, velut anſas ac capiendi lenocinia quædam, conſtanter declinabant: Pulcheria autem, quippe tum ætate tum ſenſu parvula, quam blande ab illa exciperentur, ac fructuum copiam referebat; una quoque venerabilium Imaginum adorationem memorans; ſic nimirum, haud firmiore ſane judicio, loquuta, *Multas tamen arcæ puppas habere, baſque poſt oſcula, illarum capiti erique admovere*. Hinc ira æſtroque furoris percitus Theophilus, cum nihil ei facere poſſet, filiabus ea ſaltem cum avia familiaritate deinceps interdixit.

VII. Germanus huic caſus contigit etiam Theodoræ Auguſtæ. Erat Imperatori delirus quidam homuncul us, Homerici illius Therſitæ nihil diſſimilis, Denderis nomine, linguæ impeditæ, ac riſum permovens, deliciarum dumtaxat cauſa in Aula verſans. Hic igitur quandoque in ſacrum Auguſtæ cubiculum temere inſiliens, invenit complectentem Imagines, eaſque oculis ſtudio adhibentem. Has ſtultus ille coram contuitus, rogabat quidnam eſſent; atque eis oculos propius adhibebat. Cui illa, *Pulchræ meæ ſunt puppæ, plurimumque eas diligo*. Sedebat tunc ad menſam Imperator, ſtatimque ad ſe tranſeuntem Denderim rogat, *Ubinam tandem eſſet?* Reſpondit ille, *Apud matrem* (ſic Theodoram vocans, ac ſi matrem aviamque dicas) *pulchraſque apud eam puppas vidiſſe, ex pulvinari depromptas*. Intellexit itaque Imperator, iraque plenus, ut a menſa ſurrexit, cubiculum irrumpens, multis aliis convitiis onerat, effrænique lingua Idololatram vocans, deliri homuncul i ſudicium, verbaque exquirebat. Auguſta vero, ipſa interim iram condens, *Haud ita ſe rem habere*, confeſtim ait, *ac ille ſuſpicatus erat: ſed cum ſe illa cum ancillis in ſpeculo conſpiceret, Denderiſque relucentes inde formas intuitus eſſet, pro ſuo delirio, de puppis Domino ac Imperatori retuliſſe*. His illi ejus tantiſper ſedata ira. Denderim vero poſt non multos dies dignis modis caſtigans, ſapere docuit, ita ſere inferens, dicenſque, *Cave ullimquam de pulchris puppis loquaris*. Quandoque vero a potu calentior Theophilus, cum Auguſtæ inſultaret, rogabat de illa, *Num adhuc mane pulchras puppas oſculis amplexuque acciperet?* Denderis dextera ori impoſita, ac ſiniſtra poſteriora tenens, *Tace, tace, Imperator*, reſpondit, *ac de puppis ne loquare*.

Edit. Pariſ. pag. 418.

Alexius latifundiorum Theophili gener, ejuſque res alias.

VIII. Anno Imperii tertio, Alexium Armenium cognomento Muſelem, virum longe ſtrenuum ac robuſtum, collocata ei Maria filia, generum ſibi aſcivit, Patriciumque, ac deinde Magiſtrum, creavit. Tum vero in ſuſpicionem adductum, velut qui Imperium aucuparetur, Prætorem Ducemque Siciliæ inſtitutum, abs ſe ablegavit. Qualia vero parturit livor! Siculi quidam venientes, crimen illi intentant, *Prodere eum quæ Chriſtianorum exiſtant agerentis, reſque novas adverſus Imperatorem moliri*. Inter hæc mortua Maria Theophili filia, pater illius urnam argenteis laminis contexit, ad eamque confugientibus dato diplomate immunitatem ſanxit. Hoc poſtea argentum Leo Imperator ſuſtulit.

Maria Theophili filia extincta; afylum ad ejus urnam.

Theodorus Athiarp.

IX. Anno Imperii quarto, Theodorum Archiepiſcopum cognomento Crithinum, tunc in Urbe verſantem, cum Alexius per calumniam delatus eſt, accerſitum, traditaque ei cruce

A μὲν ἄλλαι τὰς πλέοσις τύπε ἀγαθὰ φρονῦσαι, ὅπερ τινὰς λαβὰς ἐρώμενος παρίτριχον· ἡ δὲ Πυλχηρία, ἅτε δὴ ἔτι ἡλικίᾳ τε καὶ τῷ νηπιάζουσα, πᾶς τε φιλοφρούρας ἔλεγε, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὀπωπῶν, συναπεμίμνησκε δὲ καὶ ἓν τῶν αὐτῶν εἰκόνων προσκυνήσεως· ὅπερ δὴ ἡ πολλὰ φρονῦσα τε λέγειν, ὡς νηπία πολλὰ εἶναι αὐτῇ καὶ τὸ χιβώτιον, καὶ ταῦτα τῇ κεφαλῇ τε καὶ τῷ προσώπῳ ἡμῶν ἐπιτίθεσι μᾶλλον τὰ φιλήματα. ταῦτα δὲ Βασιλίσσης μανίαν ἦγε· μηδὲν δὲ δράσαι δυνάμενος αὐτῇ, μόνῳ ἀπέπεμψε τῷ πατρὶ τὴν θυγατέρα ἄφιξιν.

ζ. Τύπις ἀδελφὰ καὶ τῇ Βασιλίδι Θεοδώρᾳ συμβίβηκε. ὑπῆρχέ τι τῇ Βασιλεῖ [21] παρακεκομμένον ἀνδράριον τῷ Ομηρικῷ Θερσίτῃ διαλωγὸς κατ' ὄψιν. Διόπερ ἐκεῖνον πάντῃ· ἄσημά τε φθεγγόμενον, καὶ γέλωτας κινοῦν, καὶ θυμηδίας ἔνεκεν τοῖς βασιλείοις ἐνδιατρίβον. ὅπερ γοῦν εἰσπηδήσας ποτὲ καὶ τῆς Λύγνης κοιμωμένης, καπέλαβε αὐτῆ θείας εἰκόνας ἐμπεριειλημμένον, καὶ τοῖς ἑαυτῆς ὄμμασι μὴ ἀνεκτὰς προσαγάγοις. ταύτας ὑπ' ὄψιν ἰδὼν ὅπερ ὁ παραπαίων, τί τε εἶεν ἐπιωθάζετο, καὶ πλησίστιον δίβαινε. ἡ δὲ, Τὰ καλά μου, ἔφησε ὅπερ, νηία, καὶ ἀγαπῶ ταῦτα πολλά. καὶ ἅτε τράπεζαν τηνικαῦτα εἰσιᾶτο ὁ Βασιλεὺς, καὶ δὴ πρὸς αὐτὸ δὴ τοῦτο βλέπτα εἶπετο αὐτῇ, Οποι ποτὲ ἐτύγχανες ὦν; ὁ δὲ παρὰ τὰ μέσα ἔφησε εἶναι. ἡ Θεοδώρα ὅπερ λέγων, καὶ θιασαθαι ἐν αὐτῇ καλὰ νηία τε προσκεφαλαία ἐξαίρετα. σωπᾶν οὖν ὁ Βασιλεὺς, καὶ πλήρης ὀργῆς γεγονὼς, ὡς ἐξαίσιά τε τὴν τράπεζαν πρὸς αὐτὸ ἔπρεσ, ἄλλας τε πολλὰς ὕβρεσιν αὐτῇ ἐπαστλῶν, [26] καὶ εἰδώλων λάτρειν ἀκολάστῳ γλώττῃ ταύτῃ ὀνειδίζων· καὶ ἅμα διεζήτει τοὺς λόγους τε παρὰ παίσεως. ἡ δὲ πῶς τε θυμὸν καὶ ὀργὴν κύουσα, Οὐ τοῦτο, ἐξεπίμπλη λέγουσα, ὦ Βασιλεῦ, κἀτοῦτο, ὡς ὑπείληφας σύ. τὸ δὲ κάπηλον μὲν ἤμελλεν ἀπεπίζουσα καὶ τὴν θεραπαινίδων, καὶ τὰς ἐκεῖσε τιτρωμένας ἰδὼν ὁ Διάδοχος μορφὰς, ἐλθὼν ἀπήγγειλε ἀφρόνως τῇ Διαδόχῃ καὶ Βασιλεῖ. ὅπερ μὲν οὖν ἐκείνῃ πῶς κατέβησε τὸ θυμόν. ἡ * Διάδοχον δὲ μετ' ὀλίγας ἡμέρας παιδείᾳ καθυποβαλοῦσα, πέπεικε σωφρονεῖν, ὅπως πῶς ἐπιλέγουσα καὶ διδάσκουσα, ὡς μή ποτε λέγοι περὶ τῶν καλῶν νηίων τινί· καί ποτε παρὰ πόσον ἐγκαυχώμενος [27] καὶ τῆς διαποίσης καπηλείου ὁ Θεόφιλος, ἠρώτα τοῦτο περὶ αὐτῆς, Εἰ πάλιν ἄρα τὰ καλά μου νηία ἡμέρα ἀπαίζεται. ὁ δὲ τοῖς χείλεσι ἡ δεξιὰν χεῖρα ἐπιθεὶς, καὶ τῷ ἀριστερᾷ τῷ ὄπισθε μερῶν ἐπιλαβόμενος, Σίγα, σίγα περὶ τῶν νηίων, ὦ Βασιλεῦ, ἐπέφησε ὁ παραπαίων.

η'. Τῷ γ'. αὐτοῦ ἔτει, [28] Αλέξιον τὸν Αρμένιον, ὃν ἐπαίνυμεν Μουσελὲ λίαν ἀνδρεῖον ὄντα καὶ ῥωμαλαίον, εἰσεποιήσατο γαμβρὸν εἰς Μαρίαν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ καὶ Πατρίκιον ἐποίησε, εἶτα καὶ Μάγιστρον, ὑπολήψεις δέ τινας ἐπ' αὐτῷ χαὶν, ὡς ἐρηγομένῳ τὴν Βασιλείας Στρατηγὸν καὶ Δοῦκα Σικελίας πέμπει. οἷα δὴ ὁ φθόνος ὠδίνει. Σικελοί τινες ἀπελθόντες, διέβαλον πρὸς τὸν Βασιλέα, ὡς τὰ μὲν τῶν Χριστιανῶν Αγαρηνοῖς προδίδωσι καὶ δὴ καὶ τὴν Βασιλείας συμμετρᾷ τὸν τὴν μεταξὺ τῆς θυγατρὸς τῆς Βασιλείου Μαρίας πεθηκυίας, ὁ Βασιλεὺς τὴν λάρνακα ταύτης ἐξ ἀργύρου κατεσκεύασε, καὶ τὸ μνῆμον ἐλεεινείας τοῖς ἐν αὐτῇ προσφεύγουσι πέθεικε, ὅπερ ἄργυρον Λέων ὁ Βασιλεὺς μετὰ ταῦτα ἀπέλετο.

Alexius Armenius gener Theophili.

Maria Theophili filia extincta; afylum ad ejus urnam.

Theodorus Athiarp.

θ'. Τῷ δ'. αὐτοῦ ἔτει, Θεόδωρον τὸν Αρχιεπίσκοπον τὸν λεγόμενον Κρίθινον, ἐν τῷ παιρῷ τῆς Ζαβολῆς Αλεξίου ἐν τῇ πόλει ὄντα, δίδωσιν ὁ Βασι-

λῆς τὸ ἴδιον φυλακτὸν, καὶ ἀποστέλλει εἰς Σικελίαν δοῦναι λόγον ἀσφαλείας Ἀλεξίῳ, καὶ ἀγαγεῖν πρὸς αὐτόν· ὃν καὶ ἐλθόντα ὁ Βασιλεὺς εἰς ἀσπάρτιλον τύχας, ἔθετο εἰς φυλακὴν, τὰ αὐτοῦ πάντα δημεύσας. Θεόδωρος οὖν τῶν εἰδὼς, ἤχαλε καὶ ἐδυσφόρει. καὶ μετ' ὀλίγον τοῦ Βασιλέως ἐν Βλαχέρναις ἀπελθόντος, προλαβὼν ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἐνδεδυμένος. καὶ τοῦ Βασιλέως τῇ σωλέᾳ πλησιάσαντος, αὐτὸς φωνῇ μεγάλῃ ἐβόησεν, Ἔντεινε καὶ κατευοδοῦ βασίλευσον· ἕνεκεν τίνος, ὦ Βασιλεῦ; αἰδεσθεὶς οὖν ὁ Βασιλεὺς τὴν σύγκλητον ἔφη, Ἕνεκεν ἀληθείας καὶ ἁρμόττοντος δικαιοσύνης. ὁ δὲ, Καὶ ποία δικαιοσύνη ἐν σοί; ὅτι δὲς ὑπογραφὴν λόγου Ἀλεξίῳ δι' ἐμοῦ, οὐκ ἐφύλαξας τοῦτον. ὁ δὲ Βασιλεὺς θυμῷ καὶ ὀργῇ ἀκατασχέτῳ κινηθεὶς, τοῦτον τοῦ θυσιαστηρίου βιαίως ἐξήγαγε, καὶ πληγὰς καὶ μετρείας ἐπιθεὶς, ἐξέωσεν· οὐκ ἐξ' τὸ ἐλεγχθῆναι ὑπ' αὐτοῦ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἔμαθεν αὐτὸν σέβειν καὶ τιμᾶν τὰς ἁγίας εἰκόνας, καὶ τῷ αὐτοῦ διασέβειαν διαβάλλειν· μετ' οὐ πολὺ δὲ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ παραγενομένου, καὶ τοῦ Πατριάρχου αὐτὸν ὀνειδίσαντος, ἤγαγε τὸν Ἀρχιεπίσκοπον μετὰ παρακλήσεως. τοῦ δὲ, ἀναξίον ἑαυτὸν δι' ἃ πέπονθε τῆς ἱερωσύνης κρίνοντος, ὁ Βασιλεὺς Οἰκονόμον αὐτὸν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας πεποίηκε· καὶ Ἀλέξιον τοῦ δεσμωτηρίου ἐκβαλὼν, ἀπέδωκε πᾶσαν αὐτῷ τὴν ὕπαρξιν, καὶ ἐν τιμῇ εἶχεν· ὁ δὲ ἀποκαρεὶς, τὴν Ἀνθεμίου μονὴν οἰκοδόμησε, καὶ ἐν αὐτῇ πλειωθεὶς, ἐτάφη ὁσίως.

ε'. Τῷ ε'. αὐτοῦ ἔτει, ὁ ὁμορασόπατος πάσης ἀνατολῆς [29] Στρατηγὸς Μανουὴλ, μεγάλως ὑπὸ τιμώμενος παρὰ τοῦ Βασιλέως· καί ποτε μετὰ Μύρωνος τοῦ Λογοθέτου τοῦ Δρόμου καὶ πενθερῷ τοῦ Πετρωνᾶ συμβαλὼν λόγους τινὰς, διεβλήθη τῷ Βασιλεῖ, ὡς τῆς βασιλείας ὀρέγεται, καὶ ἐμελετᾶτο δεινὰ κατ' αὐτοῦ. Λέων δὲ ὁ πρωτοβεστιάριος τὸν Μανουὴλ φροντίζων καὶ φροντίμως, διεβεβαιοῦτο τῷ Βασιλεῖ ὡς ψευδῆ εἰσὶ τὰ κατ' αὐτοῦ λεγόμενα. ἃ μαθὼν Μανουὴλ καὶ τὴν ὀργὴν τοῦ Βασιλέως ἐκκλίνων καὶ τὰς ἐγκλήσεις, λάθρα τὴν πόλιν ἐξελθὼν μέχρι Πυλῶν, καὶ τοῖς δημοσίοις ὀχήμασιν ἐπιβὰς, ἀπῆλθε φυγὰς μέχρι τῶν κλεισυρῶν Συρίας, τὰς τῶν ἵππων ἰγνύας ἐκκόψαντες. ἐδήλωσε δὲ τοῖς Ἀγαρηνοῖς ὡς Βασιλέως ὀργὴν, φεύγω καὶ εἰ γε μὴ καταναγκάσητέ με τὴν πίστιν μὴ καταλιπεῖν, προσφεύγω ὑμῖν. εἰ οὖν, καὶ ἐπὶ τούτοις προσδέχεσθέ με, λόγον ἀσφαλείας μοι ἀποστείλατε· οἱ δὲ μὴ χαρᾶς λόγον ὑποστείλαντες, προσεδέξαντο ὡς Βασιλέα Ῥωμαίων. τοῦτο ἀκούσας ὁ Βασιλεὺς, ἐν πολλῇ θλίψει καὶ ἀθυμίᾳ γίγονε· καὶ βουλὴν βουλεύεται καὶ ποιεῖται μετὰ Ἰωάννου συγκέλλου περὶ τούτου. ὁ δὲ εἶπεν, Εἰ προθύμως βούλει τὸν Μανουὴλ πρὸς σὲ ἐλθεῖν, ὦ Βασιλεῦ, αὐτὸς ἐγὼ ἕτοιμος τοῦτο ποιεῖν. χρήματα λαβὼν καὶ πρὸς τὸν Ἀμιρμουμνὴν σταλείς, τὸν ἐν αἰχμαῖς δεῦρο ἐπισκεψόμενος καὶ δεσμοῖς, ἔχων ὑπογραφὴν λόγου παρὰ τοῦ Βασιλείας, δι' ὧν πείσω τὸν Μανουὴλ εἰς ὄψιν ἐλθεῖν, δοκῶ τοῦτο πρᾶξαι, τῷ τε ὑπογράφῳ λόγῳ καὶ τῇ ἐμῇ πειθοῖ, καὶ τῇ δεξιᾷ ἐκείνου· καὶ τῷ εἰκὸς εἶναι τὸν πατρίδα αὐτοῦ ἰδεῖν. ὁ δὲ Βασιλεὺς πάμπολλα χρήματα καὶ δῶρα δοὺς αὐτῷ, ἀπέστειλεν. ὁ δὲ, εἰσελθὼν, καὶ τοὺς ἐν δεσμοῖς ῥηγδίσας, καὶ [30] τὸν Πρωτοσύμβουλον Θηρασά-

29. 30.

A sua pectorali, Theophilus in Siciliam mittit, securitatis fidem Alexio præstiturum ad seque revocaturum. Cumque veniſſet, Imperator tamquam rebellem durius cædit, ejusque bonis omnibus publicatis, in carcerem tradit. Theodorus ubi rescivit, rem ægerrime tulit. Ac brevi post Imperator e ad Blachernas profecto, ejus ille iter occupavit, ac sacerdotali indutus stola, ante altare stetit. Jamque ad Soleam prope posito, magna voce clamavit. *Intende, prospere procede & regna: Quorsum, rogo te, o Imperator?* Ille Senatum coram præsentem reveritus, *Propter veritatem*, inquit, *& mansuetudinem & justitiam.* Tum Theodorus, *Ecquænam tua justitia, qui per me subscriptione tua firmatam fidem Alexio dederis, nec eam servaveris?* His Imperator impotenti ira furoreque concitus, ab altari violenter abstractum hominem, graviusque verberibus affectum, in exilium expulit. Nec eo dumtaxat nomine, quod is eum reprehendisset, sed quod etiam colere eum ac venerari sacras Imagines, ejusque impietatem vituperare, audisset. Non multo post autem, cum in magnam Ecclesiam venienti, Patriarcha rem probro objecisset, Archiepiscopum cum obsecratione reduxit. Illo autem indignum se Sacerdotio conclamante, ob eam, qua fuerat violatus, injuriam, Imperator magnæ Ecclesiæ Œconomum fecit. Alexio vero e carcere educto, substantiam omnem restituit, ac virum coluit. Verum ille posita cæsarie, Anthemii Monasterium condidit, inque illo diem obiens, Sancti sepultura elatus fuit.

Theophili liberalis increpatio.

Psal. 44. 5.

Edit. Paris. pag. 419.

Theodorus cultor Imaginum male habitus.

Alexius Monachus sancte consummatus.

X. Quinto ejus Imperii anno, totius Orientis Ducum nominatissimus Manuel magno in pretio a Theophilo habebatur. Is quandoque cum Myrone Dromi Logotheta ac Petronæ socero quædam collocutus, apud Imperatorem delatus est, quasi Imperium affectaret, & dira adversus eum moliretur. Contra vero Leo Protovestiarius de Manuelis salute solicitus, illumque defendens, falso hæc in eum jactati serio affirmabat. Manuel ubi hæc comperit, iramque Imperatoris declinans, ac quibus petebatur, calumnias fugitans, clam Urbe Pylas usque egressus, publicisque conscensis curribus, ad Syriæ usque clusuras, excisis equorum poplitibus, aufugit: significavitque Agarenis, se Imperatoris iram fugere: ac nisi fidem deferete cogant, ad eos se profugum transfire. Quod si ita hisque conditionibus accipiant, fidem ei securitatis mittant. Illi nuntio recreati ac læti, ea fretum, nihil impari, ac Imperatorem Romanum culta susceperunt. Id ubi Theophilus audivit, ingenti mœrore mentisque angustia concidit. Habitoque cum Joanne Syncello consilio; ait ille, *Si vere ex animo Manuelem ad te reverti cupis, o Imperator, id tibi ut præstem, mihi promptum est. Acceptis namque pecuniis, arreptoque ad Amermumnem itinere, quasi eos qui in carcere ac vinculis tenentur, invisurus, subscriptumque Majestatis tuæ manu securitatis diploma habens, inde Manueli suasurus, ut se tibi præsentem exhibeat; id vero nihil mihi cassum cessurum arbitror, tum subscripta illa securitatis fide, meaque suasionis vi, tum viri ipsa pietate, ac quod verisimile est, ipsum patriam suosque diligere.* Imperator itaque ingenti instructum pecuniarum vi copiosisque muneribus, a se hominem ablegat. Ingressus vero Joannes, vinctisque elargitus munera, ac Protosymbuli expugnato ani-

Manuelis defectio ad Agarenos.

Joannis Syncelli in Syriam profectio.

pag. 420.

mo, Manueli ut occulte loqui, fidemque securitatis ac Imperatoriam crucem dare liceret, obtinuit. Sic itaque peracto negotio reversus, cunctorum rationem Imperator retulit. Manueli autem oblata Armenumnæ supplicatione, ut cum Romanis quos sub custodia vinctos tenebat, suscipiendæ expeditionis facultatem faceret, obstricta illi fide, fugam minime arrepturos, siquidem ad bellum exirent, sed fortiter pugnaturos, ex voto impetravit. Assumpto itaque Amermumnis filio, copiosoque fretus exercitu, adversus Persas aciem direxit; partaque ingenti victoria, (sed & liberatis Agarenis a feris bestiis vastitatem regioni afferentibus) majorem sibi honorem ac claritatem apud illos conciliavit, nihilque erat quod ab Amermumne, qua apud eum gratia pollebat, non consequeretur. Quamobrem longe animi anxius ac solicitus, ut ad Romanos gentilesque suos rediret, post interjectum aliquod tempus ait Syriæ Regulis, Si mihi Amermumnis filium copiasque præbueritis, atque his ego stipatus expeditionem suscepero, Romaniam subjugabo. Rerulerunt illi ad Amermumnem, & dimiserunt. Manuel autem ad Orientalia prope Themata accedens, convocatisque quos sub potestate habebat, ordinibus, adhæcque Amermumnis filio, tamquam scilicet animi relaxandi gratia ac venaturus, longiusque ab hostibus digressus, Amermumnis complexus filium ac deosculatus, ad eum inquit, *Ego quidem ad Imperatorem ac proprias revertor, qui nihil in vita potius fide, atque civibus habendum ducam: tu vero cum tuis, omnia a nobis mali securus, te ad tuos recipito.* At hic quidem cum lacrymis ac pudore reversus est: Manuel vero ad Imperatorem profectus est, præmisso qui ejus adventum illi nuntiaret. Imperator nuntio liberaliter accepto, ac qua par erat humanitate ac benevolentia Manuele suscepto, Magistram statim ac Scholarum Domesticum præfecit, ejusque liberos e sacro fonte suscepit.

Manuelis res in Syria.

Manuelis ad suos reversio.

Datæ honores.

Edit. Paris. pag. 421.

XI. Anno ejus Imperii septimo, Imperator cum Manuele & Senatu cunctoque exercitu adversus Agarenos profectus, facileque negotio captis Zapetro & Samosato, Urbe divitiis longe locupletissima, quod inde Amermumnes orundus esset, victoria spolisque elatus reversus est. Cumque ad locum Brya venisset, extrui Palatium jubet, hortosque plantari ac vivaria, atque aquas deduci: quod & factum est. Inde in Urbem rediens, Circensibus ludis exhibitis, primoque ipse munere ludens, candidis equis invectus, spoliaque triumpho traducens, victor coronatus est, Factionibus acclamantibus, *Bene fauste que venerit, omni major comparatione, Factionarie.*

Expugnatio Agarenica; captæ eorum Urbes.

Ædis Brya ædificatio.

Joan. Syncellus Patriarcha.

XII. Anno ejus Imperii octavo, defuncto Patriarcha Antonio, Joannes Syncellus (potius vero Jannes & Mambres) in ejus locum suffectus est; is nimirum, cujus in Leone Armeno & prævaricatore mentio supra habita est; homo præstigiis, divinationibus ex pelvi omnique impietate nominatissimus. Et vero idoneum organum Regiæ impietatis inventus, collata cum eo opera, quæ ad interitum existant, propense omnia executus est: ac quem parturiebat (occultabat tamen) impietatis Basiliscum, Imperator edidit peperitque; promulgato edicto quo sacras Imagines oblini ac aboleri jubebat.

Theophili edictum adversus Imagines.

Simeonis Logothetæ Annales a Leone Armenio ad Nicephorum Phocam incipiunt pag. 367

Siracusana obsidio & expugnatio a Saracenis. 141 & *seq.*

Soldani Chreja de fortuna. 133. Ejusdem dolus in Regem Francorum victorem. *ibid.* 343

S. Sophiæ & aliæ Ædes sacræ instauratæ a Basilio Imperatore. 147. & *seq.*

Stephanus Amasenus Eunuchus, Patriarcha. 191 434.

Stephanus Basilii Imper. filius Clero adlectus. 128 Photio ejecto fit Patriarcha. 162. 416

Stephanus Romani Imperatoris filius in patrem insurgit. 442

Symbatius Bardæ gener, ejus necis promotor. 108 335. Oculis orbatur. 121. De eodem. 401

Symeon Bulgariæ Princeps pacem init cum Romano Imper. 190. Vi magica extinguitur. 191

Syriaca Basilii Imperatoris expeditio. 128

Synodus Leonis Armenii contra SS. Imagines. 375. 377.

T

TARENTUM captum & direptum victis Agarenis. 140

Tarsensium stratagema & victoria 132. Clades. 137.

Tephricensis expeditio bellica per Basilium Imp. 123. Tephricensium strages. 126

Thecla Michaelis Imperatoris soror a Basilio Macedone mulctata. 407

S. Theclæ Protomartyris Oratorium. 67

Theoctisti adlici mores & cædes. 77

Theoctista Theophili Imper. socrus & Theodora uxor cum filiabus colunt SS. imagines. 41. & *seq.*

Theodora Theophili Imper. conjux pia & catholica petit ab Episcopis mariti absolutionem; & impetrat. 49. Ejicitur aula, & in Monacham attondetur. 80. 327. Præsagium ejus de Basilio Macedone. 108

Theodorus Craterus apostata. 61

Theodorus Crithinus Archiepiscopus cultor SS. Imaginum male habitus. 315

Theodori Studitæ confessio pro SS. Imaginibus 383.

Theophano Leonis Imperatoris uxor claret miraculis post mortem. 166. 346. 414. Ejus mo-

mine templum extruit Leo maritus. 167
Theophilus Michaelis Balbi filius patri succedit. 39. Initia regni non mala. 40. Bello infelix. *ibid.* Ædificiis incumbit. 43. Adulterii commissi pœnitet. *ibid.* Fit hostis SS. Imaginum. 45. Vincit Saracenos. 52. Ab illis vincitur. 53. Moritur dysenteria. 60. 63. *& seq.* Post mortem sub conditione ab Orthodoxis absolvitur. 70. Ejusdem gesta. 312. *& seq.* & 384. *& seq.*
Theophilus Curcuæ Ducis Romanorum frater, vir præclarus. 199
Theophanes & Theodorus Confessores pro cultu SS. Imaginum. 48
Theophobus Persa detrectat Imperium a Persis oblatum. 50. 57. 62
Theophylactus Imperatoris filius in Sede Patriarchali a Vicariis Papæ Romani collocatur. 196. 439.
Thessalonicæ expugnatio. 269. *& seq.* 278. *& seq.* Urbis descriptio. 246. Dira civium cædes. 264
S. Thomæ Apostoli sepulchrum Edessæ. 213
Thomas quidam insurgit in Michaelem Balbum. 23. Vincitur. 29. *& seq.*
Thomas Presbyter depositus ob imperitam benedictionem nuptialem Leoni Imperatori polygamo. 418
Thrypho Patriarcha. 194. 438
Turcorum sagittandi vis. 58. Internecione deleti. 165. Irruunt in Imperium. 195. Strages. 216.

V

VATICINIA Mulieris Agarenæ. 317
Victorum mos calcandi colla Regum. 32
Victi Romani a Bulgaris. 7. Et a Cretensibus Saracenis. 35
Ultio divina in Michaelis filii Theophili Imperatoris parricidas. 406

Z

ZELICUM hæresis extincta. 74. 325
Zoe Leonis Imperatoris pellex, deinde conjux. 166
Zoe altera ejus quarta uxor. 168. Aulæ restituitur. 178. Denuo ejecta reducitur a filio Constantino. 181. In Monasterium truditur. 183. De eadem. 424. *& seq.*

CORRIGENTE

D. GEORGIO PATUSSA

ATHENIENSI,

FLANGINIANI SEMINARII

MAGISTRO ET RECTORE.

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES

IN

CONSTANTINI PORPHYROGENITI

LIBROS

DE THEMATIBUS

ET DE ADMINISTRANDO IMPERIO.

ERUDITO

LECTORI.

DE Conſtantini Porphyrogeniti Operibus tomo primo a nobis editis ſatis multa diximus in Præfatione generali: quantum vero literarum ſtudiis idem Imperator faverit, & nemo ignorat, & nos initio Animadverſionum nonnulla tradidimus. Reſtat ut hic quædam breviter ad Animadverſiones moneamus. Et quidem varias lectiones, quæ paſſim in hiſce noſtris Animadverſionibus occurrunt, ideo appoſuimus, ut lectiones illas quæ Auctoris ſenſum immutare poſſe videbantur, aliorum ingeniis dijudicandas exhiberem; nam quæ parvi momenti ſunt, ea nulla appoſita adnotatione, vel quod ita in MSS. Regiis, quos in Præfatione generali citamus, legebatur, vel quod ita legi debebatur, veluti ſcribæ menda, qui diphthongos & vocales mire confundere ſolent, caſtigamus. Loca varia Conſtantini, præcipue ex libris de Thematibus, quos ex Operibus veterum Scriptorum, & præſertim Stephani Byzantii concinnaverat, auctoritate item veterum Scriptorum, & imprimis Geographorum paſſim emendamus & illuſtramus. Hieroclis autem Synecdemum Opus de Provinciis ac Urbibus Imperio Orientali olim ſubjectis, a Scriptore noſtro citatum, & ex quo multa ad verbum, ut ajunt, exſcripſit idem Porphyrogenitus, integrum poſt libros de Thematibus ideo edidimus, ut facile utrumque opus conferri poſſet. Librum vero de adminiſtrando Imperio, qui, quod multa contineat aliis Hiſtoricis ac Geographis vel ignota, vel ab eis ſilentio prætermiſſa, difficillimus intellectu videtur, quo potuimus modo, illuſtrare conati ſumus, præſertim ea quæ de Dalmatia ſcribit. Cur autem Animadverſiones ad Porphyrogenitum, libris octo Commentariorum ſubjungamus, cum tamen idem Scriptor libris de Antiquitatibus præmittatur, in Præfatione generali exponimus. Quia vero utrumque hoc Porphyrogeniti Opus ad Geographiam maxime ſpectat, operæpretium viſum eſt præmittere binas tabellas ad Conſtantini deſcriptionem elaboratas, quæ quidem ad intelligentiam Operis Conſtantini, & eorum quæ ex variis ſubinde Scriptoribus a nobis recenſentur, maxime conducunt; nam, ut ait Eumenius in Oratione pro reſtaurandis Scholis, ubi de Tabulis Geographicis verba facit, *Manifeſtius oculis diſcuntur, quę difficilius percipiuntur auditu*, atque adeo lectione; neque abs re laudantur veteres illi ejuſmodi πινακογραφίας inventores, Seſoſtris nempe Ægyptius, & ex Græcis Anaximander, Hecatæus, Democritus, Thales, Eudoxius, aliique *ὀυχιαίῳ πῃ τάχα τινὶ σχήματι τὴν ἀπείρονα περιλάβοντες*, ut loquitur Euſtathius in Præfatione ad Dionyſii Alexandrini Περιήγησιν. Prima igitur Tabella, quam hic proponimus, *Orbis Romani deſcriptionem*, ſeu, *diviſionem per Themata ſub Imperatoribus Conſtantinopolitanis poſt Heraclii tempora factam*, continet; quæ quidem diviſio deſcribitur a Conſtantino Porphyrogenito libris duobus de Thematibus Orientis, ac Occidentis. Altera vero Tabella *Imperii Orientalis, & circumjacentium Regionum ſub Conſtantino Porphyrogenito, &*

ejus prædeceſſoribus deſcriptionem exhibet ; eo quidem modo quo a Porphyrogenito Imperium Orientale & circumjacentes Regiones deſcribuntur in libro de adminiſtrando Imperio. Utramque autem hanc Tabellam ad noſtram Conſtantini editionem adornavit Guillelmus de Liſle, e Regia Scientiarum Academia vir inter Geographos noſtri ævi celeberrimus ; atque ejusdem Adnotationes & explicationes in utramque Tabellam hic ſubjungimus ; deinde Tabellam quæ Themata continet, proponimus ; nam alteram quæ ad librum de adminiſtrando Imperio adornata eſt poſt pag. 24. in fronte Animadverſionum in eundem librum exhibemus. Alphabeta vero Sclavonica, quæ Tabella prima pag. 66. a nobis exhibita repræſentat, exſcripſimus ex Grammatica Sclavonica MS. quæ aſſervatur in Biblioteca Colbertina num. 3876. cujus hic titulus: *Grammatica Sclavonica ſcripta per Joannem Uſervicium Sclavonum celeberrimæ Academiæ Pariſienſis ſtudioſum Theologum. Pariſiis Anno a Nativitate Filii Dei* 1643. Alia vero Alphabetica Sclavonica, quæ ſequenti pag. Tabella ſecunda exhibentur, exſcripſimus ex Theſauro Linguarum totius Orbis, Gallico idiomate conſcripto, auctore Claudio Durer. Cæterum monendus eſt etiam eruditus Lector, ſæpius a me in Commentariis in Antiquitates CP. Nomiſmata Imperatorum CP. citata fuiſſe veluti altero volumine edenda ; quæ quidem poſtmodum, mutato conſilio, aliud in tempus, & opportunitatem edenda miſi ; quippe nummorum ſeriem, non a Conſtantio Chloro, aut a Conſtantino Magno ejus filio ducimus, ſed a Trajano Decio, qui diu ante Conſtantinopolim conditam regnabat. In iiſdem etiam Commentariis pollicitus fueram multa diſſerere in Præfatione generali de Nicephoro Calliſti, ac ejus operibus ; verum poſtea res ipſa monuit ut ea omnia in diſſertationem de Nicephoris, quam ad editionem Operum S. Nicephori Patriarchæ CP. paramus, conjiceremus. De ſerie autem Chronologica Imperatorum & Patriarcharum CP. quam tomo primo poſt capitum indicem proponimus, nihil in Præfatione generali diximus, quod illa jam typis mandata, amici monuere, ut eam ſeriem adornarem, ſicque Lector, quæ fuſius a nobis libro octavo Commentariorum diſputata fuerant, uno veluti intuitu percipere poſſet.

GUILLELMI DE L' ISLE, E REGIA SCIENTIARUM Academia, Adnotationes in Tabulas Geographicas ex Conſtantino Porphyrogenito ab eodem adornatas.

IMPERII ROMANI, quale media ætate fuit, Deſcriptionem adornare cogitanti viſum eſt id maxime perfici poſſe, ſi Conſtantinum auctorem ſecutus, Imperii Provincias, limites, & accolas populos, ut ab ipſo deſcribuntur, exhiberem. Hoc opere jam affecto, ſubiit plurima in eo eſſe quæ adnotationibus indigerent, quod ab opinione communi in aſſignando locorum ſitu nonnunquam receſſerimus; ſimul quod nonnulla, de quibus docti hactenus dubitaverant, ut perſpecta propoſuerimus: id vero qua de cauſa factum fuerit aperire operæpretium videbatur.

Et primo quidem eam quam Conſtantinus proponit Imperii Romani diviſionem in Themata, diverſam eſſe ab antiquis ejuſdem Imperii diviſionibus in Provincias neceſſarium non eſt ut moneamus, cum nomina ipſa diverſa eſſe, & a recentioribus Græcis ab urbe quadam aut ab inſula nobili cuique Themati attributa Conſtantinus ipſe pluribus in locis doceat. Hoc igitur unum ſuſcipimus, ut ea quæ a Conſtantino traduntur illuſtrando, veteres urbes quas ille enarrat in memoriam revocemus, & uniuſcujuſque loci ſitum aperiamus; ut Geographia mediæ ætatis hactenus neglecta, perinde ac cæteræ ejus ſcientiæ partes celebretur.

Coloneam unum ex Thematibus Orientis Conſtantinus ait intra has urbes Neocæſaream, Nicopolim, Arabracenorum oppidum & Tephricen contineri: ſed quam notæ priores duæ tam, alteræ poſteriores ignotæ. Facem tamen hujus Thematis ſitum quærenti prætulit idem ſcriptor, dum *Camacham* in eo urbem & quidem limitaneam contineri docet. Eam Arabs Nubiæ *Camch* appellat, ſexque dierum itinere ab Amaſea ad Euphratem fluvium ponit ſupra *Malatiam*; *Melitenem* Arabes ita vocant: inde Coloneam ad Euphratem porrigi comperi.

Lycandi Tematis ſitus non melius dignoſcitur, cum Lycandus ipſa eique vicina Tzamandus nullo ſcriptori, qui quidem ad nos pervenerit, celebrentur. Verum cum *Euphratiam* in eo Themate contineri ſcribat alio loco Conſtantinus; *Euphratiſia* autem, quam non diverſam ab *Euphratia* ſemper judicavi, eadem ſit, teſte Procopio in Perſicis, quæ *Comagene* olim dicta fuerit; hinc perſpexi quantum illa ex parte pateret Lycandi Thema, didicique eas quas modo nominabam urbes Lycandum & Tzamandum, has eſſe quarum ruinas Alepum inter & Malatiam vir longinquis peregrinationibus celebris Paulus Lucas vidiſſe ſe teſtatur.

Abaram & *Lariſſam* urbes in Sebaſteæ Themate nominat Conſtantinus. Urbem *Lariſſam* nomine reperi in Tabula Theodoſiana Cæſaream inter & Comana Cappadociæ, quam non diverſam eſſe puto a *Lariſſa* Conſtantini noſtri; nam quod ad *Abaram* ſpectat, eam eſſe quam prope Sebaſteam Ptolemæus *Sobaram* appellat, controverti non poteſt.

In Chaldiæ Themate paulo majores difficultates occurrere; nam præter Trapezuntem caput, cætera juxta ignota; lux tamen ex Conſtantino affulſit, dum ait in Celtzene Thematis hujus parte locum fuiſſe

qui *Suburbanum Gregoræ* diceretur. Eum locum Notitia Eccleſiarum Armeniæ ab Uſcano Uſcavanchi Epiſcopo adornata *Surb-Grigor* appellat, & ad Orientem urbis in illis regionibus nobiliſſimæ Erzerum ſitam, duobus aut ad ſummum tribus ab ea milliaribus diſtare ait. Eundem autem locum eſſe quamvis immutato nomine eo libentius judicavi, quod multis ex locis Conſtantini noſtri appareat, Chaldiæ Thema ad Orientaliorem Imperii partem Iberiam & Armeniam verſus pertinuiſſe.

Monendus eſt etiam eruditus Lector, *Parthenopolim* inter urbes, quibus Optimatum Thema conſtat, a ſcriptore noſtro numerari, quam tamen in Paphlagoniæ Themate Tabula noſtra exhibeat. Cum enim Optimatum Thema Billæo fluvio circumſcribatur, urbs autem nomine *Parthenopolis* nulla cis eum fluvium reperiatur, ſed in Paphlagonia ad Parthenium flumen, eamque Arabs Nubiæ, qui *Partheniam* appellat, triginta milliaribus a Samaſtra ad meridiem diſtare tradat, omnium potius ſcriptorum inter ſe conſentientium, quam Conſtantini ſolius auctoritati adhærendum judicavi. Hactenus ad primam Tabulam quæ Imperii Themata exhibet: nunc ad alteram accedendum eſt, quæ in populis circumjacentibus maxime verſatur.

Serviæ Bulgariam verſus Rhazenam urbem limitaneam Conſtantinus nominat: eam ad Moravam fluvium reperi, indeque edoctus ſum antiquos ejus Regni limites; nam ad urbem uſque Niſſam, aut etiam paulo ulterius noſtra ætate extenditur.

Quam ſcriptor noſter *Turciam* nominat, eam *Hungariam* hodie appellari; fluvioſque *Danubium*, *Sabam*, *Titzam*, *Criſum* & *Timeſem*, a popularibus, *Danube*, *Save*, *Teiſſe*, *Keres* & *Temes* indigitari conſtat.

Moraviam etſi Turciæ ad meridiem prætendi ſcribat Conſtantinus, apparet tamen eandem fuiſſe regionem quam Turcæ olim incoluerunt, itaque in Tabula notavi.

Serviam Magnam ad Occidentalem Hungariæ partem poſui, quamvis nihil aliud ſcriptor noſter, niſi eam Chrobatiæ Albæ, & Franciæ prætexi tradat. *Franciam* autem intelligimus eam *Germaniæ* partem, quæ *Francis* olim ſubdita erat.

Quod ad Chrobatiam Albam attinet, ad montes *Chrobatos* porrectam fuiſſe Conſtantinus ait; hos autem non diverſos eſſe ab iis, quos *Crapack* populares vocant, nominum affinitas ſuadet.

Patzinaciam ad meridiem Selina fluvio in Mare Ponticum circumſcribi, ad Septentrionem oppido Sarcel idem tradit. Et *Selinam* quidem non diverſum eſſe a *Soulina* fluvio judico, quem Tabula MS. Maris Pontici CPoli deſcripta ad unum ex oſtiis Danubii exhibet, quamvis hunc Danubium inter & Boryſthenem fluere, colligi ex Conſtantino poſſe videatur.

Quod vero ad *Sarcel* urbem ſpectat, eam eſſe quam *Bielogrod* Ruſſi vocant, eo facilius evinco, quod utroque nomine *Albam Urbem* ſignificari conſtat. Accedit quod *Sarcel* oppidum a Chazaris conditum tradat Conſtantinus, *Bielogrod* autem prope eam regionem ſita ſit, quam Chazari olim incoluerunt. Nemini igitur negotium facere debet quod ſcriptor noſter ait, Sarcel ad *Tanais* fontes conditam; hinc enim potius judicandum eſt, *Tanaim* fluvium ſcriptoris noſtri ſuperiorumque ætate appellatum fuiſſe, quem recentiores *Donetz* aut *Minorem Tanaim* indigitant, ad cujus ortus *Bielogrod* viſitur; erraſſeque eos qui *Tanaim*

eundem esse scripserunt qui accolis *Don* vocatur. Nam præterquamquod *Sarcel* oppidum trecentis aut amplius a Chazaria milliaribus dissitum fuisse non est vero simile; *Tanaim* etiam ex Riphæorum montium prope paludem Mæotidem jugo effusum, in Mare Ponticum erumpere, omnium veterum auctoritate confirmatur: hoc autem *Dono* fluvio non convenit, ad cujus fontem ne montium quidem vestigia apparent.

Patzinaciæ limitibus ita perspectis, ad interiora regionis me converti, sed nulla ibi difficultas; *Danaprim* enim, *Danastrim*, *Bogu* & *Almata* fluvios quis dubitaverit eosdem esse quos *Nieper*, *Niester*, *Bog* & *Alma* appellamus? *Aspron* vero & *Bielogorod* Bessarabiæ ejusdem urbis nomina esse apparebat, cum utrumque *Albam Urbem* significet. Jam *Munitiones Borysthenis* a scriptore nostro vocari, quas *Porouys du Niester* indigitare solemus tam certum quam quod certissimum: nam quod ad *Sacarata* & *Salmacata* spectat, eas urbes esse quæ indigenis *Czecrin* & *Zamochan* dicuntur, facile mihi persuasi.

Russiæ urbes scriptor noster recenset *Cioabam* sive *Ciabum*, *Busegardam*, *Tzernigogam*, *Nemogardam* & *Miliniscam*. Has *Kiovie*, *Vizgrod*, *Tzernigove*, *Novogrod* & *Msenesk* Russi etiamnum pœne integris nominibus vocant.

Chazariam olim vocatam constat, quam *Minorem Tartariam* posterior ætas appellavit. Ei proximas *Bosporum* aut *Panticapæum*, *Chersonem*, & *Tamatarcha* sive *Phanagorium* urbes facile agnovi non alias esse quam *Bospero* vel *Kerci*, *Chersone* & *Taman*. Nam quod ad *Climata* spectat, ea ad sinum quem *Calamati* vocant fuisse nomen ipsum indicat. Capham sciens prætereo, quod nemini urbs nobilissima ignota esse debet.

Cabaros Chazariæ gentem in Tabula non notavi, quod nihil in Constantino nostro reperiretur, quo situm eorum edoceri possem. Vero tamen simile est, *Cabardiniæ* Ducatum ad montem Caucasum, quem Magnus Moscoviæ Dux inter titulos præfert, a *Cabaris* nomen traxisse.

Zichiam Arrianus eodem quo Constantinus loco ponit: *Circassia* nunc vocatur. Hanc inter & Caucasum Papagiam & *Casachiam* ponit Constantinus. Posteriore *Cosachos* populos, qui Ukraniam nunc incolunt, oriundos crediderim.

Abasgiæ iidem nostra qui Constantini ætate limites: *Abcasios* incolas appellamus; sed hi quidem paulum immutato nomine; Alani vero simul veterem patriam, & antiquum nomen servaverunt, si celebertimo Chardinio pag. 99. credimus.

Uzos, pulsis Patzinacitis qui *Geech* inter & *Atel* fluvios habitabant, sedes suas in ea regione posuisse testatur scriptor noster; hos autem *Jaic* & *Volgam* hodie appellamus.

Sed hæc facilia, sicut *Lazicam* prius *Colchidem* dictam fuisse, teste Procopio: cetera ardua, & in quibus pœne hæserim. De regionibus Imperio ad Orientem circumjacentibus loquor, quæ mutatis antiquis nominibus, nec nova diu retinuerunt. Ejusmodi sunt Phasiane, Taronis Regio, Terra Principis Principum, cæteræque juxta ignobiles, Romanorum & Saracenorum præda.

Earum regionum situs maxime dignosci posse visus, si Theodosiopolim nobilem urbem ubi sita olim fuerit, aperirem. Hanc vero duobus & quadraginta stadiis ab Euphratis fluvii fonte meridiem ver-

ſus diſtare Procopius I. Perſicorum ſcribit; quo comperto cætera facilius exequar.

Terram principis Principum Armeniæ, qua Perſiam attingit, prætextam fuiſſe docet Conſtantinus, plureſque in ea urbes recenſet, quarum tres *Chliat*, *Altzice* & *Salamas* Abulfeda nobiliſſimus inter Arabes Geographus ad lacum, quem Mare Vanum appellamus, ponit paulum immutatis nominibus; *Chalat* enim, *Argiſch* & *Solamas* ab eo vocantur. Alias duas *Arzes* & *Pexeri* Arabs Nubiæ *Arzac* & *Barcoſi* appellat. Monuit etiam illuſtriſſimus doctiſſimuſque Euſebius Renaudot, eam quam *Mantzicierti* ſcriptor noſter vocat, *Malaſkerd* Arabibus nuncupari; unde Tibium & Care cum in eadem regione fuerint, non longe a cæteris diviſas fuiſſe comperi.

Ex ſupra dictis Phaſianes ſitum facile quivis conjectabit; hanc enim Tibicum ab Imperio dirimere, proximeque Theodoſiopolim ſitam eſſe pluribus ex locis Conſtantini liquet. Et ſane cum *Phaſim* fluvium, a quo Phaſiane *Eracem* alio nomine dictum fuiſſe idem doceat *Araxem* eum fuiſſe judico, qui proxime Euphratem, nec longe a Theodoſiopoli flueret: eoque Romani ac Iberes Scriptoris noſtri ætate dirempti pacto, ut omnibus trans eum fluvium Iberum Imperio adjectis, cætera Romanis cederent; quod eo monui, ne quem falleret *Phaſis* alter Colchidem præterfluens.

Maſtatum & Abnicum nec ipſæ longe a Theodoſiopoli. *Adranutzium* vero ſive *Arzen* ea eſt quam *Erzeroum* cæteri, *Arzen el Roum* Arabes vocant: hanc obſervationem eidem eruditiſſimo Renaudot acceptam refero.

Taronis regionem *Muſam* nunc appellari docet Notitia Eccleſiarum Armeniæ, nobiliſſimamque in ea urbem Bidlim nominat: unde crediderim planitiem fuiſſe quam *Sahara Mouche* Abulfeda appellat, in duorum dierum iter patentem, quæ nomen a *Mouche* urbe traxerit, niſi ad montes *Moſchicos* undique eam cingentes appellationem & urbis & loci referre malis.

Apachunen fuiſſe puto, quam *Hacbac* non multum diverſo nomine eadem Notitia appellat. Quod vero ad *Baſparacan* attinet, multa impellunt, ut non diverſam a *Terra Principis Principum* fuiſſe exiſtimem. Hanc enim circa lacum ſive *Mare Vanum* jacuiſſe, jam probavi; huic autem lacui regionique *Varaſpuracan* nomen eadem Notitia attribuit, quod alteri illi *Baſparacan* omnino affine eſſe nemo non videt.

AN-

Edit. Paris. pag. 1.

ANSELMI BANDURII

RAGUSINI,

MONACHI BENEDICTINI MELITENSIS

ANIMADVERSIONES IN CONSTANTINI Porphyrogeniti libros de Thematibus, & de Administrando Imperio; necnon breves Notæ ad Opuscula Agapeti Diaconi, Basilii Macedonis Imp. & Theophylacti Bulgariæ Archiepiscopi.

ANIMADVERSIONES IN LIBRUM PRIMUM

DE THEMATIBUS.

Numerus, qui hisce Animadversionibus appositis in margine passim occurrit, respondet illi, quo textus Græcus est distinctus.

1. Τοῦ πορφυρογέν. Βασιλίου, &c.) Titulus hic in Codice Regio sic habetur; Φιλοσόφου Κωνσταντίνου υἱοῦ Βασιλίου Λέοντος τοῦ σοφοῦ, nimirum *Constantini filii Imperatoris Leonis cognomine Sapientis Opus elaboratum.* Constantinus autem hic pluribus a Scriptoribus laudatur a studio literarum; nam & jacentes liberales artes in decus pristinum restituit, & ipse imprimis literis deditus erat, ut testantur Cedrenus, Zonaras, Glycas, aliique. Primis porro imperii annis oppressus ille soceri tyrannide, seu necessitate coactus, seu dissimulata, quam in Romanum gerebat simultate, libris legendis ac disciplinis ediscendis, atque adeo scriptioni totum se dedidit, quod præ cæteris testatur Luithprandus lib. III. cap. IX ubi illius pietatem ac studia commendat hisce verbis: *Constantinus itaque Porphyrogenitus tum orationi tum lectionibus vacans, totum se Domino commendabat, opere manuum victum quæritans. Sane.* ἦν ζωγράφος, *id est picturam pulcre exercebat.* Suæ demum factus potestatis, oppresso tyranno Romano, ac ejus filiis, Philosophiæ & Rhetorices, cæterarumque omnium & artium & scientiarum studia pene deperdita ita instauravit, ut urbs Regia viris eruditis, quos ex universo orbe accivit, abundare cœperit. Collectis insuper undique optimorum Scriptorum in omni doctrinæ genere exemplaribus, Palatinam Bibliothecam iis instruxit, quæ non tam ipsius quam publico omnium usui foret. Verum cum tantam tamque immensam librorum molem plerosque ab eorum lectione deterrere posse putaret, ipse, ut Principem decuit, singulorum utilitati consulens, auctores omnes qui idem argumentum tractavetant, ut in unum corpus compingerentur, curavit, resectis superfluis, ac selectis ex unoquoque scriptore locis iis quæ quisque elegantissime tractaverat. Tales sunt Excerpta libri ab illo collecti, ut libri titulus & argumentum declarant. Alii non ipsius esse Constantini, sed ejusdem Augusti jussu collectionem istam factam volunt, quam nescio cui Dionysio Uticensi adscribit Nicolaus Guibertus in Assertione de Murrhinis pag. 23. cum aliis, ut Jacobus Mausacus ad Plutarchum de Fluminibus pag. 194. authoris nomen ignorari omnino contendant. Ita Excerpta libros ab eodem esse collectos plerique volunt. Sed & Nonus Medicus in libri de morborum curatione proœmio Constantini jussu præceptiones omnes medicas ex variis Scriptoribus (horum tamen suppressis nominibus) collegisse se testatur. Ejusdem item argumenti, id est, Medicinæ habetur Anonymi Scriptoris liber in Bibliotheca Regia περὶ ζωίων, seu de ciborum facultate; cujus quidem auctor in præfatione, Porphyrogeniti jussu id se operis aggressum testatur. Verum his, & si qui præterea ejusmodi libri ad notitiam nostram non venerunt, & magnitudine operis & utilitate longe præstant collectanea historica in tres & quinquaginta titulos, seu locos communes ab eodem Constantino, aut potius illius jussu comprehensa. Horum quinquaginta trium tractatuum (singuli repræsentabant librum in duo volumina divisum) primus Imperatorum renunciationem, vigesimus septimus Legationes, quinquagesimus Virtutes & Vitia commemoravit. Sed neque huic consilio, quo Porphyrogenitus præclarum in modum de literis mereri contendebat, respondit eventus: quippe posteaquam illud Pandectarum Historicarum Opus solum a plerisque legebatur, Græcorum auctores quamplurimi, ex quibus illud erat compositum, neglecti, cum non amplius describerentur, tandem interierunt non absque magno rei litterariæ detrimento. Quin hæc ipsa Porphyrogeniti jussu concinnata Miscellanea modo non omnia perierunt, ex quibus libros tantum duos, vigesimum septimum de Legationibus, & quinquagesimum de Virtutibus & Vitiis injuria temporum reliquit nobis superstites; illum quidem partim Fulvius Ursinus, partim Davides Hæschelius; hunc vero Nicolai Fabricii Peirescii beneficio servatum Henricus Valesius (iis Excerptis omissis, quæ jam in Auctorum operibus separatim emissis reperiebantur) ederunt. Ex libris autem quos Constantinus ipse conscripsit, plures editi habentur, quorum aliquot in unum volumen compegit Joannes Meursius, nimirum Libros duos de Thematibus Orientis & Occidentis: Librum de Administrando Imperio: Novellas Constitutiones aliquot; necnon fragmentum ex Opere Tactico ejusdem Constantini: sed hoc quidem Opus Tacticum integrum & absolutum extat MS. in Bibl. Coisliniana. Habentur insuper aliquot alia Opuscula ejusdem Porphy-

pag. 2.

rogeniti seorsim edita, atque in primis Vita Basilii avi Imperatoris publicata primum a Leone Allatio, deinde a Combefisio, qui & ejus de Imagine Edessena narrationem pariter edidit Græce & Latine, ut & Anonymi historiam libris IV. comprehensam a Michaele Theophili filio, in quem desinit Chronicon Theophanis, usque ad Michaelem Methystam; quam quidem ipsius Constantini jussu conscriptam testatur in libri titulo ac proœmio, in quo & vitam Basilii Macedonis ab ipso nepote Constantino mira sermonis elegantia conscriptam asserit. Laudatur præterea ab Allatio in syntagmate de Symeonibus Sermo de relatione corporis Sancti Joannis Chrysostomi in urbem; qui quidem sermo habetur MS. in Codice Regio olim Telleriano. Multa etiam stricta oratione composuisse Constantinum tradit Zonaras. Ex quibus omnibus manifesto liquet, Constantinum non modo fuisse omnibus disciplinis excultissimum, sed & litterarum extincta pene studia rursum instauraſse, virosque eruditos, propositis præmiis, ad ea promovenda impulisse.

Edit. Paris. pag. 3.

Τὸ Πορφυρογέννητος) Porphyrogeniti cognomen unde sit ortum pluribus a viris doctis jam disputatum est. Vide Martinum Hankium de Byzantinarum rerum Scriptoribus part. 2. cap. XV. vide & Ducangii utrumque Glossarium.

Περὶ τῶν θεμάτων) Θέμα varias significationes obtinet, sed quid hic significet hoc nomen pluribus capite sequenti docet Porphyrogenitus. Verum mihi non probatur quod ait Bonaventura Vulcanius in Notis ad eundem Porphyrogeniti locum, Θέμα *provinciam* non significare, neque θεματικὰς *provinciales*. Nam licet Θέμα non significet integram provinciam, eo modo quo prius divisum fuit in eas Romanum Imperium, cum quælibet ex iis dissecta fuerit in plura θέματα, tamen θέματα ipsa *provincias* quasi minores significant, & θεματικὰς *provinciales* dicuntur, quod non solum patet ex his duobus Porphyrogeniti *de Thematibus* libris, sed etiam ex aliis historiæ Byzantinæ Scriptoribus. Vide Ducangii Gloss. Græc.

Καὶ τοῦτο ἰσχυρὸν, &c.) Sic ex MS. Reg. nam in editis particula, ἐ desideratur. Sic paulo infra perperam legitur in editis ἀρχίζουσι pro ἀρχαίζουσι.

Εἰ δοκεῖ, πρῶτον, &c.) Ita MS. Codex. In editis vero: πρῶτον μὲν οὖν τὸ καλούμενον ἀνατολικὸν, εἰ δοκεῖ, χαμηδιώρυγα. ἔστι δὲν τοῦτο ἀνατολικὰ θέματα, ἤγουν τῆς μικρᾶς Ἀσίας. 2.

Οἱ δὲ λεγεῶνες τοσαῦταί τινες μαρτύρουσι λέγουσι Κερραυνοφόλοι, &c.) Sic ex MS. In editis legitur; οἱ δὲ λεγεῶνες αἱ τῆς μ. μαρτύρουσι, ἐ ἀπὸ Πισιδίας, &c. Κερραυνοφόλος autem interpretati sumus *fulminatrix*, id est, legio; quippe legionis fulminatricis mentio occurrit in quibusque inscriptionibus, quas profert Janus Gruterus; ex quo quidem hic describere easdem commodo lectoris consulentes non gravabimur. Prima habetur Romæ in Capitolio columnæ marmoreæ rotundæ incisa:

NOMINA. LEG

II. AVG.	II. ADIVT	IIII. SCYTH
VI. VICT	IIII. FLAV	XVI. FLAV
XX. VICTR	VII CLAVD	VI. FERRA
VIII. AVG	I. ITALIC	X. FRETE
XXII. PRIM	V. MACED	III. CYREN
I. MINER	XI. CLAVD	II. TRAI
XXX. VLP	XIIII. GEM	III. AVG
I. ADIVT	XII. FVLM	VII. GEM
XIII. GEM	III. GALLIC	III. ITALIC
I. PARTH	II. PARTH	III. PARTH

Altera etiam Romæ apud Maffæos reperitur incisa in columna persimili, in qua præter hasce legiones, adhuc aliæ tres habentur, versu antepenultimo, hoc modo:

NOMINA. LEG

II. AVG.	II. ADIVT.	IIII. SCYTH
VI. VICT	IIII. FLAV	XVI. FLAV
XX. VICTR	VII. CLAUD	VI. FERRA
VIII. AVG	I. ITALIC	X. FRETE
XXII. PRIM	V. MACED	III. CYREN
I. MINER	XI. CLAVD	II. TRAIAN
XXX. VLP	XIIII. GEM	III. AVG
I. ADIVT	XII. FVLM	VII. GEM
X. GEM	XV. APOL	II. ITALIC
XIII. GEM	III. GALLIC	III. ITALIC
I. PARTH	II. PARTH	III. PARTH

pag.

Tertia inscriptio extat extra Tarraconem in villa versus mare, quam e Schoeti schedis edidit Gruterus; & sic habet:

D. O. M.
IVLIO. SECVNDO
QVI. VIXIT. ANN
XXXVIII. M. III. D. X.
C. IVLIVS. RVSCHVS
LEG. XII. FVLMINAT
LIBERTO. BENE
MERENTI. FECIT

Quarta reperitur Romæ in æde sancti Alexii, in Aventino, in ara marmorea candidissima:

C. VETTIO. C. F
COL. NIGRO
DOMO. ANTIOCHIA
SYRIA. VETERANO
LEG. XII. FULMINAT

MILIT. ANN. XXVI
VIXIT. ANN. LVII
EX TESTAMENTO

Quinta denique inſcriptio, ubi Fulminatricis legionis mentio occurrit, extat Ariminl, ad portam ſancti Andreæ; & ſic habet:

M. AELIO. AVRELIO
THEONI AVG
IVRIDICO. DE. INFINITO. PER. FLAM
E T. UMBRIAM. P I C E N V M. SODALI
HADRIANALI. PRAETORI. TRIBVN. PLEBIS
ADLECTO. INTER. QVAESTORIOS. TRIB
MILITVM. LATICLAVIO. LEG. III. CLAVD
ITEM. TRIBVNO. MILITVM. LATICL
LEG. XIII. F V L M I N A T. D E C E M
VIR. S T L I T I B V S. I V D I C A N D I S
OB. SINGVLAREM. ABSTINENTIAM
INDVSTRIAMQ. EXHIBITAE. IVDICAT
ORDO. ARIMINENSIVM
PATRONO.

Quæ autem legio in hiſce inſcriptionibus & etiam alibi dicitur *fulminatrix*, in Notitia dignitatum Imperii Orientis appellatur *fulminea* ſic: *Præfectura Legionis duodecimæ Fulmineæ, Melitenæ*. Unde Henricus Valeſius, lib. v. cap. v. Euſebii Eccleſiaſticæ hiſtoriæ λεγεῶνα κεραυνοβόλον, *Legionem fulmineam* interpretatur; monetque in Annotationibus ad eundem Euſebii locum κεραυνοβόλον *fulmineam* interpretandum eſſe, non *fulminatricem*, ut Onuphrius & Scaliger aliique; ſed falli Valeſium hac in re nemo non videt; nam paulo ſuperius productæ inſcriptiones, quas ſane non abs re protulimus; omnino contrarium docent. Et fulminea itaque & fulminatrix Legio illa XII. ab Auguſto inſtituta, & a Veſpaſiano Imperatore in Cappadocia locata, nuncupata fuit. Cæterum quod ait Euſebius laudato loco, hanc legionem κεραυνοβόλον appellatam fuiſſe Marco Antonino Imperante; quod cum adverſus Germanos & Sarmatas pugnaturus aciem inſtrueret, & fitl cum exercitu conficeretur, precibus a Chriſto pluviam Legio illa, quæ Chriſtiana erat, impetravit, & fulminum jactu hoſtium copiæ in fugam verſæ ac extinctæ fuere: jamdudum monuit Scaliger in animadverſionibus Euſebianis, Legionem fulminatricem ab hoc miraculo nuncupatam non fuiſſe, quippe quæ diu ante tempora M. Antonini ita vocata fuerit. Docet id manifeſte Dio Caſſius lib. LV. ubi Legiones omnes enumerat: quod ſane confirmatur ex inſcriptionibus a nobis paulo ſuperius adlatis. Neque audiendus Xiphilinus qui κεραυνοβόλον Legionem illam appellatam eſſe ait ob miraculum illud quod paulo ſuperius ex Euſebio retulimus, ut putant viri docti. Vide Annotationes Valeſianas in librum v. Euſebii.

Edit. Pariſ. pag. 5.

Καὶ ἄλλα Μαρμαρίδι, &c.) In Notitia dignitatum Imperii Orientalis habetur, *Cohors tertia Valeria Marmaræ*. Et ſic fortaſſis Scriptor noſter confundit Legionem cum cohorte, quæ Marmaræ degebat.

Τυγχάνουσα) MS. Codex habet, τυγχάνουσαι.

Πολλάκις δὲ καὶ φαντάσματα) Particula ἡ ex MS reponitur.

3. Ὡς ὁ σοβιεσκὶ) Editi, ὡς ὁ Ἰωαμπολίτης.

Οὐκ ἐν γὰρ νίκαι, &c.) Sic in MS. legitur.

Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀνέβη) In editis deſideratur præpoſitio ἀπὸ.

Καὶ ὡς τάχος κατέλιξεν, &c.) Sic ex MS. In edit. legitur, Ἕως ὡς ταῦτα κατέλιξον ἐπὶ Ῥωμαίων ἀρχὴ μέχρι καὶ σήμερον.

Νυνὶ δὲ συναθροίσας ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴς, &c.) Sic ex MS. Codex. In editis legitur; νυνὶ δὲ συναθροίσας κατὰ τὰς ἀνατολὰς ἡ Δυσμὰς ἡ Ῥωμαίων βασιλεία ἡ ἐκεῖ παραδόσεις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, &c. Tot autem Imperii calamitatibus originem Heraclium dediſſe, provocata in ſe numinis ira, dum Monothelitarum hæreſim temere ſuſceptam pertinacius tueretur, nemo ignorat; quippe ab Heraclii temporibus Saraceni Maometho duce caput extulere, & Romanum Imperium jam tum alioqui Perſarum armis conceſſum magnis cladibus affecerunt: Paleſtina, Syria atque Ægypto ipſomet Heraclio regnante ſubactis.

Λεγγίνα γὰρ λέγω, &c.) Longini appellationem pro eo qui mille viris præeſſet non agnoſco; nam qui mille militibus præerat, Romanis Tribunus, Græcis χιλίαρχος dicebatur, quemadmodum Centurio & ἑκατόνταρχος qui centum viris præerat. Λεγγίνος autem, ut ait Ducangius, idem qui Λογχάρχης, nimirum *Agminis* ſeu λόγχης *Dux*. Polybius Epiſcopus in Vita Epiphanii, πλοῖα ἴσχων ἓξ ἴδια, ἐμβιβάσας ἐν ἄλλοις πέντε, ἓξ ἔδωκε Λεγγίνοις τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ χρήματα, ἀνέπλευσε πρὸς τὸ πρόσθεν εἶναι. Extat in Anthologia lib. VI. Epigramma Κυριακὸς Λεγγίνος. Laudat item Ducangius, ſeu potius Meurſius hunc Porphyrogeniti locum; ſed ibi Conſtantinus λεγγίνος cum χιλιάρχῳ confundit. 4.

Τὸν δὲ Εὐφράτην τόπον) Sic MS. Codex.

Ἡ γὰρ ἀνατολὴ, καθάπερ ἔφαμεν) Sic MS. Codex. 5.

Ἐν σωτῆρι) Ita MS. Codex. Editi σωτηριώτατοι.

Φρυγία Σαλουταρίου) Sic MS. Codex. Editi Φρυγία Σαλουταρίας. In Notitia dignitatum Imperii Orientis Φρυγία Σαλουτάρις: & quidem in eadem Notitia Imperii occurrit mentio cohortis primæ Salutariæ inter Æliam & Hierichunta, & alia primæ Juthungorum Salutariæ. Sed vide Guidi Pancirolli Commentarios. Vide & Orelium.

Εἰς αὐτὴν Ἀττάλειαν) Hanc urbem expugnavit Iconienſis Sultanus an. MCCXII. ut eſt in Chronico Altiſſiod. Deſcribitur vero a Tyrio lib. 16. c. 26. Vide Leunclavium Pand. cap. 180. 6.

Τὰ δὲ ἀνὰ τὸ Ἀκρῶν) Ita MS. Codex. Editi, τὰ δὲ ἀνὰ τὸ Κρῶν. At Ortelius ex Hiſtor. Miſcella 21. refert *Acronium* locum ſic dictum circa Phrygiam.

Φρυγία Κατατιανὴ) In MS. legitur, Φρυγία ἡ Πακατιανή; neque dubito quin in MS. Codice, ex quo ſuam editionem adornavit Vulcanius, ita legeretur loco Κατατιανὴ. At in Notitia dignitatum Imperii Orientis dicitur *Phrygia Pacatiana*. *pag. 6.* Ubi Pancirolus hæc habet: *Minor Phrygia* poſtea *Pacatiana*, forte ab Ovino Pacatiano eſt dicta, qui ſub Conſtantino P. P. Orientis in ea diu reſedit, ac Conſul & P. V. fuit, *l. 4. C. Th. de ſponſali. l. 2. C. Th. de advocat. fiſc.* Ab Oriente habet Cappadociam: ab Occaſu Phrygiam majorem ſeu Salutarem vocatam: a Septentrione Galatiam; ab Auſtro Lydiam, &c. Sic Pancirolus. Unde crederem hic etiam pro Capatianes legendum Pacatiana.

Καλοῦνται ἀνατολικαί) In MS. legitur. κελεύονται ἀνατολικοί.

Ἀρχὴν μὲν ἔχω ἀπὸ τ Μαρῶ) Perperam legitur in MS. ἀρχὴν μὲν ἔχοι ἀπὸ τῆς Μικρᾶ.

7. Καὶ ἑκατονταρχίαι, &c.) Hæc in Editis deſiderantur.

8. Οἵτινές εἰσι τὰ ἀργυρᾶ μυσόρια τὰ ἀπόγλυφα) Nimirum, *cujus ſunt albæ lances ſculptiles*. Editi habent, ὑτινῶν εἰσι τὰ ἀργυρᾶ μυσόρια; quæ Vulcanius interpretatur, *cujus ſunt argenteæ tabellæ ſculptiles*. At μυσόριον non *tabellam*, ſed *lancem* ſignificat. Vide Ducangii Gloſſ. Græc. Ovidius, *celata lanx*.

Ἐπιγεγραμμένον ἔχοντα τοιοῦτον) Sic MS. perperam legitur in Editis, ἐπιγεγραμμένον ἔχον τοιοῦτο; nam refertur ad μυσόριον.

Καὶ αὐτοὶ γὰρ μόναρχοι ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἀποστολῆς) Sic MS. Editi vero, καὶ αὐτοὶ γὰρ μόναρχοι ὑπὸ τ ἀποστολῆς, ἦσαν μικρᾶς Ἀσίας.

Καὶ ἀβραδήρου τὰς πομπὰς) Editi, καὶ ἀβραδήρου τὰς χεῖρας. 9.

Ἀλλὰ δὲ τυρίωνος ὑποτεταγμένη. ὑπὸ δὲ τ, &c.) Sic MS Editi vero, ἀλλὰ δὲ τυρίωνος ὑποτέθειται.

Ὡς ἐν τοῖς τῆς ἁγίας μαρτυρίου διηγήσεως) Sic MS. Perperam in Editis, ὡς ἐν τοῖς τῆς ἁγίας μαρτύρων διηγήσεως. Sed optime Vulcanius ibidem ad marginem notat, *forte μαρτυρίου διηγήσεται*.

Ἀπὸ μὲν καὶ ἀσκαλῶνος) Sic MS. atque ita legendum διὰ χεῖρος eruditus Vulcanius conjecerat. Quid vero Σκριπόρα, vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Καὶ τὰς τῆς ἑρατινῆς τροφὰς) Editi habent, καὶ τὰς τῆς ἑρατινῆς τροφάς.

Καὶ ταῦτα μὲν τὰ τῆς Ρωμαίων) Sic MS. Editi vero, ἡ ταῦτα μὲν Ρωμαίων.

Ἡ τῶν Ἀσίαν) MS. ἡ τῶν Βασιλίων. Et paulo infra Editi Παμφύλων loco Πεμφυλίων.

Τυρμάρχαι) Sic MS. perperam habent Editi, τερμάχαι, ſed δίσεχον eruditus Vulcanius conjecerat legendum τυρμάρχας. 11.

Καὶ δεξιολάβοι ἱππεῖς) Hæc vox occurrit etiam in Actis Apoſtolorum cap. 23. ubi vulgata verſio habet, *Lancearios*. Eraſmus eo loco idem ſignificare ait δεξιολάβους, quod δεξιβόλους, nimirum *dextros & peritos funditores* aut *jaculatores*. Suidas & Auctor Etymologici σφενδόνηται interpretantur. Theophylactus Simocatta lib. 4. Hiſt. προσέτι δὲ καὶ δεξιολάβους δυσμάχους ἐκτήσατο, καὶ τοὺς ἀντρέας τούτου καταφρόνησεν.

Οὗτος Μένιππος ὁ τὰς καθ ἑσπέραν τὰς ὅλας εἰκοσίβιβλον ἀναγράψας) Menippus iſte, quem hic laudat Porphyrogenitus, idem ſane eſt qui Pergamenus, celeberis ille Geographus, cujus mentio occurrit in Epitome Artemidori Epheſii; quæ cum Marciano Heracleota edita eſt. Menippi hujus periplum τῆς δύσεως citat Stephanus in Ἐφύσσα, Χαλδία, Χαλδία. Idem Stephanus ejus periplum Bithyniæ advocat in Χαλκηδών: item periplum Paphlagoniæ in Τίος. Atque idem periplus ſignatur in Ἀμάστρις; quippe quæ vicus Paphlagoniæ eſſe dicatur. Vide de Menippis Voſſium. 12.

Οὗτος Πανσανίας, &c.) Sic MS. in Editis hæc tranſpoſita ac inverſa habentur.

Οὗτος Μένανδρος) At Menander iſte Protector non ſub Juſtiniano ſed ſub Mauricio floruit, ut ipſe de ſe teſtatur apud Suidam; narrat quippe inter cætera, quomodo prius, non, fratris ſui Herodoti exemplo, legibus operam dederit, & eloquentiæ deditus regiam porticum frequentarit; ſed amarit equeſtria certamina, pantomimorum ſaltationes, ac palæſtras, ſimileſque nugas; donec Mauricius ſuſcepiſſet imperium: tum te amore captum Muſarum; poemataque, & hiſtorias audiſſe avide; magnam etiam noctis partem iis impendiſſe; animum quoque appuliſſe ad ſcribendam hiſtoriam, eamque aggreſſum ab obitu Agathiæ. Vide Suidam in Verbo Μένανδρος. Cæterum ex hujuſce Menandri hiſtoria luculenta habes fragmenta in Legationum Eclogis; quas e MSS. Codicibus primus edidit David Hœſchelius Auguſtæ Vindel. anno Chriſti 1603. *Ecl. Legat. Paris. pag. 70.*

Συμμαχίδαν) Sic MS. perperam in Editis, ἐμμαχίδας.

Τῶν γὰρ Καππαδοκίων) Cappadociam pluribus laudibus ornat Juſtinianus Imperator Novell. 31. atque inter alia, ait: γῆ τε αὐτοῖς ἐστὶ πολλὴ τὸ μὴ δυσμικὸν, μὴ ὕπαιθρος τῷ βασιλεῖ, ὁπόσῃ ἀρχὴν, ἐπιτήδεια τοῖς ἐκεῖσε κτήσεσιν ἴδιαις, πρὸς πολιτικὰς ἀρχὰς ἐκ ἐλάττων, μᾶλλον μὲν οὖν ἢ μείζων. 13.

Εἰς τὴν Κατάονίαν) De Cataonia videndus præter Geographos Æmilius Probus in Datamene.

Καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ Ταύρου Ταυρησίων) MS. pro Ταυρησίων habet Ταυροπολιτῶν.

Ἐν ᾗ Καισάρεια ἡ πόλις) Juſtinianus Imperator paulo ſuperius citata Novella præclarum huic urbi ſimul & Cæſari elogium tribuit: πολυανθρωπότατον τι γὰρ καθέστηκε, inquit, de Cappadocia loquens ἢ πόλει τὸ παρίζηται μητρόπολιν, ἥ τοῦ φιλτάτου Καίσαρος ἡμῖν ἐτυμήσατο, τοῦ δοῦναι ἀρχὴν ἀγαθὴν τῷ καθ ἡμᾶς μοναρχίᾳ. διὸ δὴ ἐν ἅπασι τοῖς ἐφ ἡμῖν ἔθνεσιν ἀνωμαλώτατόν ἐστι τὸ τῶν Καισαρέων ὄνομα, ἢ ὅτερ ἡμῖς αὐτ' ἄκρα τοῖς ὑφ ἑ βασιλεῖς συμβόλαια σεμνυνόμεθα. Hanc civitatem, μίαν μὲν τῷ πυρίσθλῳ, ὅπλῳ δὲ ἢ γνώμῃ, atque adeo totam Cappadociam, ſub unum Proconſulem redegit Juſtinianus; penes quem eſſet poteſtas τῆς πολιτικῆς, τῆς στρατιωτικῆς, καὶ τῆς ταμιακῆς, quorum officiorum diſtractio frequentes antea diſſenſiones excitabat. Sic Vulcanius in Notis ad eundem Porphyrogeniti locum.

Ἡ τῶν Κολωνίαν) De Colonea loquitur Porphyrogenitus infra Themate decimo; ubi ait, ab hoc caſtro inditum Themati nomen. Vide Scylitzem pag. 814. Edit. Reg. Taxara vero poſtmodum appellatum fuiſſe tradit Nicetas in Manuele, lib. 1. n. 2.

Μέχρι αὐτῆς Ῥοδάντου) Cedreno & Curopalatæ dicitur, *Rodantum*.

Καὶ τοῦ φρουρίου τοῦ καλουμένου Ἀδάνων) Occurrit etiam locus iſte apud eundem Conſtantinum in Baſilio cap. 32. & 35. & apud Annam Comnenam pag. 411. E R. Scylitzæ Ἄδανον caſtrum Tarſo vicinum. 15.

Καὶ αὐτῆς Ποδανδοῦ) Sic MS. Editi vero habent Σποδανδοῦ. Cedreno, Curopalatæ ac Zonaræ dicitur Ποδανδός. Appellatur etiam a Porphyrogenito in Vita Baſilii, cap. L. editionis Combefiſianæ, Ποδανδός, atque hunc locum Tarſo vicinum fuiſſe ſtatuit, necnon a nomine fluvii loco appellationem inditam ſcribit: Ταῦτα πρὸς Θεὸν μὲν συντρεβὴς καρδίᾳ καὶ δακρύοις τοπαίοις προσδεξάμενος ἡ αὐτὸς, ἄρας τοὺς Ῥωμαϊκοὺς δυνάμεις, εἰσῆλθε κατὰ Ταρσοῦ· καὶ κατὰ δὴ τὸν τόπον γενόμενος, ὃς λέγεται Ποδανδός, ἔνθα καὶ ὁ ὁμώνυμος ῥεῖ ποταμός, &c. *Hæc ad Deum contrito corde, multiſque lacrymis compreccatus atque locutus, aſſumptis Romanis cohortibus adverſus Tarſum proficiſcitur. Atque ubi ad locum venit, cui Podandus nomen (ubi etiam recurrit fluvius ejuſdem nominis)* &c. Annæ Comnenæ dicitur Σιμὰ τὸ Ποδανδός.

Καὶ Ἄδανα) De Adana, Ciliciæ urbe loquuntur Anna Comnena pag. 339. E. R. Scylitzes pag. 656. Zonaras in Romano Diog. pag. 226. Nicetas in Joanne. *Athena* dicitur Tudebodo pag. 784. Roberto Mon. pag. 44. Guiberto lib. 3. cap. 12. *Addena* Raimundo de Agiles pag. 146. Adanum & Tarſum accurate deſcribit Willebrandus de Agiles pag. 146. Adanum & Tarſum accurate deſcribit Willebrandus ab Oldenborg. in Itiner. Vide Joſephum Barbarum in Itiner. Perſic. pag. 461. &c.

Καὶ ὧδε μὲν) Sic MS. perperam in editis legitur, ἢ ὧδε μὲν, &c.

Εἶτα ἄλλα τινὰ τῆς βασιλείας) Editi, εἶτα ἄλλων τινῶν τῆς βασιλείων.

Εὐδοκιμήσαντος) Editi habent, παραδοκιμήσαντος.

Διὰ τὸ ὄντα αὐτὸ πλησίχωρον) Sic MS. Codex; *pag. 8.* & mox ἀ τοῦ, ἀϊ, &c.

Πρὶν ἀ τῆς Ῥωμαίων ἀνῃρῆσθαι βασιλέως) Ita MS. Codex. 16.

Ἀρχέλαος ἀνδρὶ, ὅτα ὁ συγγενὴς Ἡρῴδου) Sic MS. Codex. Et quidem non abs re, nam ſic ſcriptor declarat, quænam affinitas fuerit inter Archelaum & Herodem; cujus quidem filius Alexander Glaphyram filiam regis Cappadocum in matrimonium duxerat. Συμπενθερία enim eſt affinitas inter duos ex filiorum vel filiarum nuptiis, ſic ut uterque ſocer dicatur, hic quidem reſpectu nurus, alter reſpectu generi.

Μετὰ δὲ ταῦτα, &c.) Editi, κ᾽ δὲ ταῦτα.

Εὐσεμολόγει) Sic MS. Codex. Perperam in editis legitur, ἐθεσμολόγει.

Ἀπὸ τῆ μεγάλη Καίσαρος Ἰουλία) At Svidas v. Καισάρεια, tradit Cæsaream, quæ antea Mazaca, sic appellatam fuisse a Tiberio Cæsare, postquam Archelao illam ademisset. Sozomenus vero lib. v. Hist. Eccles. cap. 4. dicit Cæsaream a Claudio nomen accepisse. Et idem legitur in Histor. Tripart. lib. VI. cap. IV. Cæterum de *Mazaca* sic loquitur Solinus cap. XLVII. *Mazacam sub Argæo fitam Cappadoces matrem urbium nominant: qui Argæus nivalibus jugis arduus, ne æstivo quidem tempore pruinis caret: quemque indigenæ populi habitari Deo credunt.*

17. Ρηγοδαντῶν) Ita MS. Editi, Ρηγοδαντίων.

Καὶ φρυγίου τὸ καλούμενον Κόμυ) In MS. legitur, καὶ φρύγιον τὸ καλούμενον Κόμυ.

Τῶν δὲ τρίτων Καππαδοκῶν) Sic MS. Codex. In editis desideratur τὸ, τρίτων.

Λύδρων) Editi habent, Λυκρων. At Λύδρων dicitur & Ptolomæo.

Καππαδόκαι φαῦλοι) Hoc Epigramma, quod hic Constantinus mutilum duobus ultimis versibus profert integrum habetur in Anthologia lib. II. cap. XLIII. tit. εἰς πονήρους, hoc est, *in Malos*; auctorque ipsius dicitur Demodocus; & sic ibidem legitur.

Καππαδόκαι, φαῦλοι μὲν ἅπαν ζώνης δὲ τυχόντες,
Φαυλότεροι, κέρδη δ᾽ ἅρπαν, φαυλότατοι·
Ἢν δ᾽ ἅρμ᾽ ἢ τριβόλους ἢ τρεῖς μεγάλους ἁρπάσωσιν ἀνῆνες,
Δὶ τότε γίγνονται φαυλοτριφαυλότατοι.
Μὴ, λίσσομαι βασιλεῦ, μὴ τετράκις, ὄρθιμε δῆτε
Κόσμον ἐλισσόμενον καππαδοκιζόμενα.

Quod sic ad verbum, ut ajunt, interpretatur Lubinus:

Cappadoces semper mali, cingulum vero nacti
Pejores: lucri vero gratia pessimi:
Cum vero bis aut ter magnum prehenderit currum,
Tunc sane evadunt mali ter & amplius.
Ne, supplex oro, rex, ne quater dicam, ne ipse
Mundus corruat Cappadox redditus.

In MS. Porphyrogeniti primus versus sic legitur: Καππαδόκαι, φαῦλοι μὲν ἅπαν. ζώνης δ᾽ ἅπαξ, &c. At in editis & in Anthologia, Καππαδόκαι, & ζώνης δὲ τυχόντες: ubi quidem Brodæus sic monet: Milites ignavissimi sunt Cappadoces. Festus. apud antiquos toti succincti pugnasse dicuntur. Servius. omnes qui militant cincti sunt, aut certe ineffacaces, ut contra præcinctos strenuos dicimus, unde & Græce ἄζωνοι, non qui bonam zonam habet (est enim ζώνη armorum apparatus Homero) sed qui est strenuus. Moschopulo, ἀλκφοὶ, ἢ μᾶλλον περὶ τὴν ζώνην ἀχθοι ἐπιφερόμενοι. Atqui ζωννύσθαι eidem Iliad. λ. arma induere est. Pausanias. τὸ δὲ ἐνδύεσθαι τὸ ὅπλα ἐπίλοιπον οἱ πολλοὶ ζώννυσθαι. ἀπόζωσαι quoque apud Herodianum pro exautoravit, & cingulum amittere pro militia cedere comperi. Gregorius. οἶδα καὶ ζώνην τὴν στρατιωτικὴν λέγω ἐξ ἀνδρείας, καθ᾽ ἣν ἄζωνοι Συρίας καὶ μανίζωνοί τινες ὀνομάζονται. an ζώνης ex Svida ἀκινήτου καὶ ἀξιώματος τυχόντες enarrari potest? μεγάλου ἁρπάσωσιν ἀνῆνες. Si currum aut rhedam apprehenderint. convitiari ac βαρβαρίζειν solere ait Demodocus Cappadoces, proverbium intuens, *de plaustro loqui*. Svidas. Ibi τὸ ἐκ τῆς ἁμαξοκαπηλείας. Etymologici auctor in dictione ἅρματος μᾶλλον. φαυλοτεροφαυλότατοι. mali ter amplius. βασιλεῦ. Rex Jupiter. μὴ τετράκις. dicam. κόσμος. ne orbis terrarum labatur. ad servitutem natos Cappadoces fuisse prope liquet, cum quibus S. P. Q. R. ut sui juris liberique essent concessissent, ut regem habere sibi liceret poposcerunt, negantes vivere gentem sine rege posse. Justinus & Strabo. Jure igitur Cappadoces servi sunt Persio saty. 6. & Martial *Quid te Cappadocum fex onus esse juvat*. at eorum fidem elevat saty. 7. Juven. nec obscura est paræmia, τρία κάππα κάκιστα, Cappadoces, Cretenses, Cilices. eam nationem a Philippo Alexandri patre domitam tradunt Justinus & Orosius, quibus in hoc fidem nullam habeo. Isthæc Brodæus ad laudatum Epigramma adnotaverat.

Edit. Paris. pag. 9.

Καππαδόκαι) Hoc etiam Epigramma habetur in Anthologia paulo superius laudato loco. 18.

Ἐκ δὲ τούτων καὶ τοιοῦτα) Sic MS. Editi, ἐκ δὲ τούτου τοῦ τοιοῦτα, &c.

Ὁ Καισαρείας ἐπίσκοπος) Perperam legitur in Editis, ὁ Καισαρείας ἀρχιεπίσκοπος. 19.

Νεῦσί δὲ ἐν τῷ βίῳ Ἀποστόλων τινί) Sic MS. Codex.

Νευκράτιος) Sic MS perperam in Editis Παγκράτιος legitur; quippe Naucratius appellabatur & non Pancratius unius ex decem fratribus sancti Basilii.

Θρᾳκίων δὲ ἐπαινίδησαι) Aliam Θρᾳκίων originem adfert Eustathius in Dionysium. De Thracum vero fortitudine præclare Justinianus Novella κε'. ἐκεῖνο μὲν ἀναμφιλογωτάτον ἐστὶ ὅτι περ ἄλλα μὲν Θρᾳκῶν ἀνεμάσθη χωρία, διὸς ἀσυνδρόμητος τῷ λόγῳ, ἢ τῷ ἀνδρείᾳ, ἢ στρατοπέδοις πολέμιος, καὶ πολέμων καὶ μάχης ἄπειρα. πολλὰ γὰρ ἐγγὺς τε καὶ πόρρω τῆς χώρας κατέσκαπται ἐκείνης. 20.

Ἀνὴρ τις μετὰ ὑ γυναικὸς, &c.) Sic in MS. perperam legitur in Editis, κώμη τις μετὰ γυναικὸς καὶ υἱοῦ τέκνων κ᾽ Μυσίας ὑῷ, &c.

Πρὸς ᾧ ὁ πόλεως τείχει) Sic MS. Codex. Editi vero, φρὸς τὸ πόλεως τείχος.

Ἡ γυνὴ τῶ Θρᾳκὸς) Ælianus libro de Animalibus VII. cap. XII. aliter hanc historiam narrat, Pæoniis mulieribus eam laudem tribuens: Τῇ μὲν κεφαλῇ, inquiens, φέρουσι ὑδρίαν μεστὴν ὕδατος, καὶ ἅμα ἀνέχουσι αὐτὴν, ὡς τὸ ἐπαυλὲς βαδίζουσαι, ἀτρεμοῦσάν τε ἐκ πάσης διαμένουσαν τῆς ὑδρίας· ἐξηρτῆσθαι δὲ τοῦ κόλπου ἑκατέρωθεν τὰ βρέφη· ἢ τὸν μὲν βραχίονα τὸν ἑτέρου ἀνέξασα, ἅμα δὲ γόμφιον ἵππον ἐπ᾽ ἀρότου ἄγουσι, ἐκ ταὐτοῦ χεροῖν ἑνὸς λῖνον. *Quod uno tempore, partim capite urnam aquæ plenam ferant, ita cervicem erigentes, ut ipsis ingredientibus immota urna permanens, nulla inclinatione propenderat; partim infantem puerum e sinu suo appensum lacteat, simul & brachio in habenam inserto maritii equum ad aquam ducant, simul & manibus linum neant.* Quo etiam loco adjicit Ælianus, Darium conspecta aliquando muliere Pæonia hoc apparatu instructa, ad subjugandos Pæonas accensum.

Ἡ γάμους τῶ μετὰ τὸ ὕδατος) Sic MS. in Editis vero legitur, ὁ γάμους τῶ μετὰ ὕδατος. Dicitur ὁ γάμος & in Epistol. ad Hebr. cap. 9. 21.

Μίλητος) Perperam in Editis hic & infra legitur, Μίλητον pro Μίλητος.

Εἰσὶ δὲ πόλεις περὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ.) Sic in MS. in Editis vero, εἰσὶ δὲ πόλαι περὶ τὴν Ἀσίαν, ἑπτὰ. At vigesima prima urbs Philadelphia in MS. dicitur. 22.

Θυάτειρα) Nimirum *Thyatira*, non vero *Thyatira* ut Vulcanius.

Κολόσσαι, αἳ νῦν λεγόμεναι Χῶναι) Chonæ olim, inquit Porphyrogenitus, Colossæ dictæ, Urbs Episcopalis Laodiceno Metropolitano subjecta, atque olim Palassæ appellata ut est apud Nicetam in Vita sancti Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani ob Templum sancti Michaelis Archangeli, magnitudine, pulchritudine, & mirabili artificio insigne celeberrima. Et quidem Chonæ olim Palassæ appellatæ dicuntur Nicetæ ipsi Choniatæ in Manuele lib. VI. num. 1. sed ubique vitiose scriptum pro Colossæ mihi persuadeo. Sic ibi Choniates. Ἀφικνοῦται εἰς Χώνας, πόλιν ἀξιάγαστον καὶ μεγάλην, πάλαι μὲν Παλασσαν, ἔστι δὲ νῦν Χώνας. πατρίδα, ἣ ἡ Ἀρχαγγελικὸν νεὼ θαυμάσιον μεγέθει μέγιστον καὶ κάλλει κάλλιστον ἔσται, καὶ θαῦμα τοῖς χαροῦσι ἅπασιν ἔργον ἐκεῖθεν ἐξιλάσκεται. Meminit hujus celeberrimi Templi Chonensis idem Nicetas & in Isaacio lib. II. n. 11. Celeberrimum autem ac illustre fuit hoc templum ob miraculum in Archippo illius Mansionario patratum; cujus quidem historia passim habetur apud Metaphrastem & alios. Cæterum libet hic exhibere binos catalogos urbium, quæ subsequenti ævo nomen mutarunt. Primus ex Baluziano Codice recenti manu conscripto paululum diversus ab Editis, qui sic habet: *pag. 10.*

Οσαι ἀφ' πόλιων μετωνομάσθησαν εἰς ἕτερα.

Ἐπίδαμνος τὸ παῖ Διρράχιον
Τεῖβαλλις ἡ Ἀχελῶϊς
Ἡράκλεια ἡ παῖ Πελαγονίας
Σουσάφορα ἡ παῖ Δαιβόλεως
Ἰλλυριοὶ τὸ παῖ Κάστρα
Εἴσοκα τὸ παῖ Μάγλαινα
Ἀξιὸς ποταμὸς ὁ παῖ Βαρδάρου
Ἄργος Θεσσαλικὸν ἡ Δάρισσα
Ἔτεια ἡ παῖ Κορώνη
Πήδασος ἡ τῆς Μεδώνης
Ταύτην πλησίον ἐστὶ Χειρώνησος ὅτε πολίτης Πύλης, ἡ περὶ Νέστορος, παῖ δὲ πολίτης Ἀβδήρου,
Τρίκκη τὸ παῖ Τρίκκηλα
Θεύπολις ἡ παῖ Πρίσσα
Ἀπολλωνία ἡ παῖ Ἰσμηνὸς, ἡ φρὸς τῷ Ἄθῳ ὄρει κειμένη.
Ἀμφίπολις ἡ παῖ Χρυσόπολις
* Θεσσαλονίκη ἡ παῖ Ἄφυσις, περὶ τὸ Ἄφυ πεδίον. μοῦ Κάρα πεδιάδα
Οὐδομαντία καὶ Στάγειρα ἡ παῖ Μάκρη
Τυμπύρη τὸ παῖ Ῥάσκου
Παμφύλη ἡ παῖ Ἡράκλεια
Τιβεριούπολις ἡ τοῦ Ἡράκλεια
Βιλαστινόπολις τὸ Βιλαστβίνων
Δάτος τὸ παῖ Τυδῶν
Μαρτυρόπολις τὸ παῖ Μιφθικά.
Βόρρα τὸ παῖ Χάλκη
Προσοντίδες δύο, ἡ μὲν κατὰ τὴ Ἄβυδον, ἡ δὲ πρὸς τὰ ἀρκτικὰ τῆ Ψαμμίδος
Γερμανικία Συρίας ἡ παῖ Τελεσσῖνος, Μέλα δὲ κῶμη
Σπαρναὶ ποταμὸς ὁ παῖ Ἀγριμείλαι
Κατάβολα Κιλικίας ἡ παῖ Μάζακα
Λίμνη Γαλάτου ἡ τὰ ἑπτακόσια ἀφ' Ἀλυσσοῦ, πλησίον τὰ φρὸς ἀνατολὰς Γαλατίας, Γαλάται, Γερμανοὶ δὲ οἱ Φρύγες.
Σίρμιον ἡ παῖ Οὐγγρίας καὶ Στρίμωνος, οἱ δὲ Οὔγγροι τὸ παλαιὸν ἐλέγοντο γερμανοί.
Δορίσκος ἡ παῖ Αἴνου.
Ὀδρυσὶς ἡ Ὀρτηνὶς ἡ τῶν Ἀδριανουπολιτῶν
Μακεδονικὸν λίμνη ἡ παῖ Γαλατία
Ποτίδαια ἡ Κασσάνδρεια
Κολωνὸς ἡ Τύρος
Ἀχαΐα ἡ παῖ Πάτρα
Δωρικὴ οἱ Ἕλληνες
Ἀσία ἡ Ἔφεσος
Ἰωνία ἡ περὶ Ἀσίαν
Εὐβοία ἡ Εὔριπος
Βοιωτία οἱ Θῆβαι.
Φθία ἡ Θεσσαλία
Νικόπολις ἡ παῖ Πρίβιζα
Αἰτωλία τὰ Λιγκέστα
Κέρκυρα ἡ Φαιακία.
Δωδώνη ἡ Βιντέζα
Ἠπειρος τὸ Βοδρωτόν
Δελφοὶ τὸ χρυσοῦ τῆ Σίλλου
Δελφοὶ τὸ Ῥαμνοῦσιον
Καισάρεια Φιλίππου ἡ Τανίτυρος, ἡ αὐτὴ τῆ Πανιάδι, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ ὄρους Πανίου
Σαρδικὴ ἡ παῖ Τριαδίτζα
Λάρισσα ἡ Λαρίσα
Θέρμη καὶ Παιονία ἡ Θεσσαλονίκη
Κολοσσαὶ αἱ Χῶναι
Ῥόδος ἡ Φιλιππόπολις
Ἰταλία ἡ Λογγιβαρδία
Μίμας τὸ παῖ Τριαδίτζα
Πύργος τὸ παῖ Πυργάς
Λύδδα τὸ παῖ Πολύσταλον.

Alter vero catalogus hujuſcemodi urbium editus habetur ad calcem libri primi de Thematibus, & ſic habet:

Πόλεων ὀνόματα.

Οσαι ἀφ' πόλιων ἐν τοῖς ὕστερον χρόνοις μετωνομάσθησαν
Ἐπίδαμνος τὸ παῖ Δυρράχιον
Λίσσος, ἡ παῖ Κορώνη
Πήδασος, τῶν Μεδώνων. ταύτην δὲ πλησίον ἐστὶν χερρόνησος μικρά, ἡ τις τὸ μὲν πολλοὶ ἐλέγετο ἡ πάντες, τὸ Νέστορος ἡ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ φθείρουσι· τῶν δὲ πολιτῶν Ἀβδηρίτου
Ποτίδαια ἡ τῶν Βερόης.
Πέλλα τὸ τῶν Κισσῶν
Ἀπολλώνια ἡ τῶν Ἐσμηνὸς ἡ φρὸς τῷ Ἄθῳ τῷ ὄρει κειμένη.
Τρίκκη τὸ τῶν Τρικκαίων
Θεμισόπολις, τὸ παῖ Σκίλλος
Σίτυλον ὄρος, ὁ τῶν Κασσάνδρων
Σπαρτωλὸς τὸ παῖ Πυδνᾶ
Ἔμπορος ὁ παρὰ τοῖς Σαρακηνοῖς Χίμ-
Καὶ Φιλαδέλφεια) Sic in MS. Codice.
23. Οὐλπιανὸν Ῥωμαῖοι λέγετον) Vide Vulcanii Notas, & Gloſſ. Græc. Ducangii.
Καὶ τὰ μὲν κάτω, ἡ περὶ Δάλματον) Sic in MS. In Editis vero legitur, ἡ τὰ μὲν ἡ περιδαλάσσια.
24. Καὶ τῶν καλουμένων Πυλῶν) De hiſce Pylis loquitur Theophanes ad annum XII. Heraclii, necnon Auctor Chronici Alexandrini pag. 325. E. R.
Δαγουδατῶν) Ita MS. Codex. Editi vero Γουδατῶν.
Γραικοὶ, ἀπὸ τῶ ποταμῶ Γράτου) Idem infra ubi de Dialectis Græcorum agit; & quinam communi dialecto uſi ſint deſcribit.
Τῷ μ' ποταμῷ) Sic in MS. Codice legitur.
Πρῶτος οὖν ὁ κόσμον πάντων) Editi, πρῶτος οὖν τῶν ἄλλων πάντων.
Τὸ λεγόμενον Δουκάτον) Ita MS. Editi vero, τὸ λεγόμενον Δουκάτον.
Διὰ τὸ φρεσβεύεσθαι ἐμφανῶς τῶ Βασιλέως) Sic MS. Codex.
25. Μίδωνα) Ita in MS. legitur. Editi, Μιδάνιον. Stephanus, Μιδάνιον. Μίδωνα vero Cedreno & aliis urbs iſthæc dicitur.
Μύρλεια) Idem quæ Apamea Bithyniæ, ut tradunt Suidas & Stephanus, Μύρλεια, πόλις Βιθυνίας. Εἰσὶ Γαλατία, Γαλάται, Γερμανοὶ δὲ οἱ Φρύγες.
Τυρσηνὸν τὸ παῖ Τυρσοί
Μαρτυρόπολις τὸ παῖ Μιφθικά.
Βόρρα τὸ τῶν Ἀμιτζαλῶν
Τύμπρος τὸ τῶν Ῥάσκων
Ἔρυμα ἡ τῶν Κάμπλων
Πεφύκιδες, ἡ τῶν Ἡράκλειαι φρὸς δύσιν
Ἀμίδα τὸ παῖ Ἔμεσα
Οδρυσὶς, ἡ παῖ Ἀδριανούπολις
Δορίσκος, ἡ παῖ Δρυσπορ
Ἱερὸς ποταμὸς ὁ τῶν Δερκίβιων
Κολόσσαι αἱ τῶν Χῶναι.
Σωσίνη, ἡ τῶν λεγομένων Ἀπόρων.
Οὐκ οἶδ' ὅπως οὕτως) Sic ex MS. Codice reponimus.
Μετὰ Δρύγγους) *Drungi* voce uſus eſt Flavius Vopiſcus in Probo, *Omnes*, inquiens, *gentium Drungos uſque ad quinquagenos homines in triumphum duxit*. Δρύγγος, *Caterva militum*: Leunclavius in Onomaſtico Turcico in Græcis appellari ait *Bculum Tribuni*, quem inſtar Scepri gerit, & quem Itali *Batulum regiminis* vocant, a *Trunco*, forte. Leo in Tacticis, cap. 14. §. 9. & ex eo Gloſſæ Baſilicæ. Μοῖρα δὲ ἐστὶν, ὅπου δρύγγος τὸ ἐν τάγμασιν, ἤγουν ἀνδρῶν τῶν λεγομένων Κομήτων συγκίμενον πλῆθος. & §. 42. μοῖρας τὰς λεγομένας δρύγγους. S. Joannes Chryſoſtomus Epiſt. 14. δρύγγους μαζώσαντα, οὗτος γὰρ δὴ οὗτος, ἐκ τῆς λίξης τῶν μανίων αὐτὸν ἐδιήξατο. Vide Ducangii utrumque Gloſſarium.
Εἰ' ἐφ' τούτου κρατοῦντος) Perperam in Editis legitur τοῦ pro τοῦ, & in MS. κρατοῦντα pro κρατοῦντος.
Μετὰ τὸ λαῦ) Sic in MS. & paulo infra τεταγμένους, cum in Editis habeatur. τεταγμένους.
Καὶ τοὺς ἰκανάτους) In voce ἰκανάτους aqua mihi hæret, inquit Vulcanius. At Ἰκανάτοι Scriptoribus Byzantinis Milites Selecti ad cuſtodiam Im-

23. 24. 25. 26.

peratoris vel Palatii dicuntur. Hujus vocis meminit etiam idem Porphyrogenitus lib. de Adm. Imp. cap. 50. ἡ τῶν μὲν Παγκρατιάνων Βασιλικὴ Ἰκανατωτικὴ, ἐ μετὰ τῶτο τρατηγὸς τῶν τῶν Βυκελλαρίων. Præterea Leo Grammaticus, Symeon Logotheta, Anonymus Combefisianus, Cedrenus aliique ex Scriptoribus Byzantinis passim hujus vocis meminere. Sed qui Anonymo Combefisiano, num. 19. dicitur ἄρχων τῆς Ἰκανάτων, aliis peculiari nomenclatura Δομεστικὸς nuncupatur. Nicetas Paphlago in Vita Ignatii Patriarchæ CP. Νικήτας δὲ πρῶτον μὲν ἄκαιρον τυγχάνειν τῆς λεγομένης Ἰκανάτων Δομεστικότητος παρὰ Νικηφόρου φησὶ τῆς τότου ἀφελεσθῆναι, δι' ὃ τὴν ἀπὸ τῶν ἀρίστων ἀφεῖναι κατάσχεσιν. Ex quibus postremis verbis, inquit Ducangius, vel Icanatorum Scholam, vel dignitatem Domestici τῆς Ἰκανάτων, tum primum institutam a Nicephoro Generali Imp. pro Niceta ex filia nepote. Et certe ante hæc tempora Ἰκανάτων mentionem fieri non advertimus, præterquam in Synaxariis 17. Feb. in S. Mena Calliceiada: ὁ μακάριος Μηνᾶς μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ εἰδέᾳ τινὶ Φιλαδελφίᾳ λεγομένῃ, καὶ τῷ Ἰκανάτων καταλόγῳ χολῇ, quæ quidem referunt ad tempora Constantini M. sed hæc sunt subleste fidei. Continuator Theophanis de eodem S. Ignatio: ἡ Νικήτας, ὃς πρώτιστον μὲν τοῖς ὑπ' ἐκ τῶν Ἰκανάτων διώκων ἤρχετο, ἔπειτα δὲ φίλτρῳ τοῦ τρατηγοῦντος καὶ ἐνταῦθα διάγειν αὐτοῦ τὸ δόλιον. Unde conjicere licet Icanatos milites fuisse ex Palatina militia, qui sub dio agebant, contra quam Excubitores. Protospatharii autem ac Domestici τῆς Ἰκανάτων mentio occurrit in Synodo VIII. Constantinopol. Act. 1. Orestes Πρωτοσπαθάριος, καὶ Δομέστικος τῆς Ἰκανάτων. Sed vide Ducangii Gloss. Græc.

Edit. Paris. pag. 12.

Αὐτῷ Ὀπτιμάτων) In Editis legitur, αὐτῷ Ὀπτιμάτε. Sed quod hic narrat Constantinus de Optimatum Themate, intelligendum eum loqui de Optimatum Themate quo modo sua ætate erat; quippe prioribus seculis in pretio fuit Optimatum militia; quod quidem vel hinc colligere est, quod cum suis Protectoribus, quos *Armatos* vocabant, perinde ac Fœderati cum suis pueris militarent, & in Τάγματα distributi, quibus præerant Ταξίαρχοι & Μεραρχαι, in secunda acie constituerentur, ut velites & infirmiores in prima locatos tuerentur. Vide Mauricium Strateg. lib. 1. cap. 3. & 4. lib. 2. cap. 5. & 10. lib. 3. cap. 7. Cæterum Ὀπτιμάτοι in Historia Byzant. uti optime docet & Ducangius, appellati fuere Gothi quos cum Rhodogaiso eorum duce devictos in Augustalem militiam adscivit Stilicho, ut scribit Olympiodorus in Excerptis apud Photium: Ὅτι τῷ Ῥαδογαίσου Γότθων τὰ κεφάλαια Ὀπτιμάτων ἐκαλεῖτο, ὡς ἰδίᾳ σωτηρίαν παρασχόντα χιλιάδας. ὃν κατατελεμήσαν Στελίχων, Ῥαδογαίσου προσταμένου. Ii deinceps in Provincias dispertiti, ei potissimum Asiæ regioni nomen dederunt, in qua sunt Bithyni & reliquæ gentes quas recenset hoc capite Porphyrogenitus.

Τῶν παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένων Κορτελίνων) Qui Porphyrogenito dicuntur *Cortelini*, in L. 1. Cod. Th. de Cohortal. & L. 4. eodem Cod. de Diversis offic. appellantur *Cohortales*. Sic dicti primum Officiales Præfecti Prætorio. Glossæ veteres: Cohortalinus, Θυρωρὸς τῆς αὐλαίας. Hi Præfecti Prætorio Tentorium seu aulam servabant. Postmodum Rectorum Provinciarum Officiales nuncupati fuere. *Apparitores Cohortales* in L. ultim. de Cohort. *Cohortalis militia*, L. 1. hoc tit. *Cohortalini*, L. 26. 28. hoc tit. Edictum Valentiniani & Marciani contra Eutychen, in Concilio Calchedonensi part. 3. cap. 12. ἀλλ' ἰδιωτῶν μετώνυμα τρατιώτων ἀναχώμασι, οἱ μὴ τι ἄρα ἦσαν τῆς Κορτελίνου, ἤγουν ἀκροατῶν. Cæterum viles ii ac infimæ sortis homines habiti. Glossæ MSS. Κορτελίνου, τῆς ἀτιμίας. Glossæ Basilic. Κορτελίνοι, Εὐτελεῖς, Θυρωροὶ ἢ Πρόσταγμα.

27. Ἑλενόπολιν) Helenopolis Bithyniæ est urbs ad Dracontis fluvii ostium, in Nicomediensi sinu, Drepanum olim dicta, & ab Helena Constantini Magni matre, quam in ea natam fuisse ajunt, nuncupata, ut est apud Cedrenum ad annum XX. Constant. Vide Procopium lib. 5. de Ædif. Eusebium lib. 4. de Vita Constantini cap. 61. Philostorgium lib. 2. cap. 13. Socrat. Nicephor. &c.

Γίφυρα, ἣν ἐπώνυμον Ἰκανατῶν) Vide Procopium de Ædif. lib. V. cap. 111. Sangaris autem fluvius Asiæ Minoris, seu Phrygiæ, de quo multa Philippus Maussacus in Notis ad Plutarchum de Fluminibus. Cæterum Epigramma ponti huic adscriptum refertur etiam a Zonara lib. XVI. n 7. *pag. 13.*

28. Βύκελλα γὰρ τὸ παρελληνιστὶ ψωμίον) Gloss. vet. *Buccella*, ψωμίον vocant. Joannes de Janua: *Buccella, morsella panis*. Regula Magistri cap. 27. *In quibus omnibus mensis in suos meros quis Frater de suo pane ternas, non amplius, buccellas intinget*. Ψωμίον autem hic pro pane accipitur, non vero pro quibuslibet cibariis, ut Meursius interpretatur. Quod vero ait Porphyrogenitus Buccellarios a buccella, hoc est, pane vocatos, convenit cum iis quæ habet Thalelæus ad lib. 60. Basilic. tit. 18. §. 29. Βυκελλάριοι λέγονται οἱ παραμένοντες τρατιῶται, ἐκ τῆ, Βύκε, ὀνόματος, ὃ ἐστιν ἄρτος, ἐκλήθησαν Βυκελλάριοι, οἱ ἢ ἄρτον τινὰ ἐδίοντο ἐν αὐτῷ τῷ τῶν παρεμένων αὐτῷ. Sed hic *Buccellarii* dicuntur stationarii milites qui panem alicujus edunt, ut apud eum morentur. Hinc Gloss. Lat. MS. in Cod. Reg 1012: *Adjecta, Buccellarius*. Buccellarii igitur etiam dicti fuere custodes corporis, stipatores, armigeri, domestici procerum, cujusmodi fuit *Occylla Buccellarius Aetii*; a quo occisus est Valentinianus III. Aug. apud Gregorium Turon. lib. 2. Hist. cap. 8. quem cæsum ab *Armigeris* ejusdem Aetii tradit Prosper in Chronico. Ob hanc fortasis causam *Spatharios* & *Buccellarios*, ambulante exercitu, Imperatorem immediate subsequi jubet Mauricius lib. 2. Strateg. cap. 9. Ὀπίσω δὲ αὐτοῦ πάντες τοὺς Σπαθαρίους, ἤγουν αὐτοὺς, τοὺς Βουκελλαρίους. Ex quibus Mauricii verbis apparet Buccellarios ab origine non *fuisse* tantum ad id officii exercitui præstandum destinatos. Idem etiam Mauricius lib. 1. cap. 2. μείζονα δὲ τὰ τῆς μοίρας ἐ ταγματάρχαι ἀρχοντες, ἑκατοντάρχαι, δεκάρχαι, καὶ τιμαρχαι, ἤγουν τετράρχαι, Βουκελλάριοι, καὶ ὁ δὲ ἑτοι, &c. Buccellariorum autem nomen a Buccellato dictum, & primum sub Honorio Augusto auditum scribit Olympiodorus apud Photium in Biblioth. pag. 179. Ὅτι τοὺς Βουκελλαρίους ἐπὶ τῆς ἡμέρας Ὀνωρίου ἱδρύσατο κατ' τρατιωτῶν ἀριθμὸν Ῥωμαίων, ἀλλὰ ἤ Γότθων τινῶν· ὡς δ' ἔτυχε καὶ τὸ ἐνδεόμενον, κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν καὶ συμμιγεῖς ἱδρύσατο πλήθους. Et paulo infra: Ὅτι τὸ ξηρὸν ἄρτον βενέλλατον ὁ συγγραφεὺς καλεῖσθαι φησὶ καὶ χιλάζειν ἢ τῷ τρατιωτῷ ἐπιτήδειον, ὡς ἐν τούτῳ Βουκελλαρίους ἐπιλεξάμενος. Buccellariorum Juniorum mentio etiam habetur in Notitia Imperii Orientis, quam Arcadii Honoriique temporibus concinnatam fuisse putant viri docti. Cæterum quid Buccellatum vide utrumque Ducangii Glossarium; & quæ habet Turnebus de Buccellariis lib. 24. cap. 16. & lib. 26. cap. 15. Rigaltii item Gloss. & Meursii.

Κελλαρίου δὲ ὁ Φύλαξ τοῦ ἄρτου) Cellarius dicitur qui Cellario præest, nimirum cui potus & esca curæ est, qui *cellæ* vinariæ & escariæ præest, promus. Glossæ Græco-Lat. Κελλαρίου, *Penuarius*. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Ταμίας, ὁ κελλαρίου, *Cellarius*, idem qui *Celleranius* & præsertim usurpatur pro officio Monastico. Cyprianus in Vita sancti Hilarii Arelatensis: *Post breve tempus in congregationis Cellarium eligitur. Cœpit [ut] tur attente & studiose illis velle largiri quibus esset necessarium, etiam abstinentiæ amore nihil peteret*. Vide utrumque Ducangii Glossarium.

Μαριανδυνοί) Sic scribitur apud Stephanum, Eustathium ad Perieg. & apud alios. Perperam in Editis, & in MSS. Porphyrogeniti Μαριανδηνοί. Mariandyna autem regio sic dicta fuit a quodam Mariandyno Æolensi, ut ait Strephanus. Eadem scribit & Eustathius ad Periegetæ versum 787. Scholiastes vero Apollonii Rhodii lib. 12. v. 140. Mariandynos dictos ait ἀπὸ Μαριανδύνου τινὸς Κιμμερίου.

Ενεκαλέσαντο δὲ Γαλάται) Galatæ & Mariandyni Porphyrogeniti ævo dicti sunt *Buccellarii* fortassis, quod huic ministerio potissimum addicti essent, seu, ut alii volunt, quod milites Buccellarii olim in ea regione tuenda excubarent in præsidiis locati. Lexic. Græc. MS. Reg. Cod. 2062. Γαλατρατία, ἡ ἀπὸ Βουκελλαρίων χώρα, οἱ αὐτοὶ καὶ Ἑλληνοπολίται γράφονται, ἃ ἑρμηνεύονται. Vide Svidam v. Βουκελλάριοι.

29. *Edit. Paris. pag.* 14. Μέχρι τῆς δεῦρο Καππαδοκίας) Nimirum, *usque ad confinia Cappadociæ*. Perperam interpretatur Vulcanius, *usque ad montes Cappadociæ*.

Καὶ αὐτὴν τὴν Τίον) Paulo infra hanc ipsam urbem appellat Porphyrogenitus, τὸ Τεῖον. Sic apud Scriptores varie scribitur nomen hujus urbis, quippe Τῖον, Τῖος, Τῖμος, Τεῖος & Τεῖον scribitur. Qui vero hanc urbem cum Amastri confundunt admodum errant; quippe Tius ab Amastri distat viginti stadiis, ut habet Stephanus Byzantius, οἱ πάντα ἀπὸ Τίου εἰς Ἀμαστρα τάδια εἴκοσι. At Marcianus Heracleota in Periplo unde hæc videntur deprompta: οἱ πάντα ἀπὸ Τίου εἰς Ἀμαστρα τάδια σά'.

Βασίλειον) Basilæi Episcopatus, sub sede Ancyrana metropoli mentio occurrit in Constitutione Alexii Imperatoris. Βασίλειον autem an idem oppidum, quod Βασίλιννα apud Annam Comnenam pag. 171.

30. Μαρκιανδυνοί) Hic pro Μαρκιανδυνοί in MS. legitur Βαρκιανδυνοί; quod quidem scribæ esse mendum non dubito.

Ἀρχαιότατον ἔθνος ἐστὶ, &c.) Hæc interpretatus sum cum Vulcanio, *stolidissima, & contemptissima gens est*; verum ἀρχαιότατον verti posset etiam *vetustissima gens est*; quippe de Paphlagonibus ita Justinianus Novella κδ'. Τὸ Παφλαγόνων ἔθνος ἀρχαῖόν τε, καὶ ἐκ αἰῶνος καλούσης, ἀλλὰ πολίτευμα, οὐκ ἐξ ἀποικίας μεγάλας ἐκπεμφθὲν, καὶ τάξει ἐν Ἰταλίᾳ σφόδρα ἐπιφανὲς Βασιλείας, ἐν αἷς δὴ καὶ Ἀνκυρανὴ πόλις τῷ ἔθνει τῶν ἐκείνων μητρόπολις κατῳκίσθη, ἡ βασιλικῶν πολλάκις δίκαιον ἐξέπεμψεν.

Κεκυπρωμένῳ διαβεβλημένον) In Editis legitur, κεκυπρωτικὸν ἐξεβεβλημένον, & paulo infra, λέγεται ἔτος pro λέγων ἔτος.

31. Δαδίβρας) Sic MS. & apud Niceta m. In Editis, Δαδυβρας. In Authenticis hæc eadem urbs dicitur, Δαδύβρα.

Κολτζικὴ κολυμβήθρα ἡ ὁ Συκοφάντης) Lacunulam MS. Codex explet, ubi perperam scribitur Κολτζὶς pro Κολτζικὴ & Συκοῦντος pro Συκοφάντης.

Γαζάρῳ) Sic in MS. Codice. In Editis Γαζαρῷ. At Gozan fluvius circa Mediam dicitur 4. Reg. 17. & 1. Paralip. 5. Eumdem Gozen vocat Benjamin Tudelensis.

32. Ἀλλὰ κλησάμενος, &c.) Vide Ducangii Gloss. Græc.

Ἐπὶ δὲ τῆς ἡμετέρας Λέοντος, &c.) Sic MS. Editi vero, ἐπὶ δὲ τῆς ἡμετέρας τοῦ μακαρίου, καὶ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Λέοντος, &c.

33. Κολωνὸς δὲ τοῦτο ὑμνεῖται, &c.) In Editis legitur, πολωνὸς δὲ τοῦτο ὑμνεῖται, καὶ ἱστορεῖται, λόφους καλεῖσθαι Ἕλληνας. Κολωνοὶ autem, vel ut Eustachius vult κολῶνοι, sunt φύσει λόφοι μονοκόρυφοι, μὴ ἀκρωτῆρι δὲ ἀποξυομένοι. παρὰ τὸ κολούειν, ὃ ἐστι κολοβοῦν.

34. Πρὸς τοῖς Ἀραβρακίοις τόποις) Arabracis regionis Armeniæ finitimæ, meminit Nicephorus Callisti, qui etiam tradit, Eustratium Martyrem ex ea fuisse oriundum.

Καὶ τὸν καλούμενον Τεφρικὴν, ἐν ἀρχῇ Χρυσόχειρ, &c.) De Chrysochiro & ejus cæde vide Zonaram lib. xvi in Basilio, ubi Tephricem Agarenorum, & Manichæorum Metropolim appellat. Vide præterea Scylitzem, Glycam & alios.

Περιβόητον ἀρχηγὸν) In Editis legitur, περιβόητον στρατηγόν.

Καὶ Καρβέαν) De Carbea Manichæo, duce bellicosissimo consulendus continuator Porphyrogeniti pag. 103. & 110. E. R. ubi Tephrices condicor dicitur: Ἐνθα ἡ ἐκ προμνηστείας φασὶν ἀφικέσθαι Καρβέαν τὸν Τεφρικῶν οἰκοδεσπότην, καὶ τοῦτο αὐ μέντοι τοῦ χαλκοῦ φθόρου λαοῦ κατηργάσθαι, ἀλλὰ ἡ ἐξ μεγάλων δὴ στρατηγῶν ζυγομαχία λαβεῖν. *Illic Carbeæ* (*cujus supra mentionem fecimus, qui & Tephrices conditor fuit*) *egregie ejus virtutem enituisse; ut non solum gregarios multos atque obscuros interfecerit, verum magnos quoque Duces vivos ceperit.*

Ἀνεψιοῦ Βασίλειος, &c.) Editi habent, ἀνεψιοῦ, ὁ ἐμὸς πατὴρ, μέγας Βασίλειος, ὁ ἐξ, &c.

Ἀλλ' ἐκ τῆς ἀνατολικῆς τῆς μητρὸς, &c.) Sic Editi: MS. vero, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀνατολικῆς τῆς γαστρὸς τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Editi etiam, πολυτεκνίαν γὰρ, &c. 35.

Τζιέρου) In MS. legitur, τζίερου, & paulo infra, τζίερον ἐκλέξω. *pag.* 15.

Εἰς τάξιν δίμαρτος καὶ τόπαρχος, &c.) Sic MS. Codex. Editi vero, εἰς τάξιν δίμαρτος ἐχειροτόνησε, εἶτα ἡγεμόνος, ἐπὶ τῆς χρείας τὸ μακαρίτου καὶ ἁγίου μου πατρός. ἔρημος γὰρ ὢν τὸ πρῶτον, ἡ εἰκότως, κἀμοῦ, καὶ ὁ Τζιμισκὴς, ἡ τις, &c. 36.

Ὀνόματι τῷ ἐξ Ἀρμενίων διαλέκτου Αζώτου ἐκάλουν) Huius vocis meminit etiam idem Porphyrogenitus lib. de Adm. Imp. cap. 51.

Ἐκεῖσε ἐλθὼν πρὸς Λέοντα, &c.) In Editis legitur: ἐκεῖσε γὰρ ἐλθὼν πρὸς τὸ μακαρίτου καὶ ἅγιον μου πατέρα, οὐτωσὶ προσεῖπε τὸν βίον, &c. Ubi nemo non videt Vulcanium perperam hæc postrema verba legisse.

Πρὸς τὸν δυσχείρωτον πόλεμον τὸν Βουλγάρου) Leonis exercitus in Macedonia adversus Bulgaros, rege eorum Symeone pacem turbante, infeliciter pugnavit: sed eos subinde Turcarum auxilio devicit. Vide Scriptores Byzantinos qui Leonis Philosophi gesta memoriæ prodiderunt. 37.

Πρὸς Συμεῶνα τὸν ἀδιάστατον Βούλγαρον) Sic in MS. Editi vero habent, πρὸς Συμεὼν τὸν ἀδιάστατον Βούλγαρον. Et paulo infra pro τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως in editis legitur, τοῦ μακαρίου μου πατρός.

Κυκεῶνος ἐστὶ κἀκεῖ τι τῷ ἐντοίβοντι) Lycandus seu Lycandum olim Λύκανδος dicebatur ob pinguedinem & fertilitatem soli. Vide Ortelium.

Ἐν τῷ περιοίκῳ τῆς πόλεως) In editis legitur, ἐν τῷ περιβόλῳ τῆς πόλεως. Sed melius ἐν τῷ περιοίκῳ, quippe versus finem hujus capitis ait hanc ipsam inscriptionem insculptam fuisse ἐν τῇ πύλῃ τῆς πόλεως. 38.

Ὁ μέγας ἐκεῖνος, &c.) Perperam hæc Vulcanius interpretatur sic: *Magnus ille & celebratissimus Imperator Justinianus, quum Romano Imperio potitus esset, patruus ejus Justinus, unicus prætor Romanorum agminum Cæsar existens appellatus est.* Non enim Justiniano imperante patruus ejus, unicus prætor Romanorum agminum Cæsar existens appellatus fuit; sed Justino Thrace imperante, avunculo Justiniani, Justinianus unicus prætor Romanorum agminum Cæsar existens appellatus fuit; ut facile etiam ex sequentibus videre est. Συγκλητὸν autem Justinianum appellat in Senatu Proclus Quæstor apud Procopium lib. 1. de bell. Pers. Cæsar vero idem Justinianus diu post salutatus fuit, ut tradit Procopius loco citato: Σίττας καὶ Βελισάριος νεανία μὲν καὶ πρώτου ἀνθοῦντα ἥβην Ἰουστινιανὸν δὲ τοιοῦτον ἑορτῆρα, ὃς χρόνῳ ὕστερον ξὺν Ἰουστίνῳ τῷ θείῳ βασιλεῦσαι ἴσχυε. *Sittas & Bellisarius primæ lanuginis adolescentes Satellites erant Justiniani militiæ magistri, qui diu post cum Justino avunculo habuit Imperium.* Justinianus itaque antequam Cæsar appellatus esset magister militiæ erat; unde corrigendus hac in re Porphyrogenitus. Rem totam clarius refert Cyrillus Scythopolitanus Procopii æqualis: Ἰουστῖνος Ἰουστινιανὸν αὐτὸν τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοκράτορα κατέστησε πατρίκιον, ξ ὕπατον ἔτι καὶ στρατηγόν. *Justinus Justinianum ex sorore nepotem suo loco Imperatorem constituit, qui jam erat Patricius, Consul & magister militiæ.*

Θωμᾶς ἐκεῖνος, ὁ περίοικος, &c.) De hoc fortassis Thoma loquitur Justinian. Imp. Novella λε'. Τοῦτον, inquiens, οὕτως ἡμῖν διατεταγμένον, κρίσιν προδιοικῆσαι δίκαιον ἐστι νομίζομεν, ἐφ' ᾧ πρόσθεσαν τῇ τοίτῃ Ἀρμενίας ἀνδρα σοφὸν, ὑπερηκόντα τιμιότητα, καὶ ἀξίαν τοῦ τῆς ἀρχῆς ὄγκου καὶ φιλοτιμίαν. Δίκαιον τοίνυν Θωμᾶν τὸ μεγαλοφρόνεστατον, οὗ μὲν ἀρχῆς ἐπὶ τῆς Ἀρμενίων ἀπέσπασε χώρας, καὶ τ' ἄλλα δὲ ἀνδρα χρεών, καὶ χρείαις ἡμῖν ὑπηρετησόμενόν τε καὶ ἐπαρκέσοντα, αὐτὸν ἐπὶ τῇ τῆς ἀρχῆς ταύτης προβαλέσθαι δικαίως. Hanc Tho. πρόσθεσιν τιμιότητι a Const. vocatum fuisse in jure Vulcan. non alia fortassis ratione, quam quod

39.

eam

eam olim, priusquam a Leone Imperatore Urbis appellationem, dignitatemque accepisset, inhabitasset. Sed quid ἀνάκτιον significet apud Scriptores Byzantinos videatur Gloss. Græc. Ducangii eodem v.

Ἡ διάγουσι ἐνταῦθα παρίστασι) In editis legitur, ἡ διάπλους ἐνταῦθα ἐστίν.

Ἐν τάξει κατοικεῖ) Quid κατοικίον apud recentiores Græcos videndum Ducangii Gloss. Græc.

Edit. Paris. pag. 16. Καὶ ἔστιν ῥητὰ, &c.) Hæc ex MS. Codice reponimus.

Πανάτριχα) Vide Notas Vulcani ad eundem Porphyrogeniti locum; necnon Ducangii Gloss. Græc.

40. Ἐπὶ Λέοντος τοῦ ἀνεψιοῦ βασιλέως) Editi habent, τοῦ μακαρίου τοῦ πατρὸς. Ex paulo infra in Editis legitur, μετὰ δὲ τὸν ἐμὸν πατέρα, τὸν τρισμακάριον τὰ πράγματα διοικήσαντα.

41. Κάμινοι, ἐφ' ᾧ τὸ Κυμίνου λιμήν) Vide quæ de his habet Ortelius.

Αἴγαια) In Notitia Provinciarum MS. Αἴγυμα dicitur. Fortassis eadem quæ Αἴγυρα, inquit Holstenius in Notis ad Stephanum in Αἴγυρα.

Τὸν πρὸς Ἀμφίου ἢ Πύρρου λιμενίσαντα) Editi habent, τὸν πρὸς Δικαίου ἢ Πύρρου λιμενίσαντα.

42. Κασσίρου) In Editis legitur, Διασσίου.

Ἐν ᾧ ἡ ἀπωτέρω ὑγρὰ τὸ σκοτείνον τοῦ λίγυος) Sic MS. Codex.

Τὰ πρὸς Θάλασσαν τῆς ἀκροτόλεως) In MS. legitur, τὰ πρὸς Θάλασσαν τῇ ἀκροτόλει κωμίῳ.

Ἐπὶ δυσμαῖς ἴσως αὐτῆς Μαλόεντος) Sic MS. perperam Editi, ἐπὶ δυσμαῖς ἴσως αὐτοῦ Μαλόεντος.

Κατὰ Ἰασὸν) Editi habent, ἐπὶ τῆς Ἰασοῦ. Hæc ipsa urbs Cariæ Stephano scribitur Ἰασός; apud Athenæum vero in Archestrati versibus lib. III. Ἰασὶ appellatur.

Ἢ δὲ παρ' αἰ Ἰασὶν Κασσιτέλλα ἀμφιρύτη.
Si quando Jasum appulsa Cariæ veneris.

Κατὰ Βαρυλλικὸν κόλπον) Stephanus: ἡ ἐπὶ Διλάνοις Βαρυλλικὸς κόλπος. Nobis vero hic idem sinus Barzylaicus, *sinus Jasius* erit.

Ἡγοῦνται τῷ κοινῷ ὀνόματι Λάδιον) Sic emendo. In Editis & in MSS. legitur Λάτμιον. At Stephanus Barzylam, inquit, urbs Cariæ, quam Cares Andanum appellant.

43. Καὶ αὐτὰ τὰ Βαρύλλια) Perperam in Editis legitur, ἐπὶ αὐτὰ τὰ Μαρύλλια. Vide Stephanum.

Ἡ τοῦ Μαύσσου) Perperam legitur in Editis Μινδάρου, & in MS. M. ΔΔ; nam Μαύσσου scribendum docemur ex Strabone, Ptolemæo & Stephano. Maudus dicitur Pomponio. Strabo lib. XIV. habet: ὑπὲρ δὲ τοῦ Μαύσσου λιμὴν ἔχουσα. καὶ μετὰ ταῦτα Βαργύλια, ἐφ' οἷς πόλις. Στρόβιλος) In MS. legitur, ἐφ' οὗ κολωνὸς Στρόβιλος. Quid Strobilus vide Ortelium v. *Caucasus*.

Ἐν ᾧ ὁ Μαυσώλου τάφος ὁ περιβόητος) Sic MS. Codex. De hoc Mausoli sepulcro loquitur Strabo lib. XIV pag. 451. Εἶθ' Ἁλικαρνασσός, τὸ βασίλειον τῆς Καρίας ἅπασης, ἔχυρα κολωνία ἐφ' ἑνὸς ἑκάστη ὄρους, ἐν τῇ Μαυσώλου τάφος, τῷ τοῦτο ποιήσαντι ἔργον, ὄντι Ἀρτεμισίᾳ τῇ ἀδελφῇ καταλειφθέν. *Deinde Halicarnassus, regia dominorum Cariæ, quondam Zephyra dicta. Ibi Mausoli sepulchrum est, unum de septem mirabilibus mundi spectaculis, quod marito suo Artemisia ædificavit.*

Ἀπανταῦθα δὲ πρὸς ἀνατολὰς, &c. In Editis legitur, ἀπαναβαίνοντι δὲ πάλιν πρὸς ἀνατολὰς; κόλπος εἶτα Οἰδίμιος. Et paulo inferius, ἡ κατέσπαστο pro ἡ κατέσπαστι.

Νῆσον ἡ Ῥόδον αὐτὴν Πελαγίαν) Sic MS. Codex. Editi habent, νῆσον ἡ Ῥόδος αὐτὴ πελαγία ἐξαίρετος. Quæ Vulcanius interpretatur; *insula Rhodus obliquè extenditur*. At legendum esse Πελαγία & non πελαγία præterquam ex MS. docemur ex Antonino, qui insulam Rhodum Pelagiam etiam nuncupatam fuisse scribit.

44. Πόλιν Τελμισσὸν) Sic MS. Editi πόλιν Τελμισσὸν. Τελμισσὸς autem hæc urbs scribitur apud Ptolemæum & Plinium; Τελμισσὸς vero Straboni & Ariano; Urbs Lyciæ.

Φασηλίς) Ita MS. Perperam in Editis legitur, Βασηλίς. Apud Ptolemæum Φασηλὶς scribitur, Lyciæ oppidum; apud vero Plinium & Stephanum, Pamphyliæ.

Εἶτα τὸ Κασίλλιον ὄρος καλούμενον) Editi habent, εἶτα τὸ Κάλλιον ὄρος καλούμενον. Castellium nomen loci circa Palæstinam in Vita sancti Sabæ apud Metaphrastem.

Κιβυρίτις πόλις, ἥ τις ἐστι, &c.) Sic MS. Codex. Duæ hujus nominis urbes apud Strabonem habentur; altera Κίβυρα Magna haud procul a Mæandro flumine; altera vero minor haud procul a Mela fluvio: & de hac quidem secunda videtur hic loqui Porphyrogenitus.

Καὶ ποταμὸν ἐμφανῆ ἔχουσα, &c.) Hæc & sequentia ex MS. reponimus. *pag. 17.*

Ἀπὸ αὐτῆς δὲ Μιλήτου) In Editis pro Μιλήτου ubique legitur Μιλήτου. 45.

Πόλεις δεκαπέντε) Editi habent, πόλεις δεκαπτώ. Binæ urbes ex MS. adjiciuntur. 47.

Κωνστάντα) Sic ex MS. Salamis etiam Constantia dicta fuit, ut scribit Stephanus: Κωνστάντια, ἡ ἐν Κύπρῳ Σαλαμίς. γίνεται ἀπὸ τῆς Κωνσταντίου γενικῆς, &c. Ita habet & Divus Hieronymus, qui etiam subjungit, eam Trajani Imperatoris tempore a Judæis deletam, interfectis omnibus ejus incolis.

Κίμωνα, ἔστι Λευκωσία) In Editis legitur, Κόμβωνα, Κυδώνια, &c.

Τάμασσος) In Editis legitur, Τριμιθία. Apud Ptolemæum & Strabonem hæc ipsa Cypri urbs scribitur Τάμασσος.

Κόρον, Νίμφιον) Binæ hæ urbes ex MS. adjiciuntur.

Καρπάσιον) In Editis legitur, Κάρπασον. Apud Plinium *Carpasium* hæc urbs vocatur. Diodoro, Ptolemæo & Stephano, Καρπασία dicitur. Vide Notas Holstenii in Stephanum.

Ἡ μεταξὺ Κύπρου ἐ νήσου) Sic ex MS. Codice.

Ἀπὸ Κίνυρα ἐ δυσμῶν Κιλίκων, ἐ ἐ Βίβλου τῆς, &c.) Sic in MS. nisi quod pro Κιλίκων, perperam legitur Κύπρου: Stephanus quippe Cyprum insulam nomen accepisse ait a Cypro filia Cinyræ, vel a Cypro flore illic nascente: Κύπρος, νῆσος ἀπέναντι τῆς Παμφυλίας κείμενη, ἀπὸ Κύπρου τῆς θυγατρὸς Κινύρου, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐνταῦθα φυομένου κύπρου. Cinyras rex Cypri fuit, Cilicis filius, qui cum Myrrha filia sua, nutricis astutia, ignarus concubuit, a quo illa Cynaræa dicta, ut scribit Ovidius Met. 10. Cur autem Philostephano Cyprus dicatur filia Cinyræ, vel Bibli, & Veneris, (ut legitur apud Porphyrogenitum in Mⁿ. Codice Regio) ignoro, nisi dixerit verba illa, ἢ ἐ Βίβλου addita fuisse a scriba indocto, qui Cinyram Cypri regem confundebat cum altero Phœniciæ rege, cujus Regia Byblos urbs fuit; & sic pro ἡ τῆς βίβλου legendum esset ? ἐ Βύβλου, subintelligendo χρυσόκομος. Cæterum Etym. in Dionys. Cyprum vocat filium Cinyræ, cum tamen Κύπρος muliebre nomen sit, quod in usu fuit apud Phœnices, ut docet Scaliger ad Eusebium pag. 149.

Ὡς Φιλοστέφανος ἐν τῷ περὶ νήσων) Librum de *Insulis* quem Philostephano Scriptor noster adscribit, necnon Servius in 1. Æn. juxta Codicem Fuldensem, Heraclidi tribuit Stephanus in Ὠλίαρος. Vide Vossium de Historicis Græcis.

Καὶ Ἴστρος ἐν ἀτταλικοῖς Αἰγυπτίων) Liber Istri de *Colonis Ægypti* laudatur a Stephano in Αἰγιναῖος, & Ὠλανος, & a Clemente Alexandrino lib. I. Στρωμάτ. Quo tempore vixerit Ister seuIster, & quos libros scripserit, vide Vossium.

Τὰ βασίλεια Μακεδόνων) Sic MS. Codex: & paulo infra, ἦγε ἐκράτησε, ἐσ' ὅτε, &c. 48.

Καὶ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ) Editi habent, διὰ τοῦ Ἰσοκράτους ὁ ῥήτωρ.

Εἰς πόλεις ιε'.) In Editis legitur εἰς πόλεις ιγ'. sed ex MS. adjectæ sunt, uti supra monuimus, duæ urbes, nimirum Κίμωνα & Νίμφιον.

Καὶ περιτυχὼν αὐτῷ ἐπιστήμων Ἀβυδήνος) Sic MS. nisi quod pro Ἀβυδήνος legitur, ὁ Βυβλήνος.

Καὶ περιήγησιν τῶν νήσων, &c.) In Editis legitur, τοῦ περιήγησιν τὴν βασιλέως, ὁ ἐμὸς πάππος, &c.

Στρατηγὸν Ἀλεξίου) Sic MS. In Editis legitur, Ἀλεξανδρου στρατηγόν. Fortassis quidam ex stirpe Alexii Moselis, nobilis Armenii, qui Cæsar a Theophilo creatus in matrimonium duxit Mariam Theophili natarum minorem natu.

49. Ἢ διὰ τὸ ὑψηλὸν ἢ τόπου, &c.) Nimirum, *vel quod ipsa insula sublimis ac prærupta sit*. Vulcanius hæc interpretatur, *vel quod sublimi ac prærupto loco sita sit*. Eandem ferme Sami etymologiam adfert Eustathius in Homerum: Σάμος γάρ, inquit, ὁ λόφος παρὰ γλώτταν. ἢ ἀπαχὰ φασιν ὀρεσιγενῆ τὰς ὑψηλὰς γλώττας. Scribit etiam Strabo Samum insulam totam esse montuosam: Καλεῖται μὲν οὖν ἡ ἄκρα τῆς Ἀμπελου βλέπουσα πρὸς τὸ τῶν Ἐφεσίων Δρέπανον· ἀπὸ δὲ τοῦ ὄρους ἄκρα, ὃ τοῦτ' ἔλαβε τὴν ἐπωνυμίαν, ὀμωνύμως λέγεται.

Edit. Paris. pag. 18. Ὁ τε Πυθαγόρας ἐκεῖσε, &c.) Sic MS. & infra, ἔστι οὖν, &c.

50. Μίλητ μὲν τῶν Ἐφεσίων) In MS. legitur; μίλητ μὲν τῶν Ἐφεσίων. Et paulo infra pro αὐτῶν ἐλαχε Σμύρνα τῶν τόπων ἀρκτικώτερον scribitur, αὐτῶν ἐλαχε Σμύρνα τὸ δίκαι ἀρκτικώτερον.

51. Σχολιμφίσσητε) Editi habent, χολιόσσητε.

Ἀπὸ γὰρ δὴ ἄκρας Αἰολίδος, ἣν Αἶγα, &c.) Strabo lib. XIII. pag. 423. διὸ δὴ μικροῦ τὸν ἑαυτῶν συλλαβὼν ἐκφέρων αἰγὰς, εἰς Ἀκταῖα, τὴν Ἀρχαῖαν. Corrupte apud Stephanum legitur, inquit Vulcanius, Αἰγάτης Αἰολίδος ἄκρας, quum procul dubio legendum sit Αἶγα, τῆς Αἰολίδος ἄκρας. Ita legendum monuit & Isaacus Casaubonus in Commentariis in lib. XIII. Strabonis: In Stephani, inquit, verbis turpe mendum fustulimus, cum legeretur Αἰγάτης Αἰολίδος pro Αἶγα ἡ Αἰολίδος, &c. Verum Holstenius legendum putat, Αἰγατὶς Αἰολίδος ἄκρας.

Ὁμωνύμως τῷ ζώῳ) Strabo lib. XIII. Αὕτη δὲ μίσχει πρὸς Ἀργινοῦσσαι δυσὶν ἢ τρισὶ νησιδίοις ἄκρας, ἣν Αἶγα τινὲς ὁνομάζουσιν ὁμωνύμως τῷ ζώῳ. Hæc ita Xylander interpretatur: *Ea vergit usque ad Arginusas pertinet, iisque imminens promontorium, quod Ægæ nonnulli appellant, quasi caprum*. Cur enim, inquit Casaubonus, addidisset Strabo ὁμωνύμως τῷ ζώῳ? Apud Stephanum legimus, Αἶγα τῆς Αἰολίδος ἄκρα ἐν Στρέβοις, ἔστων Κυνὶ καὶ Κανὶ λέγεται. Ἀρτεμίδωρος δὲ Αἶξ φησι τὴν νῆσον ἐκ ἀναλόγως. τὸ τοιοῦτο Αἰγαῖος καὶ τὸ πέλαγος.

Ἡ γὰρ φῦλ Ἑλλὰς γλῶττα πάντα διαλέκτους ἐμφαίνει) At Strabo sub initium libri VIII. quatuor tantum Græcorum dialectos recenset, easque ad duas præcipuas, Atticam scilicet & Æolicam reduci posse ait: Jonicam enim ex Attica, Doricam ex Æolica ortam fuisse scribit. Pindarus quoque, quem Dorice scripsisse constat, Æolice se scribere ait, ut Ode prima Olym.

—— ἐμὶ δὲ τερπνὸν
Ἐπέων ἐπιτρόπων νόμῳ
Αἰολίδι μολπᾷ,
Χρή.

52. Καὶ αὐτὸ μὲν τὸ Μιλήτ) Sic MS. Perperam in Editis legitur semper Μιλήτ pro Μιλήτ.

Αὐτὸ τὸ λεγόμενον Λεκτὸν) Sic MS. Perperam in Editis scribitur, αὐτὸ τὸ λεγόμενον Σκετὸ; sed optime Vulcanius Λέκτον legendum scribit; nam a Lecto ad Canas Lesbus porrigitur, ut tradit Strabo. Ita etiam paulo infra legendum.

53. Δῆλον τῶν νῆσων, &c.) Ita ex Codice MS.

Ἀμοργός) Hæc insula una ex Cycladibus quæ Porphyrogenito Ἀμοργὸς dicitur, Straboni & Heraclidi Ἀμοργὶς vocatur, & Ptolemæo Ἀμοργίς.

Προσαγορεύουσιν) Ita habet MS. Codex.

Καὶ προσαρρυσίμενον) Sic MS Perperam in Editis legitur προσαρρυσίμενον.

Καὶ ταῦτα μὲν, &c.) Editi habent, ταῦτα δὲ, &c.

ANIMADVERSIONES
IN
CONSTANTINI PORPHYROGENITI
LIBRUM SECUNDUM DE THEMATIBUS.

pag. 19. 54. Περὶ θεμάτων, &c. τόμ. β'.) In Codice Regio MS. hæc tantum loco tituli habentur: ἐντεῦθεν τὰ περὶ θεμάτων.

Ἐπὶ τῆς δύσεως Εὐρώπης) Eustath. in Dion. περιηγήσεως v. 170. Europam ait vocari omnia ad Occasum sita, ducto ab Hellespontο principio; antiquos vero Scriptores tradere, Vespasianum Imperatorem Thraciam ab Europa diremisse.

Βυζάντιον ἔθνεσιν, ἡ τὸ πρὶν Ῥωμαίων βασίλειον) Urbis CP. elogium præter cæteros Scriptores adornavit Synesius in extremis Philadelphis. Vide item Dionem in Severo.

Ἡ τε Μεσημβρία, καὶ ἡ Σηλυμβρία) Stephanus ex quo pleraque ad verbum, ut ajunt, exscripsit Porphyrogenitus, sic habet: Μεσημβρία, πόλις Ποντική. Νικόλαος τρίτῳ. ἐκλήθη ἀπὸ Μέλητος. βρέφη γὰρ ἡ πόλις φασὶ θρέψαι. οἱ δὲ Σηλυμβρία ἡ τῶν Σύλλων πόλις, Πολυμβρία ἡ Πολυβώ, ἢ τὸ Μιλησιμβρία ἡ Μίλητος πόλις καὶ ἐξ ἧς τὸ ἀποικίσαι λέγεται Μεσημβρίαν. Perperam in Editis & in MS. legitur Συλυμβρία pro Σηλυμβρία. Herodoto quippe lib. VI. c. 33. & Straboni lib. VII. hæc ipsa urbs dicitur Σηλυβρία.

55. Ἔχων ὑφ' ἑαυτὴν πόλεις τὰ' ἑξήκοντα καὶ πεντακοσίους τρ'.) Nimirum, *tenens sub ditione sua urbes tres & quinquaginta*, &c. Perperam Morellus interpretatur, *tres & quadraginta*, &c.

Ἐσήκοντα) In Editis perperam legitur, ἐνήκοντα, quod librarii mendum esse non dubito.

56. Ἐπὶ τῆς τῶν βασιλέων Κωνσταντίνου & Ῥωμανοῦ) De hac Bulgarorum impressione vide Theophanem ad annum XX. Imperii Constantini Pogonati.

Πρότερον γὰρ Ὀνογουνδοῦροι αὐτοὶ ἐκάλουν) Bulgaros Onogunduros quoque & Controgos dictos fuisse scribit Diaconus: Onogundurenses vero dicuntur in hist. Miscella XIX. Hos quidem Unnobundobulgaros & Contragos appellat Theoph. ad annum XX. Imperii Constantini Pogonati: ἐν τούτῳ, inquiens, τῷ χρόνῳ τὸ πρὶν Βουλγάρων ἔθνος ἐπέλασε τῇ Θρᾴκῃ. ἀναγκαῖον δὲ αὐτοῖς ἡγεῖται περὶ τῶν ἀρχαιότητος τῶν Οὐνογουνδοβουλγάρων καὶ Κοντριγῶν, &c. *Sub id vero tempus Bulgarorum gens in Thraciam irrupit. Sane de Unnobundobulgarorum & Contrariorum antiquitate nonnihil hic delibare operæ pretium duco.*

Ἀντὶ Θρᾳκὸς βασιλέως, &c.) Stephanus Thraciam appellatam fuisse scribit a nympha Titanide tantum, ex qua & Saturno Dolonchus natus est: Θρᾴκη, ἀπὸ νύμφης Τιτανίδος, ἀφ' ἧς καὶ Κρόνου, Δόλογκος. Δόλογκοι. ἔθνη τὰ πρώτως ἐσχηκότα Δόλογκοι, &c.) Nimirum, *ex qua & Saturno Dolonchus natus est; unde Dolonchorum natio primum nomen nacta est*. Lacunula, quæ in Editis in textu Græco hic occurrit, expletur ex MS. Codice.

Εἰσὶν αἱ πόλεις ἐναρχίου, &c.) Opus Hieroclis, quod hic & in sequentibus laudatur a Porphyrogenito, integrum editum habes hic a nobis post libros Porphyrogeniti de Thematibus: de quo quidem pluribus in præfatione agimus.

57. Πόλεις δ' τριακ.) Nimirum, *urbes annui* DCCCXXXV. Et sic legitur in MS. & in Hierocle. Perperam in Editis habetur, πόλεις δὲ τριακ. *urbes autem* DCCCXXXV.

Ἀρχὴ καὶ τῆς Εὐρώπης. νῦν βασιλὶς, &c.) Sic in MS. legitur. In Editis transposita sunt.

Edit. Paris. pag. 20. Διό τινες τῶν Δωριέων γλώσσης, &c.) Byzantios Doriensium dialecto usos fuisse nemo ignorat. Vide Demosthenis Orationem περὶ στεφάνου. A quibusnam autem conditum fuerit Byzantium lib. 2. Comment. exposuimus.

Εἴπωμεν, &c.) Sic lego; nam perperam in MS. & in Editis habetur, εἴπομεν, &c. Quæ sic Morellus interpretatur: *Diximus itaque, ut antiquus ordo obtinebat, & ipsarum Præfecturarum nomina exposuimus.* Atqui in sequentibus agit de Præfecturis. Unde interpretatus sum: *Dicamus itaque, ut antiquus ordo obtinebat, & ipsarum Præfecturarum nomina.*

Ἐπαρχία Θρήκης. ἤγουν Εὐρώπης) Hierocles habet, ἐπαρχία Θρήκης Εὐρώπης, &c.

58. Πόλεις ιδ'.) Ita & apud Carolum a S. P. sed quia Eudoxiopolis deerat in Cod. Vaticano, ex quo ille Hieroclis opusculum seu potius fragmentum ediderat, ideo pro ιδ'. legendum monet ιε'.

Εὐδοξίου πόλις) Perperam in Editis legitur Εὐδοξία πόλις; sed optime Morellus ex conjectura emendat. Eudoxiopolis quippe eadem quæ Selybria, urbs Episcopalis. Vide Ortelium; nam Morellus quæ ibi adfert ad verbum, ut ajunt, ex Ortelio exscripsit.

Ἀρκαδιούπολις) Arcadiopolis Thraciæ urbs olim dicta Bergulium & Bergula; postea a Theodosio magno instaurata, & Arcadii filii ipsius nomine nuncupata, ut scribit Cedrenus; ἐκτίσε καὶ ἑτέραν πόλιν ἐπ' ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τουτέστι Βεργούλων λεγομένην. Bergulæ Ptolemæo & Antonino.

Βιζύη) Stephanus, Βιζύη, πόλις Θρᾴκης, τὸ ἐθνικὸν Βιζυηνός. Urbs Bizya nobilitata est in Hist. Ecclesiastica, Eustathii Antiocheni exilio. Vide quæ de hac urbe habet Salmasius Exercitat. in Solinum pag. 166.

Πάνιον) Hierocles apud Carolum a S. Paulo, Πανίνον habet, sed optime emendavit Carolus. Panium autem castrum est Suidæ circa littus in finibus Heracleæ. Panium item regio est in eadem Thracia super Hæmum montem Laonico 4.

Ὄρον) Sic & in Hierocle. At Morellus, de hac urbe, inquit, silent Geographi; quid si legas Ὀρμούς; pro oppido Montanorum Thraciæ pop. quos Ὀρμοὺς vocat Xenophon VII. ἀναβάσεως; ubi Gani quoque urbis meminit; ut Æschines in ea contra Ctesiph.

Μυριζοί) Hierocles habet, Μοιρίζου. Morisseni Plinio sunt populi Thraciæ circa Ponti littora. Et eidem Plinio Meritus Thraciæ mons dicitur, ubi fortassis urbs ejusdem nominis sita fuit.

Σελτικὴ) Σιλτικὴ habet Hierocles.

Σανίδη) Hierocles Σανδίη & Σανδίη habet.

Ἀφροδισία) Ita legitur & apud Hieroclem; Ptolemæo autem, Plinio, Procopio & Agathiæ Ἀφροδισιὰς dicitur Thraciæ urbs ad Melam fluvium.

Ἄορνος) Ἄορνος Hierocli & Stephano, urbs Thraciæ, quæ postmodum Theodosiopolis dicta fuit, ut scribit Cedrenus. Catalogus item Urbium MS. quem laudat Holstenius in Notis ad Stephanum habet; Ἄορνος· ἡ νῦν Θεοδοσιούπολις. παρὰ Ἄορνος τὸ ποτάμιον Κάρα κεφάλαια. Catalogus vero Urbium, quæ nomina mutarunt a nobis in Notis ad librum 2. de Them. editus sic habet: Θεοδοσιούπολις ἡ πρὸ Ἄορνος, παρὰ τὸ Ἄορνος ποτάμιον Κάρα κεφάλαια. Verum hic mendum scribæ esse nemo non videt.

Καλὸς) Vide Ortelium, nam quæ hic notat Morellus, omnia ad verbum, ut ajunt, ex Ortelio hausit.

Ἐπαρχία Ῥαιδέστου) Hierocles habet, ἐπαρχία Ῥαιδέστου νῦν ὑπομένη, &c. Urbes etiam septem ab ipso recensentur, sed diversis nominibus; nimirum Ænus, Maximianopolis, Trajanopolis, Maronea sive Maronea, Pyrus nunc Rusium, sive Topyris, Nicopolis, & Cereopyrgus.

Τοῦ τῶν αὐτῶν) Nimirum, νῦν τῶν αὐτῶν ἐπαρχίαν. Sic in MS. perperam in Editis, νῦν τῆς αὐτῆς.

Παραδεισούπολις) Hujus urbis meminit & Hierocles, eamque decimam octavam ponit in Provincia Illyrica 2. Macedonia: nemo autem ex Geographis, quod sciam, illius mentionem facit. Stephanus Parthenium tantum agnoscit in Thracia, & Parthenopolin in Macedonia.

Ἡράκλεια Σιρμίου) Legendum fortassis Strymes ab urbe Thraciæ ita nuncupata, de qua Herodotus, Stephanus aliique loquuntur. pag. 21.

Φίλιππος) Hierocli, & aliis hæc ipsa urbs Φίλιπποι dicitur.

Ἐπαρχία Κιμμέρου) Pro Κιμμέρου legendum esse Αἱμιμόντου nemo non videt. Ita monet & Morellus. Hierocles tertiam Provinciam seu potius Præfecturam Thraciæ ponit; quartam vero Ἐμιμόντου, ubi pro Ἐμιμόντου legendum quidem est Αἱμιμόντου. In Thracia quippe fuit & Hæmimons & Hæmimontum; illud quidem Thraciæ montem, hoc vero Thraciæ regionem denotat. Hæc regio teste Ammiano habet Hadrianopolim & Anchialon præter cæteras urbes. De Præfectura Hemimonti ita legit Jacobus Cujacius 2. Obser. 26. C. de appellat. & consule l. XXIII. *Cum appellatio interposita fuerit per Bithyniam, Paphlagoniam, Lydiam, Hellespontum; insulas etiam & Phrygiam salutarem, Europam & Rhodopen & Hæmimontum, præfecturæ hujus urbis judicium sacrum appellator observet.* Ad hujus quidem legis & aliarum ejusmodi mentem percipiendam, quis non videt, inquit Morellus, quantam facem præferat istud Constantini scriptum? Cæterum non me latet Mimantem montem quoque esse in Thracia, ut est apud Ovidium 2. Metamorphoseos, Suidam & Aristophanis Scholiastem in Nubibus, verum Mimanti aut Mimantis Præfecturæ nullibi, quod sciam, mentio occurrit; unde pro Κιμμέρου necessario legendum puto Αἱμιμόντου.

Πόλεις ιξ') At urbes quinque tantum recensentur; unde legendum est, ut apud Hieroclem, πόλεις ε'. pro ιξ'.

Διβιλτοῦς) Perperam Hierocles apud Carolum a S. P. Διβίρτου, & apud Holstenium Δυρίρτου habet pro Διβιλτοῦς, & Ἀχιαλοῦ pro Ἀγχιαλοῦ, uti optime idem Carolus notat. Vide Ortelium, nam quæ hic Morellus monet ex eodem Ortelio exscripsit.

Πλωτινούπολις) Ptolemæo & Antonino hæc eadem urbs dicitur Πλωτινούπολις.

Τζιζιλοῦ) Hierocles Τζιζδυς habet. At urbis hujusce nominis nulla, quod sciam, mentio apud Scriptores occurrit. Inauditum nomen, inquit Morellus; nunquid Tzurulum vel Zurulum Thraciæ, aut Turullus Suidæ. *Ciorlo* nunc dici Crusius contendit; Leunclavius *Zorli*.

Ἐπαρχία Θρᾴκης) Ab Hierocle apud Carolum a S. P. urbes tantum quatuor recensentur; ex quibus duæ diversis nominibus; nimirum Philippopolis, Beron seu Beroe, Diocletianopolis, & Sebastopolis; quæ quidem duæ ultimæ non recensentur a Porphyrogenito; in Hierocle vero apud Holstenium additur quinta *Diopolis*. Cæterum Thracia hic, inquit Morellus, speciali nomine de Mœsia secunda accipitur.

Κλεῖμα) Hierocles in Provincia Illyrica 2. Macedonia hanc urbem Κλεῖμα appellat; verum apud alios Scriptores ipsum nomen non legitur, quod sciam.

Μετωπὸν) Hierocles paulo superius citato loco hanc urbem videtur appellare Μετωπὸν. At neque Mestici, neque Mentici alii Scriptores, quod sciam, meminere. Fortassis Νεσὸς, seu Νέσος, quæ apud Stephanum Thraciæ urbs est, legendum est pro Μετωπὸν.

Βερία) Tres urbes sic dictas statuunt Geographi, sed inconstanti scriptura. Alii Βερρόια; sunt & qui uno R. *Berœa*; alii Βερία, &c. Unam autem ex his in Syria ponunt, quæ Annæ & Cinnamo Καλὸν, hodie *Aleppo* dicitur; alteram in Thracia, Nicopolim Mœsiæ inter & Philippo- pag. 22.
polim Thraciæ oppida, ad Bermii montis radices sitam; de qua quidem hic loquitur Porphyrogenitus; tertiam denique in Macedoniæ Thema-

te, ut Porphyrogenitus capite ſequenti habet, in Emathia regione, quam Irenopolim ab Irene Imperatrice dictam ſcribit Cedrenus, & de qua etiam loquitur Anna Comnena pag. 18.

Ἐπαρχία Μυσία, ὑφ' ἡγεμόνα πόλεις ιδ'.) Sic in MS. Codice: in Editis vero πόλεις ιε'. Hierocles autem hanc appellat Præfecturam Scythiæ, & in ea ſub Duce Urbes quindecim recenſet, & quatuordecim eædem ſunt, quæ apud Porphyrogenitum, quinta decima vero quæ apud Porphyrogenitum deſideratur eſt Conſtantiana. Præfectura autem hæc, quæ Myſiæ ſeu Mœſiæ, Scriptori noſtro dicitur, Hierocli Scythiæ, uti diximus, appellatur; quæ etiam Zoſimo lib. VI. Scythia Thracenſis nuncupatur; qui in ea Tomin urbem ſicam memorat; hanc tamen Ovidius vates, cujus exilio nobilitata eſt, Miletida vocat I. de Triſt. 11.

Κωνσταντία) Hanc urbem quintam decimam, quæ in Porphyrogenito deſideratur, ex Hierocle reponimus; ſed fortaſſis quiſpiam pro *Conſtantiana* legendum putaret *Conſtantia*, quæ a Niceta in Thracia Rhodopei territorii recenſetur.

Ζίλητα) Hierocli Ζαλδίτα & Ζαλδίλητα. *Zelpa*, inquit Morellus, an *Zerinta* ex Theopompi Philippicor. III.

Τρόπαιος) Tropæus, inquit Morellus, an eadem quæ *Topos* a Procopio dicitur, & *Toparum* lib. IV. de Ædif. Ptolemæus certe *Topiria* urbem in Thracia collocat, quæ in Concil. opere primæ Macedoniæ adſcribitur: & *Puſo* vocatur a Sophiano. Δοβήρα, *Doberi* meminit Thucydides.

Τρόσμις) Troſmis dicitur & Antonino, qui Legionem I. Joviam Scythicam adjungit; cum Notitiæ lib. legionem II. Herculanam ei tribuat. Ptolemæo Τρόσμις appellatur inferioris Myſiæ oppidum.

Ἁλμυρίς) Halmyris, inquit Morellus, quin eadem civitas ſit atque Halmydiſſus Melæ & Plinio, ac Σαλμωδήσσος Xenophonti, & Salmoduris Antonino, non eſt quod ἀνώνυμός dubitet.

59. Ἔστι γὰρ τὸ τῆς Θρᾴκης θέμα, &c.) Nimirum, *hucuſque Thraciæ Thema, ut habetur in Herocli Comite peregrinationis.*

Καὶ μετὰ ταῦτα) Sic in MS. in Editis vero, ἢ κἀπὶ ταῦτα, &c. quod perperam Morellus interpretatur, *& poſtilla Macedoniæ Thema, quod ſub Illyrico, & locorum ſitu, qui inde obſervatur, collocatum eſt.*

Ἀπὸ Μακεδόνος, ἢ Διός.) Perperam olim apud Stephanum Byzantium legebatur, ἀπὸ Μακεδονίας pro ἀπὸ Μακεδόνος, ut pridem viri docti animadverterunt.

Ὡς φησιν Ησίοδος ὁ ποιητής) Verſus quos hic laudat Scriptor noſter tanquam Heſiodi, in operibus quæ noſtant ejuſdem Poetæ non reperiuntur.

Ὡς Ἑλλάνικος ἱστορεῖ φεύγοντα τὴν ἐν Ἄργει) Nimirum, ut auctor eſt *Hellanicus lib. I. de Sacris quæ in Argo.* Perperam hæc interpretatur Meurſius ſic: *Ut auctor eſt Hellanicus, Hieron. lib. primo eorum qui in Argo:* quippe idem Porphyrogenitus infra Themate decimo laudat Stephani Grammatici, hoc eſt, Byzantii locum, qui in Epitome quæ ſupereſt ejuſdem Stephani non reperitur; Stephanus autem ibi loquens de Sicilia citat Hellanicum ſic, ὡς φησιν Ἑλλάνικος, ἐν τῷ Ἱερῶν δ'. *ut Hellanicus ait, lib. II. de Sacris Junonis.* Paſſim autem Hellanicus a Stephano citatur. Vide de hoc Scriptore Voſſium de Hiſtoricis Græcis pag. 8. 440. & ſeqq.

Λέγεται δὲ καὶ Μακεδονίας μοῖρα Μάκητα) His ſimilia propemodum notantur ab Heſychio, & ab Euſtathio in Dionyſii περιηγήσει ver. 427. ὅτι Μακεδόνες λέγονται ἀπὸ Μακεδόνος τοῦ Διός. οἱ δὲ φασίν Αἰόλα θέσει παραδόντος, ὃν δὲ Μακεδὼν φασίν, ἐξ οὗ ἡ Μακεδονία. ὡσὶ δὲ τινες μοῖραν Μακεδονίας, Μακητίαν λεγομένην, ἐξ οὗ καὶ ἡ Μακεδονία Μακητία ἐλέγετο. Gellius item I. IX. N. Att. c. III. *Philippus Amyntæ, terræ Macetiæ Rex, cujus virtute induſtriaque Macetæ locupletiſſimo imperio auctі, gentium nationumque multarum potiri ſperarunt.* Præterea Auſonius de clar. urb. Car. II.

Et vos ite partes, Macetumque attollite nomen.

De ſitu autem Macedoniæ & priſca Macedonum origine Marcianus Heracl. περιηγήσεως ver. 617. ita canit:

Τοίρνα Τέμπη δ' ἐστὶ Μακεδόνων
Χώρης ὑπὲρ τὸν Ὄλυμπον ἐξῃρημένη,
Ἣν οὗτοι βασιλῆες Μακεδόνες γηγενέες
Tempe ſupra ſtat Macedonum Provincia,
Quæ circa Olympum ordine eſt collem ſita,
Hanc imperabant Macedones terræ ſati.

Ὡς Μαρσύας) Marſyas Pellæus præter alia libros decem rerum Macedonicarum edidit, ut ſcribit Suidas.

Καὶ τὸν Ηρσίαν) In Editis legitur Ηρσίων. Verum, inquit Morellus, Eriſtea τὸ πάνυ num præſtaret *Ἐρετρίαν* reponere? Eretria Thucydidi, Polybio, Straboni urbs non alia ab Eretriis, quas Ptolemæus in Phthiotide recenſet: nec procul diſtat a Milliaco ſinu, qui Macedoniam alluit. Sic laudatus Morellus. At ipſe puto hic pro Ηρσίων, ſeu Ηρσίαν legendum fortaſſis eſſe Ηραδίαν: quippe Regio illa *Emathia* antea dicebatur, ut eſt apud Plinium, Trogum, & alios Scriptores. 60.

Κλείδημον) At non Clidemus, ſed Clitodemus citatur a Pauſania in Phocicis, tanquam antiquiſſimus eorum, qui res Atticas conſcripſerunt: Κλειτόδημος δὲ, ὅσοι τὰ Ἀθηναίων ἀνειλόμενοι ἐγράψαντο, ἐστὶ ἀρχαιότατος. *Clitodemus eorum, qui res Atticas tractarunt, vetuſtiſſimus auctor.* Ab Harpocratione vero in Μελανίππων Clidemus laudatur tanquam rerum Atticarum Scriptor, quemadmodum & ab Athenæo lib. VI. Verum viri docti non abs re ambigunt, an non ibi legatur *Clitodemus*, unde *Clidemus* fecerit librarius.

Καὶ ἕλκει αὐτὸ τὸν χαρακτῆρα ἐν τῷ Ἡρακλείῳ) Sic ex MS. Codice. In Editis legitur, περὶ ἕλκει αὐτὸ ὁ χαρακτήρ, &c. Hanc autem ſtatuam Herculis, quæ ſtabat in Hippodromo Conſtantinopolitano, pluribus deſcribit Nicetas Choniates in tractatu de ſtatuis Conſtantinopolitanis, quas Latini capta urbe in monetam conflaverunt; quem quidem tractatum habes lib. VI. Antiquitatum CP. a nobis primum editum. Vide quæ ibi adnotavimus.

Καὶ μάργαμα τύπῳ ἐγκαλλωπίζονται) Sic ex MS. Codice. In Editis locus hic mutilus in textu Græco; qui quidem paſſim lacunis plenus apparet ac mendis ſcatet.

Τὸ νόμισμα τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου) Ejuſmodi nummi Alexandri Magni obvii ſunt.

Εἰ ἐκράτησε) Sic in MS. Codice. In Editis legitur, εἰ ἐκράτει. 61.

Ἀπὸ τοῦ τρίτου υἱοῦ Ἡρακλέους Κάρανος) Marſyas Pellæus, cujus ſupra meminit Scriptor noſter, hiſtoriam rerum Macedonicarum a primo Macedoniæ rege Carano orditur, ac terminat Alexandri in Syriam ingreſſu, ut auctor eſt Suidas. Pauſanias in Bœoticis tradit Caranum olim in Macedonia regnaſſe, & victoria de Ciſſeo finitimæ Provinciæ principe reportata, trophæum Argivorum more legibuſque erexiſſe: quod poſtea leo ex Olympo egreſſus evertit ac diſſipavit: eoque malo omine tum percuſſum Regem ſibi poſteriſque ſuis, Macedoniæ regibus præſcripſiſſe, caviſſeque ne trophæum unquam erigerent; cujus quidem conſtitutionis Philippus Amyntæ & Alexander magnus obſervantiſſimi exiterunt. Livius etiam lib. XLV. Caranum primum Macedoniæ Regem aſſerit.

Κατελύθησαν δὲ αἱ Περσέως) Titus Livius lib. XLV. *Quadriennium*, inquit, *continuum bellatum fuit inter Romanos ac Perſea: idemque belli finis & in- pag. 24*
ciſi per Europæ pleraque, atque Aſiam omnem regni, Vicefimum ab Carano, qui primus regnavit, Perſea numerabant. Perſeus Q. Fulvio, L. Manlio Coſſ. regnum accepit: a Senatu Rex eſt appellatus.

Τοῦ Αἰμιλίου ἀνδραντίτου) Perſeus qui M. Junio, A. Manlio Coſſ. a Senatu Rex appellatus fuerat, victus deinde ac captus fuit ab Æmilio

Edit. Pariſ. pag. 23.

Paulo Conſule, ut ſcribit idem Livius. non vero Proconſule ἀνθυπάτου, ut ait hic Porphyrogenitus. Pauli autem concio ad ſuos coram Perſeo in tabernaculum introducto habita, legitur apud laudatum Livium: *Exemplum inſigne cernitis mutationis rerum humanarum: vobis hoc præcipue dico, juvenes; ideo in ſecundis rebus nihil in quemquam ſuperbe ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ, cum quid veſper ferat, incertum ſit. Is demum vir erit, cujus animum nec proſpera flatu ſuo efferet, nec adverſa infringet.*

Εἰς τὸν Ῥωμαῖον ἀνήχθη) Perſeus in catenis cum tribus filiis ante currum Æmilii Pauli victoris per urbem deductus eſt, ut tradit laudatus Livius.

Ὅτε ἀπὸ βασιλικῆς εἰς ἐπαρχίαν τὸ ἔθνος μετεβλήθη) Victo ac capto Perſeo Macedoniæ regnum in Provinciæ formam redactum fuiſſe ſcribit idem Livius paulo ſuperius citato loco.

Ἐπαρχία Μακεδονίας ὑπὸ χιλιάρχους) In MSS. Hieroclis, legitur pro ὑπὸ χιλιάρχους, ὑπὸ χιλιάρχων & ὑπὸ χιλιάρχῳ nimirum *ſub Conſulari*. At legendum ubique ὑπὸ χιλιάρχους; quippe Porphyrogenitus ſupra cum de Thraciæ Præfectura, docet id expreſſis verbis inquiens, ὑπὸ χιλιάρχους, τουτέστι βικαρίῳ.

Πόλεις λα'.) In MS. & in Hierocle legitur, πόλεις λβ'. at urbes XXXI. tantum utrobique recenſentur. Fortaſſis trigeſima ſecunda Caſſandria, quæ inter celeberrimas urbes fuit, olim Potidæa dicta, numeranda eſt; & hanc prætermiſſam puto potius librarii incuria, quam μετρικοῦ auctoris ἁμαρτήματι. Urbes autem quæ hic recenſentur conferendæ cum Hierocle, apud quem pleræque diverſæ. Cæterum pleræque harum urbium reperiuntur apud Livium lib. XLV ubi Amphipolis primæ regionis caput fuiſſe dicitur; Theſſalonice, caput ſecundæ: Pelle, tertiæ: quartæ, Pelagonia. 62.

Πρίβανα) In MS. Codice legitur, Πρίβανα.

Ἐπαρχία Θεσσαλίας, ὑπὸ τὸν αὐτὸν, πόλεις ιζ'.) Sic ex MS. Codice. Perperam in Editis habetur, πόλεις ις'. quippe urbes decem & ſeptem numerantur: totidem & Hierocles apud Holſtenium recenſet; apud vero Carolum a S. P. urbes decem & octo numerantur.

Βυρμίσκιον) Sic MS. Codex. Editi habent, Βυρδιμίσκιον. Vide Hieroclem.

Τὸ δὲ ὄνομα τοῦ Στρυμόνος.) Strymon fluvius, qui Macedoniam a Thracia dividit, ut ſcribit Scylax, pluribus a tranquillitate curſus laudatur a Baſilio M. in Epiſtola ad Gregorium Nazianzenum de ſolitudine Pontica: Ὥστε τὸ πάθος τοῦτο ἐφυλάξατο ταῖς δόξαις, μὴ ἐκ τοῦ μετρίου ἐξίστασθαι, ἐκ τοῦ ποταμὸν παραῤῥέοντα παθεῖν· οὐκ ἐλάττονα τάρβει, ἔμοιγε δοκεῖ· παρεχόμενον, ἢ τοῖς ἐν τοῖς Ἀμφιπόλεως τὸν Στρυμόνα πεποιημένοις. ὁ μὲν γὰρ χαλεπώτερος τῷ ῥεύματι παραλυμαίνεσθαι μικροῖς δυσὶ μὴ τὸ ποταμὸν ὄντα ὑπὸ τῆς ἀσυχίας ἐῤῥωμένον. 63.

Ἵνα μὴ λέγω τοὺς ἔξωθεν, μὴ παλαιούς) Hic externos & antiquos appellat Porphyrogenitus, more SS. Patrum, gentiles ſeu ethnicos Scriptores, nimirum Ptolemæum, Marcianum Heracl. Strabonem, &c.

Ὁ ἅγιος τοῦ Χριστοῦ Ἀπόστολος Παῦλος) Hæc habentur Act. 27. 2. non a D. Paulo, ſed a S. Luca ſcripta. Ariſtarchum autem IV. ad Coloſſ. appellat D. Paulus συναιχμάλωτον, συνεργὸν, συμπαρηγορὸν.

Τῇ δυνατῇ ἐκ τῆς πόλεως) Excerpta ex libro ſeptimo Strabonis, hanc urbem inſtauratam fuiſſe perhibent a Caſſandro Philippi ſocero, qui ab uxore Theſſalonica Alexandri Magni ſorore nomen eidem urbi impoſuit, cum antea Therme vocaretur: Ὅτι μετὰ τὸ Ἀξιὸν ποταμὸν, ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶ πόλις, ἣ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο· κτίσμα δ' ἐστὶ, Κασσάνδρου, ὃς ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῷ ἑαυτοῦ γαμετῆς, συνῴκισε δὲ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου, ὀνόματος. *Pone flumen Axium urbs eſt Theſſalonice, antea Therme nuncupata; quam quidem inſtauravit Caſſander, qui a nomine uxoris, filiæ Philippi Amyntæ filii, eidem nomen impoſuit.* Vide Diodorum lib. XIX. 64. *Edit. Pariſ. pag. 25.*

Ἀπὸ Ἑλλησπόντου τοῦ Δωριακοῦ) Vide Strabonem lib. IX. Thucydidem lib. I. qui eadem ferme habent. Stephanus vero loquens de urbe ejuſdem nominis ait, ἐκτίσθη ὑπὸ Ἑλλήνων, οἱ τοῦ Δωριακοῦ, ἀπὸ τοῦ Φθίου, καὶ Χρυσίππου τοῦ Ἴρου.

Ἔχει δὲ τὰ ὅρια τῆς Ἑλλάδος πόλεις οθ'.) Hæc ſeptuaginta novem urbes in Provincia ſeu Præfectura Helladis ὑπὸ ἀνθύπατον, *ſub Proconſule* recenſentur ab Hierocle, ut videre eſt apud eundem hic a nobis editum. 65.

Πρώτην μὲν Σκαρφέαν) Sic & laudatus Hierocles. Strabo lib. IX. Σκάρφην vocat: Euſtathius vero Σκαρφείαν.

Καὶ πέραν τοῦ Εὐβοικοῦ, διὰ τοῦτο Χάλκιν ἢ Χαλκίδα) De Euboeæ inſulæ ſitu, gemina appellatione, urbibus & incolis ſic Marcianus Heracl. ver. 595.

Τὸν Σουνίου κάμψαντι δ' ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς
Εὔβοια κεῖται νῆσος ἡ καλουμένη
Διὰ φύσιν τὸ πρόσπορον, αἰ φασὶ Μάκραι.
Ἐσπέρᾳ δ' ἀπὸ μηκύνει Λοκρικὸς
Χείρῳ λαβοῦσα τοὔνομα, Εὔβοια πάλαι.
Πρώτη δ' ἐν αὐτῇ φασὶ οἰκίσαι πόλιν
Μυρίδα, σωτείρας Λήλαντος, ἐκ τῆς δ' Ἀττικῆς
Τὸν Ἐρεχθέως διαβάντα Πάνδωρα κτίσαι
Πόλιν μεγίστην τῇ δ' ἐν αὐτῇ Χαλκίδα,
Λίμνην τ' Ἐρετρίαν τ' Ἀθηναίων γόνοι
Flectenti ab Attica ad cacumen ſunii
Euboea propoſita vocatur inſula
Propter loci naturam, ut affirmat Mocris.
Poſſidea ab Aſopide vocata, temporis
Lapſu, retinuit nomen Euboeæ prius.
Sedes in hac fuiſſe primos autumant
Promiſcuos Lelegas, ab oraque Attica
Tranſiſſe Erechtheo ſatum Pandorum, ibi
Struxiſſe maximum oppidum, hoc eſt Chalcidam;
Æliumque Eretriam Athenienſem origine.

Hæc appoſite & conſulto hic adjeci, inquit Morellus, ut ex hoc antiquiſſimo Geographo conſtet Chalcida maximam Euboeæ urbem & quaſi metropolin fuiſſe, ut nihil mirum ſit nonnullos inſulæ nomen ejus civitatis tribuiſſe, ut hic ſcribit Imperator.

Ἐν ᾗ πόνῳ Λακεδαίμονες, &c.) Vide Herodotum lib. VII. Plutarchum in Lacon. Tullium I. Tuſc. qu. Diodorum Bibl. II. Cæterum in hos trecentos Lacedæmonios, qui in Thermopylis occiderant, Simonides hoc epitaph diſtichum ſcripſit.

Ὦξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
Κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.
Dic hoſpes Spartæ, nos te hic vidiſſe jacentes,
Dum ſanctis patriæ legibus obſequimur.

Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι τοὺς ἀπὸ Πελοποννήσου αἰεὶ τοὺς Ἀχαιοὺς ὀνομάζουσι) Peloponneſus quæ hodie *Morea* dicitur, olim Scriptoribus Latinis Achaia vocabatur: ſic Oroſius I. cap. 2. Apulejus item 6. Aſinl: ubi Lacedæmona nobilem Achajæ civitatem vocat, & 10. ejuſdem, Corinthum ejus caput nuncupat. Peloponneſi autem ſitum pluribus deſcribit Marcianus Heracl. ver. 510. 66.

Ἐστὶ δὲ τοῦτο ἡ νῆσος) Peloponneſus peninſula, *pag. 26.* non vero inſula, ut nemo ignorat.

Πόλεις ἐχούσας μ'.) Hierocles a nobis hic editus ſub Corintho, quæ olim Ephyra dicebatur, Metropoli totius Helladis urbes triginta tres recenſet.

Δοκοῦσι δὲ πλατεῖαν φύλλῳ) Plinius & Mela Dionyſio in hoc conſentiunt; licet Plinius Tauricam Cherroneſum hederæ folio ſimilem eſſe ſcribat. Vide Morelli Notas. 67.

Ἐξαναλύσαντες τοιοῦτοι ἦσαν οἱ Πελοποννήσιοι) Thucidides lib. I. ſcribit Dores cum Heraclidis LXXX. anno poſt excidium Trojæ Peloponneſum tenuiſſe, cum Dorienſes altero oraculo moniti, per anguſtias Criſæi ſinus adorti Heraclidas dominantes fugarunt: qui poſtea in Peloponneſum ſunt reverſi duce Carano.

Ἀφ' ἑνὸς ὑπ' ἀμφοτέρων) Hanc victoriam, quam de Perſis Græci reportarunt, fuiſſe πασῶν τὸ κατόρθωμα ἔνδοξον ſcribit Plutarchus in Ariſtide.

Ὅτι Μαρδόνιος) De Mardonii cæde conſtat ex

eodem Plutarcho ab Arminesto Spartiata patratam esse, qui saxo caput Mardonii contrivit; ut ex Amphiarai oraculo præmonitum fuerat.

68. Δυκρέτησε ἐν ἀμφοτέροις ὁ πόλεμος ἔτη κζ'. καθὰ Θουκυδίδης, &c.) Vide Thucydidem lib. v.

Ἐδουλώσατο) Σδουλόω, & σουλόω; *in servitutem redigere*. Passim autem occurrit hæc vox apud Scriptores Byzantinos; quæ quidem latebat Morellum, ut ipse ingenue in Notis ad eundem Porphyrogeniti locum fatetur; sed quæ ibi ipse adfert ad explicationem hujus vocis, una & risum & stomachum movent.

Ὅτι ὁ λοιμὸς ἔθνατος) De hac pestilentia, quæ imperante Coprony mo in omnem terrarum orbem grassata est, mentionem faciunt Scriptores illius ævi, & imprimis Sanctus Nicephorus Patriarcha CP. in Operibus MSS. quæ propediem a nobis edentur.

69. Γεραδουλίδες ἕξι) Γεραδουλίδες Græcis recentioribus fortassis pro γεροντοπάδες. Terentius, *Vetus victus veternosus senex*.

Κωνσταντῖνος ὁ τῆς νεοφίστου ἐπώνυμος) Zonaræ lib. xv. p. 4. Κωνσίνιος dicitur.

Ἡ δὲ θυγάτηρ Νικήτα, ὁ καθ' ἡμᾶς, &c.) Quis fuerit, inquit Morellus, hic Niceras Christophori socer compertum non habeo. At Niceræ hujus Patricii, Christophori soceri præter Porphyrogenitum, meminit & Leo Grammaticus pag. 494. E. R.

70. Καὶ αὐτὸ Κέρκυρα) Dionysius περιηγ. v. 494. καὶ λιπαρὴ Κέρκυρα φίλον πέδον Ἀλκινόοιο. ubi Eustathius monet in antiquis Codicibus ἀμφιβόλως ἔχειν τὸ ἐνίοις τοῖς γραφεῦσι, ambigue scribi Cercyram & Corcyram, & quadrifariam vocari, Phæaciam, Scheriam, Drepanon & Argon.

Τῷ Ἀλκινόῳ βασιλῆϊ, θεσπέσιε Ὁμηρε) Hic Alcinous Homero appellatus βασιλεὺς δουρικλυτός, *Rex Deiformis*.

Πόλεις δώδεκα) In Præfectura veteris Epiri urbes item duodecim numerantur ab Hierocle hic a nobis edito, & singulæ ibi ab eodem recensentur.

71. Καὶ νικᾷσιν ὁ Καῖσαρ Ἀντώνιον) Navalis hæc ad Actium victoria contigit, ut Dio testatur, Cæsare tertium & Messala Coss. Urbis conditæ 723. Julianæ editionis 15. die 2. Imo 3. Septembris.

Ἰνδικτιῶνος ἑκκαίδεκα) Quæ hic tradit Porphyrogenitus ex Hesychio de Indictionibus nugæ sunt ac aniles fabulæ. Vide quæ de Indictionibus scripsimus lib. primo Comment. in Antiquitates CP. pag. 473. num. 21. De Hesychio Milesio autem ac ejus scriptis pluribus agit Joannes Meursius initio Notarum ad librum de Viris Claris, auctore eodem Hesychio.

Ἡ μητροπόλις καὶ ὁ δεσπότης Γρηγόριος) Locus hic Nazianzeni laudatus a Porphyrogenito habetur in panegyrico ejusdem, εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῆς ἐπιφανείας, non procul ab initio; ubi sic habet: Πῶς δίκαιος ἐκεῖνος τὰ φίλτρα καὶ σκηπτοὺς φύσεται, καὶ Τροφωνίου κατὰ γῆς πομπὰς καὶ μαντεύματα; ἢ Δωδωναίους δρυὸς λογάσματα; ἢ τρίποδα Δελφικὸν σοφίσματα; ἢ Κασταλίου μαντικὸν πόμα; τοῦτο μέντοι οὐ μαντεύσεται, ἀλλ' ἐνυπνίῳ σοφοῦ. *Quo pones loco terribilem & caliginosam Hecates mystillariam; ac Trophonii subterranea ludibria & vaticinia; aut Dodonæa quercus deliramenta, aut Delphica Tripodis captiosas voces, aut fatidicum Castalii fontis haustum?* Græca, inquit Morellus, ita sunt ἔμμετρα, & poeticis epithetis insignita, ut ἀποσφάγματα quædam Tragici Dramatis videantur: quin ultimum membrum, ut e Codice Regio edidimus, Senario jambico constat, ideoque primum Trimetris jambicis Lat. vertere libuerat.

Edit. Paris. pag. 27.

72. Ἐκεῖσε γὰρ ἐν ὁ πηγὴ Κασταλίας) Scholiastes Græcus prædicti Panegyrici sancti Gregorii Nazianzeni sic habet: Κασταλία πηγὴ περὶ Ἀντιόχειαν, ἐν ᾗ καὶ Ἀπόλλων ἐφοίτα. μαντεῖα δὲ τὰ ἐξυφαινόμενα τῷ ὑπὲρ ταύτης πηγῇ, ἢ τοῖς ἐκεῖθεν, οἱ κατὰ φωνάς· οὐ γὰρ φασί τι ἐξηχεῖτο· ἀλλ' ἐνῆσαν ἐκ τοῦ ὑγροῦ τῆς πηγῆς ἀναδιδόμενοι, ἢ ἐκπνοαί. ἀφὸς ἄπαντα ἐκαίνισε, καὶ τοιοῦτος τὸ σύμβολον τοῦτο, ἐλεγον τοῦτο. Verum Castalius fons, (qui & Caballinus & Libethris dicitur,) de quo hic loquitur Scriptor noster, est in radicibus Parnasi Musis sacer, ita dictus a virgine Castalia, quæ Apollinem fugiens præcipitata, & in fontem versa est.

Δυρράχιον, ἤ τινες Ἐπίδαμνον) Hierocles habet: Ἐπαρχία τῆς νέας Ἠπείρου ὑπὸ Κονσουλάριον πόλεις β'. Δυρράχιον ἤ τινες Ἐπίδαμνον.

Σκάμπτα) In Editis, Σκάμπα. In MSS. Hieroclis, Σκαμπτα, & Σκάπτα.

Σκώτανα) Apud Hieroclem legitur Σκοτεῖνα.

Ἐπαρχία Δακίας μεσογαίας, ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις πέντε) At urbes tantum quatuor numerantur apud Constantinum, omissa fortassis quinta scribæ incuria, sed suppleri potest ex Hierocle: a quo quidem primo loco ponitur Σαρδικὴ μήτηρ.

Νάϊσσος) Νάϊσσος Ναισσὸς & Ναϊσσὸς scribitur hoc nomen; at Νάϊσσος per σ simplex scribendum ait Holstenius, quod in Hierocle ita scribatur, & gentiles ΝΑΙΣΙΤΑΝΟΙ, dicantur in nummo vel sigillo plumbeo, quod apud Equitem Gualdum Romæ viderat idem Holstenius. Quod vero ait Porphyrogenitus Naisum Patriam Constantini Magni esse, id hausisse videtur ex Stephano Byzantio, qui eadem scribit; quamvis de patria Constantini magni controversia sit inter Scriptores: alii quippe eum natum fuisse ajunt Naisi oppido Daciæ, alii Trasi; alii Drepani Bithyniæ urbe ad Nicomediensem sinum; alii vero in Galliis; alii denique in Britannia.

Ῥεμεσιάνα) Sic ex Hierocle emendo. Perperam in Editis & in MS. Constantini legitur Νεμεσιάνα: nam præter Hieroclem, habetur *Remisiana* in Antonini Itinerario.

Ἐπαρχία τῆς παλαιᾶς) Locus corruptus, ni fallor, & hic & apud Hieroclem ubi sic legitur: Ἐπαρχία τῆς παρὰ ... ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις ε'. Quæ sic Holstenius interpretatur, ac emendat: *Provincia quæ est ad ..... (nempe ripam Danubii, estque Dacia Ripensis) sub Consulari. Urbes quinque*, & ita fortassis legendum etiam hic. Urbes autem illæ quinque recensentur ab Hierocle; & sunt *Rhazaria Metropolis*, *Benopia*, seu *Menopia*, *Acumes*, *Castra Martis*, & *Idasi* seu *Iscus*.

Ἐπαρχία Δαρδανίας. ὑφ' ὑπατείαν, πόλεις ζ'.) Nimirum, *Scupos*, *Merion* & *Ulpiana*, ut ait Hierocles.

Ἐπαρχία Παννονίας, ὑπὸ τὸν αὐτὸν, πόλεις β'.) *Sirmium* videlicet & *Bassiana*, ut habetur apud eundem Hieroclem.

Δυρράχιον πόλις Ἐπίδαμνος, &c.) Hic pro Ἐπίδαμνος scribendum puto Ἰάπυγος, ut habet Stephanus Byzantinus, Δυρράχιον πόλις Ἰαπυγία, *Dyrrhachium urbs Illyrica*. Dyrrachium autem urbem Illyricam fuisse & olim Epidamnum dictam scribit & Mela lib. 2. cap. 3. *Urbium primæ (Illyricarum) est Oricum, secunda Dyrrhachium, Epidamnus ante erat, Romani nomen mutavere, quia velut in damnum itum, omen id visum est.* De Dyrrhachii situ vide Joannis Vossii Observationes ad Pomponium Melam, & Jacobi Palmerii Descriptionem Illyrici, pag. 22. ubi, præter urbis situm, conditores etiam, ac memorabilia fusius commemorantur. 73.

Καὶ Ἐπίδαμνος κληθῆναι ὑπὸ Ἐπιδάμνου τοῦ ἀρχηγέτου ἔσχεν) Eadem ferme Dio Cassius lib. XLI. Τὸ δὲ Δυρράχιον ἐν τῇ γῇ τῇ φρουσσίᾳ μὲν Ἰλλυριοὶ ἔχουσι Παιδικοῖς, νῦν δέ, καὶ τοῦτο γε, ἐξ Μακεδονίας προσαγορεύεται. ἡ δὲ ἀποικία ἀρχαιοτάτη, ἥν τε αὖ Ἐπίδαμνος, καὶ ἡ ἐπὶ Κορκυραίων, ἥτις ἐξ ἑτέρου τινὸς αἰτίου. καὶ ἐπὶ μὲν τούτου γραφέντος, τὸ μὲν ἀπὸ ἀνδρὸς τοῦ ἡγησαμένου ἐς Δυρράχιον ἔθνος ἀπῳκίσθη. *Dyrrhachium in terra Illyriorum Parthinorum (ita enim primum vocabatur, nunc, ut ipso quoque tempore, Macedoniæ annumeratur) positum est, admodum opportuno situ; sive ea, Epidamnus, urbsque Corcyrensium sit, sive alia quædam. Qui enim Dyrrhachium ab Epidamno diversam faciunt urbem, illi Illiam conditam, nomenque duxisse a Dyrrhacho quodam heroe asserunt.* Appianus Alexandrinus lib. II. Civil. scribit, regem quendam Barbarorum Epidamnum nuncupatum fuisse, ac eundem urbi nomen dedisse. Thucydides Dyrrha-

chium non noverat, cum de Epidamno pluribus loquitur lib. I. ubi tradit hanc urbem a Corcyræis missa colonia conditam: *Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἰοῦσιν τὸν Ἰόνιον κόλπον. οἰκοῦσιν δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δ' ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος, ἐξ ὑπ' Ἡρακλέους, &c. Epidamnus est urbs sita ad dextram navigantibus Ionium sinum; juxta habitabant Taulantii Barbari, gens Illyrica; hanc Corcyræi quidem missa colonia condiderunt; coloniæ vero dux fuit, Phalius Eratoclidæ, Corinthius genere, ab Hercule oriundus*, &c. Epidamnum a Corcyræis conditam scribit & Strabo lib. VII. Sed de hujus urbis conditore ac situ videndi sunt Scriptores paulo superius citati.

Τοῦτο δυγάτηρ Μίλωνος) De hujus patre inter mythologos non convenit. Vide Apollod. lib. II. & Pausan. in Corinthiacis.

Ἣν καὶ τὸ Πασιδίου ὁ Δυρράχιος) Sic ex Stephano emendamus; ex cujus quidem operæ integro hausit Scriptor noster, quæ hic de Dyrrhachio tradit. Perperam enim legitur hic in MSS. Porphyrogeniti; *δὲ ἐρίζων Πασιδῶν ὁ Δυρράχιος, ὑφ' οἷσπερ τόπων*, &c. At Thomas de Pinedo in Notis ad Stephanum, hunc Stephani locum emendare, aut potius corrumpere conatur Porphyrogeniti lectione, seu potius scribæ mendo. Quod autem scribit Stephanus, & ex eo Porphyrogenitus de Dyrrhachii appellatione, fabulas sapit; potior fides adhibenda Plinio, qui lib. 3. cap. 23. ait Dyrrhachium propter inauspicatum nomen Epidamni a Romanis eo colonia deducta, nuncupatum fuisse. Eadem Livius & Strabo; quin & Pomponius Mela, qui lib. II. sic habet: *Urbium prima est Oricum, secunda Dyrrhachium, Epidamnus ante erat. Romani nomen mutavere, quia velut in damnum ituris, omen id visum est.* Ad hoc etiam videtur alludere Plautus in Menæchmis Act. II. Scen. I.

Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum est,
Quia nemo fere huc sine damno divertitur.
ME. Ego istuc cavebo; cedo dum mihi huc marsupium.
MES. Quid eo vis? ME. Jam abs te metuo de verbis tuis.
MES. Quid metuis? ME. Ne mihi damnum in Epidamno duis.

His etiam assentitur Dio Cassius lib. XLI. ita tamen ut subdubitet num duo diversa sint oppida; quod quidem Appianus Alexandrinus lib. II. Civil. omnino affirmat inquiens, Epidamnum paulum remotum a mari; Dyrrhachium vero prope ipsum mare; Epidamnique navale esse dicit: additque hoc falso a quibusdam Epidamnum dictum. Postea tamen sic nominatum a Corcyrensibus, quod Dyrrhachii nomen ominosum haberetur, vetustam autem appellationem vicisse, & Dyrrhachii nomen manere. Sic discrepat a cæteris omnibus Applanus; ille quippe Dyrrhachii nomen ominosum, cæteri Epidamni faciunt; ille nominis mutationem Corcyrensibus, cæteri Romanis adscribunt. Præterea
Edit. Parif. pag. 29. Dyrrhachium dictum fuisse nonnulli contendunt a nomine illius qui urbi portum adjecit. Alii Dyrrachium appellarunt, ut Alexander in sua Europæ descriptione apud Stephanum:

Δυρραχίου τ' Ἐπίδαμνος ἐν ἀγχιάλοις χθονὶ κεῖται.
Dyrrachiique Epidamnus in maritima terra sita est.

Eustathius item in Commentariis ad Dionysium de Situ Orbis inde etiam nominis etymologiam deducit, inquiens: Περὶ δὲ (scilicet Κερκίνης ὄρους) *κεῖται ἐξ ἀεὶ τῆς νήσου Ἠπείρου μητροπόλεως, ἣ ποτὲ καλουμένη Ἐπίδαμνος, ἔστι τὸ Δυρράχιον. δοκεῖ δὲ ἐκ τῆς τοιαύτης κλήσεως ἔχειν τινὰ πραγύτητα. δυσπάραικον γάρ ἐστι, ἤγουν δυσέξοδον. τρέψαντι δὲ τὸ σὶ εἰς ρ, δίρριζον καλεῖται Δυρράχιον· καθάπερ καὶ τὸ Τυρσηνοὶ, Τυρρηνοὶ*, &c. Vide quæ hanc in rem habet Dion Nicæus lib. XLI. Cæterum Holstenius in Notis ad Stephanum laudat Collectionem nominum Geograph. ex MS. Cod. Vat. ubi sic de hujus nominis etymologia: *Δυρράχιον, πόλις καλουμένη πρότερον Ἐπίδαμνος. οἰκουμένη δὲ Δυρράχιον ὅτι χεῖται ἐπὶ τόπου προηχείου ἔχοντος γαλήνην τὸ κῦμα πρόσωπον τῆς χερσόνησου ῥηχίαν ποιοῦντος μεγάλην. ὅθεν δικαίως ῥηχίον καὶ τὸ δύσορμον ἅπτον οἰκουμένη.*

Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζόνιτον Λιμένα, &c.) Totidem verbis hæc habet Strabo lib. VII. nisi quod ibi legitur, *μετὰ δὲ τὸν Ῥιζόνιτον κόλπον*; quod quidem in Constantino subintelligitur; unde aut hæc Philonem quem hic laudat Porphyrogenitus, hausisse ex Strabone dicendum est, aut Strabonem ex Philone; sed quis iste Philo sit, & quo tempore vixerit, non liquet, cum plures fuerint Philones, ut patet ex Vossio de Historicis Græcis; & hic quidem laudatur a Stephano Philo *ἐν τοῖς Ἰατρικοῖς*, medicus ille fortassis Tarsensis vetustissimus, qui a Galeno citatur. Et alibi passim laudatur ab eodem Stephano Philo Byblius, qui Trajani tempore vixit. Sed de Philonibus plura, ut dixi, Vossius. Cæterum quemadmodum dicitur Corinthus & Acrocorinthus, ita Lissus & Acrolissus; quippe ut Corintho Acrocorinthus, sic Lisso Acrolissus adjacet in alta rupe ædificata. Polybius id docet lib. VIII. hisce verbis: *Θεωρῶν δὲ τοῦτο τὸ Λίσσος περίβολον, καὶ τὰ πρὸς τῇ Δελματῇ, καὶ τὰ πρὸς τὸν μετόχημον, ἀσφαλισάμενον ἐμπειρότατα καὶ φύσει καὶ κατασκευῇ, τοῦτο τὸ ῥαιώματον Ἀκρόλισσον αὐτῷ, καὶ διὰ ταῦτα ἐπιτήδειος ἀπέκειτο. καὶ διὰ τὰλλα ἐμπειρότατα, τοιοῦτον ἔχοντα φρονεῖν, ὅτε καὶ τὸν ἄλλον μᾶλλον ἢ πρότερον ἐλπίς*, &c.

Ὁμώνυμον τῇ Χερρονήσῳ) Epidamnum in isthmo peninsulæ cujusdam situm docet & Thucydides. Cæterum ex hoc Philonis loco apparet etiam Dyrrhachium a loci asperitate, in quo situm est, nomen sumpsisse.

Διξιππου ἐν Χερρονήσῳ δευτέρῳ) Dexippi Herennii Athenienſis, qui, ut scribit Eunapius in Porphyrio, vixit circa Aureliani ac Probi tempora, crebra mentio occurrit apud Scriptores, qui post illa tempora floruerunt. Vide quæ de eo ac ejus Operibus scribit Vossius de Historicis Græcis lib. II. Cæterum licet etiam in MS. legatur *ἐν Χερρονήσῳ δευτέρῳ*, legendum puto cum Henrico Valesio *ἐν Χρονικοῖς δευτέρῳ*; cum idem liber decimus Chronicorum Dexippi citetur etiam a Stephano in Συγχαῖα & duodecimus in Ελαφοι, &c.

Καὶ Μακεδόνες Ἐπίδαμνον) Nimirum; *Et Macedonum Epidamnum, quæ postea Dyrrhachium nominata est, urbem Macedoniæ magnam ac beatam vi capiunt.* Perperam autem hæc Dexippi verba sic interpretatur Morellus: *Et Macedones Epidamnum, quæ postea Dyrrachium nominata est, & Macedoniæ magna ac beata civitas erat, capiunt.*

Οὕτω γὰρ ἐμίσησεν ὁ μέγας Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος) De hac divisione Imperii Romani pluribus Scriptores. 74.

Ἡ δὲ Δελματία ἐστὶ Ἰταλίας ἐπὶ χώρα) De Dalmatia ac ejus populis pluribus agit idem Constantinus lib. de Adm. Imp. cap. XXIX. & seqq. Sed quod ait hic Dalmatiam Italiæ regionem esse, id hausit ex Stephano Byzantio, ex quo & pleraque alia ad verbum, ut ajunt, excripsit, uti & alibi monuimus. 75.
Dalmatiam autem pro Italica regione hinc puto *pag. 30.* sumptam a Scriptoribus Byzantinis, quod Dalmatia tum fuerit pars Italicæ Præfecturæ. Vide quid hac de re Ortelius; licet Berkelius in Notis ad Stephanum id pro nugis habeat, quemadmodum & Holstenius in suis Annotationibus ad Ortelium. Verum ipse puto Berkelium nugas etiam nugari, dum hunc Stefani locum explicare conatur.

Ἐξ ἧσπερ ἐβλάστησεν, &c.) De patria Diocletiani Imperatoris, de qua controversia est inter Scriptores, pluribus alibi loquimur.

Καθὼς ὁ γραμματικὸς Στέφανος) Hæc in Epitome Stephani non extant, & miror cur Berkelius qui & alia, quæ ex Stephani calamo profecta erant, & conservata sunt apud Scriptorem nostrum legitimo auctori restituit, hæc eidem non restituerit. 76.

Ὡς αὐτὸς Ἑλλάνικος, ἱστορεῖ δὲ Ἡρων β'.) Citat eundem Hellanicum Scriptor noster supra cum de Macedoniæ Themate, ubi vide quæ de eo adnotavimus.

77. Ἀλέξας ὁ κωμικός) Hic Poeta aliis Scriptoribus Alexis dicitur. Vide Voſſium de Poetis Græcis.

79. Ἡ δὲ Λογγιβαρδία) Poſtremis temporibus Longobardiæ nomine ea potiſſimum Italiæ pars a Græcis donata fuit, quæ in eorum Imperio remanſit, nimirum Calabria atque pars regni Neapolitani, ut manifeſto apparet ex iis quæ hic ſcribit Porphyrogenitus. Olim autem ſub Carolo Magno Longobardiæ nomen tam late patuit, ut univerſa Italia hoc vocabulo intelligeretur, ut conſtat ex Charta ejuſdem Caroli Magni pro diviſione Imperii: *Italiam vero, quæ & Longobardia dicitur*, &c. Quinam vero Italiæ pars Longobardiæ nomine hodie donetur, nemo ignorat.

Καὶ τὸ Λεόβιον ὄρος) Sic in MS. At Morellus Οὐεσούβιον ὄρος emendat. Sed vide Ortelium verbo, *Veſevus*.

Καὶ ὁ ἐν αὐτῷ Πυριχάνης) Ecquis huius, inquit Morellus, meminit? nunquid Ætnæ κρατῆρι ſuperstare congruit? an Pauſilypo, an Plano, an Taburno, an Purgio, an Puteolis? an peregrina vox eſt, & ἀντὶ τοῦ Ἄορνο loco Averni irrepſit? an uſquequaque explodendum videtur a monte Veſuvio Πυριχάνης nomen, cujus etymon πυρὸς χάσμα, hiatum ignis præ ſe fert? equidem ἐνίσχω. cedo τόρον ἐν πάχῃ.

Βουτιλίνος) De hac re pluribus Agathias Scholaſticus lib. II. Hiſtoriæ de rebus geſtis Juſtiniani Imperatoris; qui quidem Scriptor Butilinum hunc Francorum ducem vocat; eumque & fratrem ejus Leutherim antea cum Gothis ſocietatem iniiſſe ait, invito etiam Theodobaldo Rege. Vide eundem Agathiam lib. I. Sigonius autem lib. XX. de Occid. Imp. ducem hunc Bucellinum nuncupat, & hanc Francorum cladem in agro Campano contigiſſe ſcribit, ad Caſilinum ſeu Caſudinum fluvium: is idem videtur eſſe, inquit Morellus, cum Valturno, qui nunc *Sanguino* ab hac fortaſſe ſtrage indigetatur, & ex Apennino monte fluit.

80. Καθὼς τὸ ἐπίγραμμα λέγει) Epigramma quod hic Porphyrogenitus refert depravatum ac corruptum (quod quidem non dubito ſcribæ inſcitia factum) habetur & apud Agathiam lib. II. De quo ſic ille: ἐμοὶ δὲ τὰ μὲν ἐπιχώρια, καὶ ἐλεγεῖα τινὰ ἐς κίρβιν τινὰ λιθίνην ὑπό τ' ἀρχαιότητος, ἅτε δὴ τὰς ἀχθὰς τοῦ χρόνου ἠμφιεσμένα, μόλις τε ἴσχον. *Mihi vero quidam ex indigenis retulit, Carmen quoddam tabulæ ſaxeæ a quopiam inſcriptum fuiſſe, ad ripas fluminis poſitæ; quod ſic habet.* Cæterum viſum eſt, textui Porphyrogeniti adſcribere Epigramma illud emendatum ac integrum, quomodo habetur apud Agathiam; & hic idem prout habetur in MSS. Porphyrogeniti exhibere; ſic igitur habet:

Ῥεῖθρα Κασουλίνου ποταμοῦ βαθύρροιζα νομεύει
Δεξιτερὸν Τεανίδος ἀ[χώ * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *
Οὐνίκα Δακλεὶν πυθέτο Βουτιλῖνος.
Ὀλλύει καὶ τοῦδε ῥίψας, ἀπὸ ἴσσατο πάντα. *Ex lib. Pariſ. pag. 38.*
Αἵματι Βουζουγῶν ἐπιπρὸ δόμεσσιν.

Λογγιβαρδίαι) De Themate Longobardiæ, eiuſque principatibus ac ducatibus, pluribus agit Scriptor noſter infra lib. de Adm. Imp. cap. XXVII.

Ἐχων κατάλογον) De hac expeditione Saracenorum contra Dalmatiam & Italiam pluribus agit Porphyrogenitus infra lib. de Adm. Imp. cap. XXIX. ubi vide quæ adnotamus.

83. Καθὼς Αἰσχύλος) Hi verſus, inquit Morellus, quos emendatiores quam in Codice Regio exarati ſint, edidimus, enuntiantur a Prometheo vinculis aſtricto, apud Æſchylum: idcirco in Græc. addidi τὸ διεμῷον, quod a Cod. Reg. aberat: ſed fieri quoque poteſt, ut jam ipſo Conſtantini noſtri ævo Æſchyli Prometheus λυόμενος, *ſolutus*, deſideraretur; qui tamen a veteribus laudatur, ut a Strabone lib. I. & Arriano in Periplo Ponti.

Στράβων δὲ ἐν δεκάτῳ τῷ γεωγραφικῷ) At nihil tale apud hodiernum Strabonem lib. X. legitur; ſed ſic ille lib. VII. Ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου τοῖς τοῦ Βοσπόρου δυνάσταις ὁ τῆς Χερρονήσου πόλιν ὑπήκοος μέχρι νῦν ἐστί. *Ex eo tempore ad hunc uſque diem Cherſonefitarum civitas Boſporianis Dynaſtis, ſeu principibus, dicto fuit audiens*: poſt victoriam nimirum, qua Mithridates Eupatoris Cherſoneſo Boſporoque potitus eſt.

Εὐρωπείων μητρόπολιν τὸ Παντικάπαιον) Sic cum Morello ex Strabone & aliis emendamus: perperam quippe in MS. Conſtantini legitur Μαντικάπαιον pro Παντικάπαιον.

Μητρυιᾷ δὲ ἦν Φλέγων) Perperam in Editis ſcribitur, ὁ Φλέγων cum articulo. De Phlegonte Tralliano, Hadriani, ut ajunt, liberto, vide ex recentioribus Voſſium, Meurſium, Morellum, &c. 84.

Κύριον τῷ Βοσπορίτῃ βασιλεῖ) Arrianus in Periplo Ponti Euxini, Cotyn βασιλέα τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου ab Adriano Imperatore diadema & urbes pleraſque accepiſſe narrat.

Εἰς μὲν, ὁ Κιμμέριον καλούμενος) Sic ex MS Codice.

Τὸ ἐπίγραμμα) Hoc ipſum Epigramma habetur & apud Heſychium Mileſium in Originibus CP. ac Anthologiæ lib. III. tit. XII. de Mulieribus; necnon etiam apud Codinum in Originibus CP. Emendatum autem ex Heſychio textui inſeruimus; quippe ſic in MS. Conſtantini legitur:

Ἰουχίμ βοὸς ἐκ νιφὸς τύπον, οἷ δ' ἀπ' ἰμπὸς
Βοσπόριον στενοῦσι κέλευθον πόλεως
Κούρη γὰρ τὸ πάροιθε δεσὶ χθὸς ἤλασεν Ἥρη
Ἐς Πάφον. ἄλλοχοι Κυπρογενὶς νίσσετο.
Ἐνθάτ' ἐὼν δὲ Χάρητος ἑταῖρος δὲ ἔτ' ἐπλον ἐκείνῃ.
Τῷ δὲ φιλοτησίην ἀντιάλαξε σκαφίην.
Βοῦβιν δὲ κελάδοντα ἰχώ. τῷ δὲ Χάρητος
Εὐνίτην, κλυτὸν τέρμονα ἀμφορέων.

Τὸ Βυζάντιον πολυκρήδεμνον) Euſtathius, inquit Morellus, in Dionyſii περιηγήσει v. 140. Τὸ δ' ἐνὶ Θρηϊκίῃ τέμενος Βεμβρε. huic loco affinia tractat, & commenti lepidi lacunam, quæ lacrymam forte an quibuſdam pareret, explet, cum ita ſcribit: Ὁ περὶ τὸ Βυζάντιον λιμὴν ἔστιν ἐστενωμένος, καὶ περιγραμμισμένος, ὃ μάλιστα καὶ ἐπὶ τῶν ῥητόρων λεγομένων περιλαμβάνει, Θουκυδίδου ἐμφανῶς καλλύνοντος, ὡς φασιν οἱ τεχνικοί. Φιλίππου γὰρ ἐν πολιορκίᾳ διορύξαντος ἀνέδην καὶ ἔξω ἐφέροντο ἔμπλεοι ἀμφορεῖς ἐξανδρίαντες ἐπίκρυφα, ἡ Ἥκάτη φωσφόρος ἐοῦσα ἔφηνε τοῖς πολίταις τὸ ἐπίκρυφον, ἡ δὲ πολιορκία ἔσω φυγόντες, Φωσφόριον αὐτὸ ἐγχώριον τὸν τόπον ἐκάλεσαν. Quæ ſic Latine reddo ad explendam verſionem hujus Thematis. *Portus circa Byzantium (nempe Boſphorium) vocatus eſt per alliterationem, aut eam potius figuram, quam dicendi magiſtri Depravationem nominant, cum Phoſphorium quaſi Luciferum appellari debuiſſet, ut veteres ajunt. Enimvero cum Philippus in obſidione urbis meatum occultum* pag. 38. *effodiſſet, quo ii qui fodiebant clam e foſſa egredi liceret, Hecate quæ Lucifera ſeu Lucina eſt, facem inde effundit civibus: indigenæ vero ſic evitata ſolutaque obſidione, Phoſphorium hunc locum a facibus nuncuparunt.* Hæc fere ad verbum translata reperiuntur in ἐπιτομῇ τῶν ἐθνικῶν Stephani Byzantii in Βίανορος, ubi ſcribendum τὸ ἐπίκρυφον ἀνάδυσιν, vel ἔξανδρίαντες ἀνάδυσιν, ut apud Euſtathium, qui mox illuſtratur facula vocula νύκτωρ, in his Stephani, ἤδη ἐνοίγοντο νύκτωρ τοῖς πολίταις μανῆναι, &c.

ANI-

ANIMADVERSIONES
IN
CONSTANTINI PORPHYROGENITI
LIBRUM DE ADMINISTRANDO IMPERIO.

87. Μετ' ἐβολίων) Perperam in MSS. scribitur μετ' ἐβολείων. Græci quippe recentiores diphthongos & vocales mire confundunt; ex quo ipsis barbaries, literatis vero dubium quomodo diphthongi & vocales pronuntiandæ. Hoc autem semel monuisse sufficiat; nam nulla apposita adnotatione, veluti scribæ mendum castigamus.

Μεγαλοπρίβολοι) Ita Codices Regg. corrupte vero in Cod. Palatino μεγαλοπρίβολοι scribitur; sed optime in Notis Meursius emendat.

Διδασκαλίων) Sic MS. Reg. Perperam in editis, διδασκαλείων; sed optime Meursius castigat.

Συμπεδίστω σοὶ τὰς βουλὰς βουλὰς, &c.) Perperam in MSS. συμπεδίστι. Hæc Meursius diversimode intelligit: *Este*, inquit, *expono tibi doctrinam, ut ejus usu & cognitione periti, circa ea quæ consulto optima, & publice utilia sunt, ne erres.*

Ὡρολόγια δωσέτω) Sic MS. Codex. Perperam legitur in Editis ὡρολόγιον δίνεται; quod quidem librarii mendum esse minime dubito.

88. Γεωπολογίαι τῶν ἐθνῶν) Perperam in Palatino, γεωπολογίαι ἢ ἐθνῶν.

Καὶ καθαιρεῖ πρὸς τύπτει) Meursius, ac si legeretur καθαιρεῖ pro καθαιρεῖ, hæc ita interpretatur, *seditionis motu*. Verum in MSS. Regiis & in Palatino non solum hic, verum etiam cap. XIII. circa finem legitur καθαιρεῖ, ubi Meursius perperam emendat καθαιρεῖ pro καθαιρεῖ; quippe idem Porphyrogenitus lib. 1. de Them. ubi de Themate secundo Armeniaco, sic habet, ὅτε Μίνωτος ὁ τοῦ καθαιρεῖ ἕλλας αἰχμαῖον ἀνεγερλάμενος, ubi Vulcanius καθαιρεῖ interpretatur dimensionem per stadia. Addatur itaque hæc vox Glossario Græc. Ducangii.

Καὶ ἀντιτάσσεσθαι) In editis ἀντιτάσσεσθαι corrupte; sed optime Meursius in Notis castigat.

Ὁ πατρικίτης) Perperam in editis, ὁ πατρικιτικίτης.

89. Καὶ συμπαῖσι σι, &c.) Mendose in Codice Reg. scriptum reperi συμπαῖσιά πλείστοι.

Ὡς συμβῇ) Optime etiam Meursius, nam συμβῇ Cod. Palatinus habet.

90. Πρὸ προσώπου αὐτοῦ πεσοῦνται πολέμιοι) Meursius perperam hæc segregando intelligit πρὸ προσώπου αὐτοῦ πεσοῦνται, &c. *Cadent hostes, & terram lingent inimici ejus.* Ipse vero conjunctim scribo & reddo. *Coram eo procident hostes, & inimici ejus terram lingent.*

Πολυχρόνιαι φίλλοις) Male editi, πολυχρόνιαι φύλλου.

Περὶ τῆς Πατζινακίτης, &c.) De Patzinacitis Scythica gente qui etiam Patzinacæ aliis dicuntur, pluribus agit Scriptor noster capitibus sequentibus, ubi de eorum regione, vitæ instituto, gentibus quæ ipsis conterminæ sunt multis loquitur. Vide quæ de ipsis habet Ortelius. *Edit. Paris. pag. 33.*

Διαφορόντως) Mendose in MSS. scribitur, ἀφορόντως.

91. Καὶ τὸ διαμένον) Perperam in editis habetur, διαπεμπόμενον.

Καὶ ἀξιλοῦ) Ita & Meursius legit; nam in MS. καὶ ὑξιλοῦ legitur.

Λογοθετεύεται) Id est, Legatum; passim quidem hac significatione occurrit apud Scriptores mediæ & infimæ Græcitatis ac Latinitatis, vide Ducangii utrumque Glossarium; unde Nostrates Legatum Poclisar appellant. Incepit autem hoc nomen & munus Constantini magni tempore, ut scribit Hincmarus epist. XII. cap. XXII. Nec ab origine pro quovis legato sumebatur, sed qui Ecclesiæ negotia tractabat legatus, Apocrisiarius dicebatur, posteriori autem ævo pro quovis legato indifferenter usurpatum est.

Ἡγεμόνες) Ὁξὶα multiplici significatione apud Scriptores occurrit, quemadmodum etiam apud eumdem Constantinum; hoc ipsomet quippe libro de Adm. Imp. cap. 53. ὁξὶα pro *vulgus* accipitur: καὶ ἴδοντι ἔστιν Σκυθίαν τὰ πάντα αὐτοῦ ἀχθ πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἡ ὁξὶα πρὸς τὰ ἴδια, ἐγὼ δὲ τὸν ὁξὶα μου πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὰ πάντα πρὸς ἐμοντῶν. In Tacticis apud Mauricium ὁξὶα pro *exercitus fronte* usurpatur. At in præsentiarum ὁξὶα est purum putum latinum, *obsides*: qua notione accipitur etiam c. 7. ejusdem libri de Adm. Imp. παρ' ἐκείνοις ὁξίδας παρ' ἡμῶν; necnon cap. 8. & 45.

Ὅτι γειτνιάζει τὰ τουρκικὰ ἔθνη, &c.) Ex illis quæ in sequentibus habet Scriptor noster facile eorum regionis limites dignosci possunt. 92.

Καὶ κουρσεύειν) Id est *cursare, prædari, excursiones facere*. Hac notione sæpe occurrit apud Theophanem, & alios Scriptores; necnon eumdem Constantinum in Tacticis. Vide Ducangii Gloss. Græc.

Καὶ τὰ λεγόμενα κλίματα) Interpretatus sum *Regiones* exemplo Edit. Lat. Canonum Ecclesiæ Afric. Can. 107. ἐν τῇ Καλλιδρόμῳ εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ δευτέρου κλίματος. *In Basilica Regionis secundæ*. Cæterum apud eumdem Constantinum scribitur κλῖμα & κλίμα, cum v. cap. hoc primo; cum i. cap. 37. & c. 42. ejusdem libri de Adm. Imp. & ita varie scriptum, eadem tamen notione passim reperitur apud Auctores.

Καὶ τοῖς Ῥὼς οἱ Πατζινακίται γείτονες) De Russis & Russia pluribus loquitur infra Scriptor noster. De Russis autem Symeon Logotheta in Chronico MS. sic loquitur: Ῥὼς δὲ οἱ καὶ Δρομῖται, φερώνυμοι, ἀπὸ Ῥὼς τινὸς ἡγεμόνος διάφορον ἀνεκλήθησαν τῇ χρησαμένου ἐξουσιάσαι ἢ διακοσίας νῆας, ἃ ὑπερέχοντας αὐτοὺς, ἐπικαλοῦνται. Δρομῖται δὲ διὰ τοῦτο ἐξέπεμψαν αὐτοὺς προσηγόρευτο. ἐκ γένους δὲ τῆς Φράγγων καθέστασι.

Πρὸς αὐλοὺς) Hæc ita ex MS. Codice reponimus.

Πραιδεύουσι ἢ Ῥωσίαν) Id est, prædantur: hoc verbo utitur Constantinus etiam cap. 10. 13. 30. 32. 44. 45. & in Tacticis nonnumquam. Apud alios item Scriptores Byzantinos passim occurrit hoc verbum eadem notione.

Δαμζῶσι) Ita in MSS. Editi vero habent, ἡμῶσι. 93.

Καὶ ὁ βοηθὸς καταπολεμοῦσι) Optime Meursius restituit vice καταπολεμοῦσι.

Μετὰ τῆς πλοίων) Sic ex MS. In editis perperam, μετὰ τῆς πλοίων.

Εἰς τοὺς φραγμοὺς τῶν ποταμῶν) Nimirum, *ad locos fluminis præruptos*. Perperam hæc interpretatur Meursius, *in fluminis munimentis*; quippe in Danubio, Danapri & Danastri fluminibus nulla munimenta arte facta, quæ navigationem impediant, reperiuntur; loca vero prærupta, seu rupes transversæ, quæ navigiis permeari nequeant, frequentissimæ in laudatis fluviis occurrunt. Nomina autem locorum præruptorum, quæ in illis fluminibus reperiuntur, recensentur a Porphyrogenito paulo infra cap. IX. ubi agit de Russis a Russia Constantinopolim in lintribus venientibus.

Καὶ διὰ τοῦτο φόβον τοῖς Τούρκοις, &c.) Id est, *Ideoque Turcis Patzinacitæ semper formidolosi sunt, ab illisque* 94.

Edit. Pariſ. pag. 34.

Uſque currentium. Diverſimode hæc Meurſius interpretatur.

Οἱ Πατζιναϊται) In MSS. οἱ δὲ Πατζιναϊται. At δὲ redundare videtur.

96. Ἐν τῇ γὰρ τοιαύτῃ ὑπ' αὐτῷ καταπολεμηθέντα) Perperam in editis καταπολεμηθέντων. Quid apud Cur ſupra expoſuimus.

97. Καὶ ἔστιν λοιὸν ἀπὸ τούτων Πατζιναϊτῶν, &c.) Vide quid de Patzinaticis ſcribat idem Porphyrogenitus infra cap. XXXVII. Gens autem Patzinacitarum dividitur in XIII. tribus, & eſt magna & populoſa, cui nulla Scythica reſiſtere poteſt, ut ſcribit Cedrenus; qui quandam harum tribuum *Belemarmin*, & aliam *Pagumenin* appellat. In horum vero Patzinacitarum ſive Patzinacarum tracto, inquit Ortelius, hodie Podolia & Moldavia viſitur.

Ἐπὶ τῇ Ῥωσίᾳ) De Ruſſis ac Ruſſia pluribus infra cap. IX. loquitur idem Scriptor; ubi vide quid obſervemus.

Καὶ Χαζαρίᾳ) De Chazaris & Chazaria vide quid Conſtantinus cap. X. XI. & XII. necnon alibi obiter. Perperam vero in editis ſcribitur Χαονίᾳ.

Καὶ τῇ Ζιχίᾳ) Regio ad Pontum Euxinum. Pluribus de Zichia loquitur Porphyrogenitus infra cap. XLII. & Gyllius in Boſporo Thracio. Vide Notas ad hiſtoriam Ducæ pag. 232. Xylander in Notis ad Cedrenum nomen fluminis eſſe ait.

Πανυπερτατικοῖς) Sic MS. Editi, *ὑπερθαυμασίοις*.

Βλαττία) *Blattia* vel *Blatta* eſt idem quod Purpura in L. 1. C. Quæ res venund. non poſſ. *Purpuræ, quæ Blatta, vel Oviblatta, atque hyantina dicitur.* Hinc conſtat tripliciſ coloris fuiſſe Blattam, purpuream nempe, quæ mero Blattæ vocabulo intelligitur, alteram intenſioris & vividioris coloris, quam Ὀξυβλάττιον nuncupant; vel Βλάττιον ἐξ' ut Cedrenus in Tiberio: tertiam denique violaceam, ſive hyanchinam. Fuit olim in pretio *Blatta Neapolitana & Byzantina*, ut patet ex Anaſtaſio Bibliothec. in Leone III. & in Paſchali. *Blattam* vero Tyriam commendat Sidonius carm. 5.

Pontus Caſſoreæ, Blattam Tyrus, æra Corinthus.

Recentiores vero Græci, Βλάττιον, pro ſerico uſurparunt. Vide Salmaſ. ad Hiſt. Aug. Item Ducangii utrumque Gloſſ.

Πράνδεα) *Prandea* & *Brandea*, ſcriptum reperitur. Brandeum multiplici ſignificatione apud Scriptores occurrit; aliquando enim accipitur pro palla ſerica, vel lintea, qua divorum reliquiæ, vel corpora involvi a Chriſtianis ſolebant. Hincmarus in Vita S. Remigii: *Ipſum corpus Sanctiſſimum, ſicut in anteriori tranſlatione, ab Epiſcopis Remorum diœceſeos integrum inventum eſt, & brandeo rubro involutum.* *Prandeum* ſeu *Brandeum* accipitur etiam pro zona, faſcia, cingulo. Apud Iſidorum in Gloſſis, *Prandeum, genus zonarum* fuiſſe dicitur, ubi quidam temere *Brandeum* reponunt, ignorantes quod Prandeum ſcriptum reperiatur apud plures Scriptores Latinos eadem pariter notione qua Πράνδεον apud Græcos. Theoph. an. Juſtiniani 31. de Avaribus. Εἶχον γὰρ τὰς κόμας ἀνεῖδον μακρὰς καὶ ἀπεκείραντο πρανδίοις καὶ στολαγμοῖς. Conſtantinus *Prandea* eadem ſignificatione hic accipit, ſcilicet pro zona, faſcia ſeu cingulo. Vide Ducangii utrumque Gloſſ. necnon Notas ad Theophanem, pag. 597. E. R.

Χαλίοις) Ita MSS. omnes. At Meurſius in Notis emendat, χαλάοις ut ſint *armillæ*. Verum Zoſimus Panopolita MS. de ſecundandis margaritis, docet eſſe *pannum variorem*: ἢν δὲ ἡ ποικίλη ἐκείνη ἐσθὴς μίξει ποικίλη ἄρτι ἐπιτηδείως χαλαρᾶς.

Σίμουτα) Σήμουτον eſſe purum putum Latinum *Segmentum* ſcribit Meurſius in Notis, nec diſſentio; ſed quid hic Segmentum ſignificet non aperit. Segmentum ſiquidem multiplici apud Latinos ſignificatione gaudet. Ovidius de arte amandi tertio:

Quid de veſte loquar? nec enim ſegmenta requiro
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

pag. 35. Hoc quidem loco ſegmenta & purpuream veſtem eodem ſenſu Ovidius uſurpat, quo Græci auctores χιτῶνα καὶ πορφύραν mulieres in luctu depoſuiſſe ſcribunt. Ita etiam accipiendus Juvenalis lib. 2. Sat. 11. de veſte Gracchi:

Segmenta & longos habitus & flammea ſumit.

Quibus verbis muliebrem veſtem deſignavit, quam Gracchus induerat, & quæ ſegmentis ad guttur ornata fuit, hoc eſt, aureis faſciis. *Segmentum* vero apud Valerium Maximum eſt ornamentum colli quod monile vocatur lib. 5. c. 2. In Coriolani mentione; *Veturia mater & Volumnia unæ nefarium oppugnandæ precibus ſuis poſſe non fuit. In quarum honorem Senatus matronarum ordinem beniginiſſimis decretis adornavit. Sanxit namque, &c. Permiſit quoque his purpurea veſte & aureis uti ſegmentis.* Eadem notione uſurpavit Servius: *collaque monilia: ornamentum gutturis, quod & ſegmentum dicunt.* Idem habet Iſidorus. Et hac etiam ſignificatione ſegmenta in præſentiarum accipiendum eſſe puto: hiſce quoque temporibus illarum regionum fœminæ collum pluribus monilibus exornant, digitos annulis complent. Cæterum recentiores Græci *ſegmenta*, σίμουτα, ut *pigmenta* πίγμουτα, dixerunt.

Δερμάτια ἁλόπινα) Corrupte ſcribitur in MSS. ἁλόπινα. Cæterum ἁλόπινος, *Purpureus* Græcis; nonnunquam tamen apud Scriptores Latinos eamdem vocem uſurpatam repero eadem notione. Anaſtaſius Biblioth. in S. Zacharia. *Simulque & vela ſerica alithina quatuor.* Occurrit paſſim apud eumdem Scriptorem. Alii vero Auctores chlamydes purpureas *veri luminis* vocant. Sicuti enim Græci ἁλόπινον χρῶμα dixere pro purpureo vel coccineo, ita κατ' ἐξοχὴν Latinis verus color eſt purpureus. Idcirco *Δερμάτια ἁλόπινα* τὰ δέρματα pelles Pardorum purpureas, interpretati ſumus. Vide Salmaſii Notas in Trebellium Pollionem, & Ducangii utrumque Gloſſ.

Πίνες ἀμφωνὶς, ἤ ναῦς) Perperam ſcriptum reperi in Codd. Regiis, πίνες ἀμφωνὶς, ἢ ναῦς.

Περὶ τῆς ἀποστολῆς τοῦ) Codd. Regii, περὶ τῆς ἀπὸ Χερσῶνος ἀποστελλομένης βασιλικῆς ἐν Πατζινακίᾳ. *98.*

Βασιλικὸς) Βασιλικὸς id eſt *Cæſarianus*, ſic interpretatus ſum exemplo Cujacii, qui ad Nov. 2. Juſtiniani *Cæſarianum* interpretatur, ſive *officialem Cæſaris*. Divus vero Hieronymus in illo Joannis 4. v. 46. ἦν τις βασιλικὸς, interpretatur. *Erat quidam Palatinus.* Ducangius, Βασιλικὸς, inquit, idem qui *Mandatarius*, qui ſcilicet, *Imperatoris mandata perferebant.* Vide ejuſdem Gloſſ. med. Græc. v. Βασιλικοὶ, necnon med. Lat. v. *Baſilicus*.

Καὶ δουκάτους) Id eſt, *Ducis olim*: ita & Meurſius interpretatur. Sæpiſſime hac voce utuntur eadem notione Græci recentiores. Vide Suicerum in Δουκίζω, necnon Ducangii utrumque Gloſſ. v. Diaſoltes & conducere, &c.

Ζευγάρια) Ζευγάριον hic & cap. 43. ejuſdem libri, idem ſignificat, quod apud veteres Græcos, ζεῦγος. Cæterum perperam in MSS. ſcribitur ἐκδομάρια pro ἐκδρομάρια.

Μετὰ χελανδίων) Χελάνδιον, Navigii ſpecies, cujus frequens mentio occurrit apud Byzantinos Scriptores, necnon apud eumdem Conſtantinum cap. 39. 41. & 51. ejuſdem lib. de Adm. Imp. Vide Ducangii Gloſſ. med. Lat. v. Chelandium. *99.*

Καὶ Δάναπρι, καὶ Δάνασρι) Non ſolum Porphyrogeniso, verum etiam Cedreno pag 464. E. R. Danaper & Danaſter duo ſunt flumina diverſa; & quidem Danaſter fluvius idem qui Boryſthenes, Sarmatiæ Europæ fluvius, qui etiam a Jornande Danaſter appellatur; unde Danaprum & Danaſtrum pro eodem flumine Geographi paſſim uſurpant. Sed num Danaſter idem qui Marcellino Danaſtus fluvius diverſus a Boryſthene, quem idem Scriptor inter Danubium & Boryſthenem ponit? Martinus Cromerus autem de rebus Polo-

Edit. Paris. norum pag. 8. sic habet *Danaster vero, qui Jornandi Boristhenes est, ut fallor, aliis vero Tyras, qui e Sarmaticis montibus profluens, etiamnum Nester sive Dnester ab accolis dicitur, & ipse in Sarmatia est.* & pag. 111. *At si quidem Danaster Boristhenes est, ut Jornandes velle videtur, & nos ante diximus (quem nos Neptrum seu Dneprum vocamus) Valachi ac Podolii nunc ea loca tenent: sin Nester sive Dnester, ut etiam nunc ab accolis Russis & Moldavis appellatur, qui veteribus Græcis & Latinis Tyras est, soli Valachi ab eo ad Pontum ac Danubium extendantur.*

pag. 36.

100. Διὰ διήρωνος εἰσιοῦ) Δήρωνες hic pro *famulo* accipitur, ut apud Codinum de Offic. aulæ Constantinop. cap. 7. n. 15. & apud Joannem Glycam de Vanitate vitæ.

Κατὰ τὰ ζάκορα) Vox Illyrica corrupte scripta, uti passim apud Græcos recentiores voces occurrunt alienigenæ corruptæ; Zakon quippe in singulari numero, seu ut Nostrates scribunt Sakon vel Sacon *legem* significat tam scriptam, quam non scriptam, hoc est *legem & consuetudinem*; & in plurali Zakona seu Sakona *leges & consuetudines*. Eadem voce utitur etiam cap. 38. ejusdem libri: ἐν ᾗ ἀρχοντα, καὶ τὸ ἐξ Χαζάρων ἔθνος ἐζάκωσε, τουτέστιν, συνέστησεν αὐτὸν εἰς ἀκολούθησιν. ubi perperam in editis legitur ἔθνος pro ἔθνος. Corrige Ducangii Gloss. Med. Græc. v. Ζάκορον.

102. Καὶ κακὰ παιδία εἰσὶ) Interpretatus sum, & *admodum pugnaces sunt*; Meursius ad verbum, & *mali pueri sunt*. Sed perperam idem Meursius in Notis ad hunc Porphyrogeniti locum laudat Epimenidis versum, qui habetur apud D. Paulum, sic:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Nam ibi non κακὰ παιδία, sed κακὰ θηρία legitur.

Καλλιγηρίζουσι) Καλλιγηρίζειν significat *ætatem transigere*: καλλιγηρεῖον quippe apud eumdem cap. 29. de Adm. Imp. est *ætas*: ἔχει δ' ἐν τῷ τοίχῳ κάτωθεν κύκλον αὐτοῦ ὁρμίσκια, ὅσα τῷ μέσῳ καλλιγηρίῳ βλέπει· οὐ θέλει δὲ τὸ μεσαίτατον, τῷ δὲ χαμαὶ πεδιακῷ. Vide Meursii Gloss. Med. Græc. necnon Ducangii.

Μετὰ τῶν μονοξύλων) Μονόξυλα sunt lintres minores ex unico ligno confectæ. Vegetius lib. 3. cap. 7. *Scaphas de singulis trabibus excavatas appellat.* Unde a Latinis *Trabariæ* dictæ, *quæ ex singulis trabibus cavantur*, ut est apud Isidorum lib. 19. Orig. cap. 1. Hæ propriæ erant Scytharum, Bulgarorum, Russorum, cæterorumque ad Septemtrionem populorum, quibus Istrum & majora flumina trajiciebant. Claudianus in 4. Consul Honorii:

Ausi Danubium quondam transnare Getbunni,
In lintres fregere nemus, cum mille ruebant
Per fluvium plenæ cuneis immanibus alni.

His quoque temporibus lintribus illarum regionum populi utuntur, quas patria lingua *Galize* vocant, ut etiam & nostrates. Ejusmodi μονόξυλον frequens mentio occurrit apud Scriptores Byzantinos, nec non in Tacticis Leonis & Constantini Imperatoris. Vide Ducangii Gloss. med. Lat. in Linter, ac med. Græc. v. μονόξυλα.

Ἀνὰ τοὺ Νιωγαρδὰς) Puto hic pro Nemogarda legendum Novogardia, quæ & Novogorod appellatur.

Σφενδοσθλάβου) Wenceslaum ita efferunt Græci Scriptores. Sphendosthlabi hujus Russorum principis mentio occurrit apud Cedrenum pag. 660. 674. 675. 677. 682. & 683. E. R. necnon apud Zonaram pag. 215. E. R.

Εἰσὶ δὲ ξ' ἀπὸ τοῦ κάτω, &c.) Sic etiam in MS. pro ἀπὸ τοῦ κάτω ϕ', &c.

Καὶ Τζερνιγώγου) Czernichova oppidum in finibus Russiæ & Lithuaniæ celebre; quæ quidem ab incolis Czernichow nuncupatur.

Ἐπὶ τὸ κάτω τὸ Κιοάβα) Et paulo infra hanc ipsam urbem Κιόβα & Κιοάβα vel Κιοάβη appellat; quæ quidem aliis Κυϊβία dicitur, nimirum Kiowia, Russiæ olim Metropolis, ad Borysthenem, cujus amplitudo pluribus describitur ac prædicatur a Dit- pag. 37.
maro lib. 7. extremo, Adamo Bremensi cap. 66. Mathia Michoviensi lib. 2. cap. 18. Alex. Gagnino & aliis. Cæterum legendum εἰς τὸ κάτω, ut in MS.

Οἱ πακτιῶται ἀνῆβ) Meursius πακτιῶται *fœderati* 103.
interpretatur; Ducangius *tributarii*. Sic infra Porphyrogenitus; ἡ λοιπὴ Σκλαβινία, οἵ πασι δὴ πακτιῶται εἰσὶ Ῥῶς.

Τὰ πελοῦ ἀνοιγόμενα, ἀπὸ δυσμῶν ὁ παγετός) Sic MS. Veteribus autem hieme maria claudebantur, vere aperiebantur. Theodoretus de provident. Serm. 2. τοὺ μὲν γὰρ χειμῶνα λέγουσι, ἡ τοὺ ἔαρος ἀνοικόμενος, ἀπὸ τοὺ ἐπιόντος ἀνέμους, οὐρανοῦ, τὸ δὲ ἐκλείπειν, ἡ ἀπὸ πλόϊμον ἀπαγορεύειν, ἢ βάλαττα ἀπορρεῖν, καὶ ἡ χειμερινὴ ἀνεπλωΐα ἀφεχώρησε, &c. Hieronymus in epistola ad Eustochium: *Tandemque exacta hieme, aperto mari, redeuntibus ad Ecclesias suas Episcopis, & ipsa vere cum eis ac desiderio navigavit.* Claudebantur vero maria apud Græcos quidem sub occasum Pleiadum. Hesiodus lib. 11.

Εἰ δέ σε ναυτιλίης δυσπεμφέλου ἵμερος αἴρῃ,
Εὖτ' ἂν πληϊάδες Διὸς ὄβριμον ἀλέεινον
Φεύγουσαι πίσσυτον ἐς ἠεροειδέα πόντον,
Δὴ τότε πάντων ἄνεμον δύσιν εὐθὺ)
Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐν οἴνοπι πόντῳ.

Et quæ sequuntur. Dicebaturque nautis id tempus ναυδρομία. Proclus ad illum locum: ἐπὶ γὰρ ναυτιλίαι ναυδρομίαν καλοῦσι τοῦτον τὸν καιρόν. Aperiebanturque Bacchanalibus. Patet ex Theophrasto in Charactere ἀπονοίας, ἐν ᾧ διάκειται ἐν Διονυσίοις πλεῖν ὀκνεῖ. Et tunc Dianæ sacerdotes rudem carinam deæ dedicabant, & commeatus primitias libabant. Apulejus Milesi. XI. ex persona Dianæ: *Diem, qui dies ex ista nolle nascetur, æterna mihi nuncupavit religio: quo sedatis hibernis tempestatibus, & lenitis maris procellosis fluctibus, navigabili jam pelago, rudem dedicantes carinam primitias commeatus libant mei sacerdotes.* Apud Romanos claudebantur III. Id. Novembr. & aperiebantur VI. Id. Mart. Vegetius de rem milit lib. IV. cap. XXXIX. *Ex die igitur III. Id. Novemb. usque in diem VI. Id. Mart. maria clauduntur.* Et dies aperiendi itidem festus erat, solennique certamine, & publico spectaculo celebrari solebat; ut discimus ex eodem Vegetio ibidem. Ithæc Meursius in Notis ad eundem Porphyrogeniti locum.

Εἰσέρχασι δ' ἀπέρχασι) ἀπὸ τὸ Κιόβα) Sic MS Editi vero, ἀπέρχασι ἀπὸ τὸ Κιόβα. Paulo superius hanc ipsam urbem Κιόβα appellat idem Constantinus, uti monuimus.

Καὶ σιάδες) Πιλαι inter instrumenta navalia hic recensetur. Videntur intelligi *Palæ*, inquit Ducangius, quibus undæ ex navigiis subinde ejiciuntur, nos etiamnum *Pelas* dicimus.

Καὶ σκαρμοὶ) Σκαρμὸς & σκαλμὸς Græcis recentioribus *Scalmus*, lignum quo alligatur remus. Nostrates lingua patria etiamnum illud lignum *Scaram* appellant.

Διὰ τοὺ τετυχοῦ Δανδφιστ) Sic ex MS. Codice.

Ἐκοιμᾶτο) Hanc vocem Russorum Sclavorumque 104.
lingua inquit Constantinus significare, *non dormire* unde pro ἐκοιμᾶτο scribendum esse puto Νεκοιμᾶτ', *Nesspi*, vel *Nespi* quæ vox nostratibus significat *non dormitare*. Cæterum perperam legitur in Editis, ὃ ἐμπλοδίτου pro ἐμπλοδίῃ, & paulo infra Σκλαβινιαὶ pro Σκλαβινί.

Ὅσον τὸ πλάτος τοῦ Τζυκανιστηρίου) De Tzycanisterio pluribus supra in Commentariis nostris ad Antiquitates Constantinop.

Ἀλλὰ πλησίον σκαλώσαντες) Σκαλώσαι *Exscendere* & *Appellere* significat, inquit Meursius, & ex eo Ducang. Hac voce utitur etiam paulo infra Constantinus eadem notione. Vide Gloss. Græc. Ducangii.

Οἱ μὲν πλῶρας) Πλῶρα pro πρῶρα, *prora*; Græ-

et enim recentiores ρ & λ interſe confundere ſolent.

Edit. Pariſ. pag. 38. *Μετὰ κατεγίων κατεβαίμεν*) Meurſius ait ſcribendum *κατεβαλαίμεν*, vel certe *κατεβάμεν*. Nam *κατεγὼν*, eſt, propter incedere, appropinquare. Gloſſæ Græco-barbaræ: *ἐ γκλεῖος βαίνω. ἐντῦ ἰσχύω. ἐντῦ κατεγὼ.* Iterum alibi, *παραδελαίνω, ἐντῦ κατεγὼ τῦ δελαίνω.* Occurrit illic pluries.

105. *Ορεβουλίραχ*, &c.) Oſtrobuniprag dicitur noſtratibus *acutum collis limen*; nec dubito quin ita ſit ſcribendum, quippe Græci exteras voces paſſim corruptas ac depravatas proferunt.

Ο ἐμιλιάνος) Legendum ut in MS. *ὁ ἐμιλιανός*.

Σκελαίνων ἄνωτα) *Σκελαίνων* quid ſignificet paulo ſuperius monuimus.

Φυλαττομένων τὰς βίγλας) *Βίγλα*; *Vigilia*, *Excubiæ*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

106. *Αγχίνους φυλάττοντας*) Sic MS. Perperam in Editis legitur, *ἀγχίνους φυλάττουσα*.

Τὰ ζυγάρια μετὰ τῆς ἀπάσης) *Ζυγάριον* Græcis recentioribus *Mancipium* ſignificat. Vide Gloſſ. Græc. Ducangii.

Πατζιμάνοι) *Πατζιμάνος* e Latino eſt, *impedimentum*, vox alibi nuſquam neque Meurſio neque Ducangio, ut ipſi fatentur, lecta.

Βερίτζα) Sic MS. Editi vero habent, *Βερίτζα*.

Βρύσαμα τρεῖ) *Νερὸν*, *Aqua*. Vide Meurſium & Ducangium.

107. *Καὶ διαβαίνοντας*) Sic cum Meurſio emendamus. In MSS. legitur, *ἢ διαβαίνοντας*.

Ὅσον τὸ Ἱππόδρομίου) Vide quid de Hippodromo Conſtantinopolitano monuimus lib. II. Commentariorum in Antiquitates CP. ubi ejuſdem Hippodromi figuram exhibemus.

Εἰσὶ ἔτω παρακείμενοι οἱ ὑβδελμοί) Nimirum, *quantum oculi perſpicere poſſunt*. In Editis & in MSS. legitur *φίλοι* pro *ὑβδελμοί*, ſed non dubito quin hæc vox depravata fuerit a librariis. Meurſius *φίλοι* legit, & ſic interpretatur: *Altitudine vero, ab inferiori parte ad illum locum, ubi deſpiciunt amici, quantum ſagittæ jactus pertingere poſſit*. Cæterum *σαγίττα* vox Latina, qua paſſim Græci recentiores utuntur.

108. *Ρίπτουσι δὲ ἢ σκαρφία*) *Σκαρφίον*, *Sors*. Portius: *Σκαρφία*, *Sors*, *κλῆρος*. *Σκαρφιά*, habet Ulaccus. Sic Ducangius.

Εἴτε ἢ φύγων) In MS. *εἴτε σφαῖρα αὐτοῦ, εἴτε ἀπὸ φυγῆς, εἴτε ἀπὸ ζώντων ἄλλων αὐτοῦ.*

Αὐτὰ δὲ τὰ ἐκεῖσε τότε Πατζινακίτικα οἱ Ῥὼς ἐφθείροντο) Sic MS. Editi vero habent omnino contraria; *αὐτὰ δὲ τὰ ἐκεῖσε τότε Πατζινακίτικα οἱ Ῥὼς ἐσώζοντο.*

Ἐν ᾧ ἐστὶ ἢ νῆσος τοῦ ἁγίου Αἰθερίου) Sic paulo infra; at hic perperam habetur tum in Editis, cum in MSS. *Ἐθνικοῦ* pro *Αἰθερίου*.

109. *Καρὰ ἐκπλεύσας*) Sic cum Meurſio emendamus. Perperam legitur in MSS. *παρὰ ἐκπλεύσας*: quod ſcribæ mendum eſſe nemo non videt.

Ἄσπρον) *Ἄσπρον* Græcis recentioribus *Album*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Παραλλάσσει) Nihil aliud eſt *παραλλάσσει*, inquit Meurſius, quam quod *Divergium* dixit Siculus Flaccus de condit. agror. & Auctores De Limit. Ducangius vero inquit, *εἰς τὸ τῦ Δανουβίου ποταμοῦ παραλλάσσει*, id eſt; *ubi Danubius in ramos funditur*.

Εἰς Κωνσταντίαν) Vide quæ de Conſtantia monuimus lib. I. Commentariorum in Antiquitates Conſtantinop.

Εἰς τὰ τῆς Μεσημβρίας μέρη) Meurſius, *ad partes meridionales*, interpretatur.

110. *Ἀπὸ τὸν Κιόβον ἢ ἀναίρχονται*) Sic paſſim Græci recentiores pro *ἀπὸ τοῦ Κιόβου*. Perperam legitur in Editis *ἀπὸ τὸν Κιόβον ποταμὸν*; quippe vox *ποταμὸν* deſideratur in MS. unde puto, eandem urbem, quam ſuperius Scriptor noſter *Κιόβα* & *Κιόβα* appellavit, hic *Κιόβον* nuncupare; quod quidem manifeſto ex contexto liquet; nam etiam paulo infra *Κιόβον* habet, neque ſermo eſt de flumine, ſed de urbe Kiowia; de qua vide quid ſupra adnotavimus.

Εἰς τὰ τοῦλλα) Sic in MS. At Meurſius *τοῦλλα* legendum monet. *Πουλλα* legitur in Gloſſ. Græc. Latin. Phavorinus: *τοῦλιχνα, τοῦλλα, τύλας*. *pag. 39.*

Ῥωμανίαν) Perperam legitur in Editis *Ῥωμαίαν* pro *Ῥωμανίαν*. Romania apud Scriptores Græcos recentiores nonnunquam pro *Imperio Orientali* & interdum pro *Provinciis Aſiaticis* accipitur. Vide Ducangii utrumque Gloſſarium.

Οὖζοι καὶ Οὔζοι) Vide quæ de Uzia & Uzis habet Porphyrogenitus infra cap. XXXVII. & cap. XLII. Sunt autem Uzi ſeu Uſi, Scythici populi & Hunnici, Patzinacis & generis præſtantia & multitudine haud inferiores. *Huſi* Raimondo *de Agiles* & Tudebodo lib. 2. dicti. De his agunt Zonaras in Conſt. Duca & Romano Diog. Scylitzes in Monomacho, aliique hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores.

Τῇ Ἀλανίᾳ παρακειμένη) De Alania & Chazaria pluribus Scriptor noſter infra cap. XXXVII. & cap. XLII. 111.

Καὶ διαίνεται) Sic MS. Codex. Perperam legitur in Editis, *καὶ διαίνεται*.

Ταῦτα φαιδίνει) Quid *φαιδίνει* ſupra monuimus.

Μετὰ φοινίκων) *Φοινίκων ἐκκλησίας*; qua ſignificatione paſſim occurrit apud Scriptores Byzantinos, necnon apud Tacticos. Latini quoque recentiores *foſſatum* pro *exercitu* dixere. 112.

Ἡ Φραγγία, &c.) De Francia, Moravia & Chrobatis pluribus infra agit idem Conſtantinus; de Sphendopluco autem Moraviæ principe cap. XLII. ubi vide quæ adnotamus. De hac Francia vide quæ obſervat Ducangius in Notis ad Chronicon Paſchale pag. 548. E. R. 113.

Ἡ στεμμάτινον) *Στέμμα* hic pro *corona* ſumitur; ſeu ut verius dicam pro *Camelaucio* illo Conſtantinianeo, quo Imperatores Conſtantinopolitani caput redimiti cernuntur, tum in eorum numiſmatibus, tum in eorum figuris. 115.

Ἀπὸ τῶν ἡμῶν καμηλαύκιον λέγεται) Ita ex contexu reſtituimus: in MSS. corrupte legitur: *ἄνωθεν ἡμῶν καμηλαύκιον λέγεται*; in editis vero habetur *λέγεται*. Ex contexu, inquam, ita emendavimus, paulo ſuperius quippe habet, *καὶ τὰ στέμματα ἃ παρ' ἡμῶν καμηλαύκια ὀνομάζεται*. Ubi perperam ſcribit Meurſius *παρ' ἡμῶν* pro *παρ' ἡμῶν*. Nam quamplurimi populi ex illis gentibus Borealibus ac Scythicis, de quibus loquitur Porphyrogenitus laudato loco, Illyrica lingua utebantur, nec alia ab illa, qua noſtrates; & qua quidem Europæ haud minima pars nunc utitur. Igitur *καμηλαύκιον* cum non ſit vox Illyrica, ut liquet ex Svida: *Καμηλαύκιον*, inquit ille, *Ῥωμαϊκὸν λέξις, ἐνδύεται δ' αὐτὸ Βλάχοι, παρὰ τὸ καίειν ἐλαύνειν, Καμηλαύκιον*. Eadem habet Lexicon Cyrilli & Gloſſæ Baſilic. non videtur quidem ſcribendum *παρ' ἡμῶν*, ſed utrobique *παρ' ἡμῶν*. Quid autem ſit camelaucium paulo ſuperius monuimus.

Ἀπ' ἄνω δημοτελῶν, &c.) Vide Codinum de Offic. aulæ Conſtantinop. 116.

Ἀναβὰς τὸν ἁγίαν τραπέζην) De ſacra menſa ædis Sophianæ pluribus lib. IV. Commentariorum in Antiquitates CP.

Τὰ δὲ λοιπὰ ἱμάτια ἢ σαγία) Sic in MS. perperam in Editis, *τὰ δὲ λοιπὰ ἱμάτια σαγία*, &c. *Σαγίον, σάγα* & *σάγα* vox Latina, *Sagum*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Τὸ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου) Coronam autem hanc Imperatoris lapillis ornatam depoſitam fuiſſe in Æde Sophiana, alii volunt, ab Heraclio, alii a Mauricio; alii denique ab ipſo Conſtantino Magno, ut hic videtur innuere Scriptor noſter.

Ἀναζωγραφίζονται, &c.) Perperam in Editis habetur, *ἀναζωγραφίζοιτο, ἢ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀναγνωρισμάτων*. 117.

Καταπέτασμα ἀνάρριπτον ἔχει.) Sic in MS. Codice, niſi quod pro *καταπέτασμα* ſcribitur *κατὰ πέτασμα*. At ſcribendum *καταπέτασμα* docemur ex Vita Sancti Stephani Junioris edita a doctiſſimo D. Bernardo de Montfaucon noſtro, pag. 315. *καταπέτασμα πε-* 118.

μᾶλλ' τὸ ζῆν ἀνιαρῶ. & pag. 315. κατιδόντα τὸ ζῆν ἀνιαρὸν ἐκ ἀτελευτήτου παραπεφθέντα πόλεμον. Perperam autem in Editis legitur, καλὸν κακοῖς ἀντιῤῥύζειν ζῶν. Meurſius legendum ait, καλὸν κακοῖς ἀντιῤῥύζειν ζωὸν. Quæ vero hic narrat Porphyrogenitus de morte Leonis Chazari, ſatis conveniunt cum iis, quæ de eo habent reliqui Scriptores Byzantini. Verum fallitur Scriptor noſter, dum hujus uxorem a Chazaria fuiſſe paulo ſuperius dixit, uti infra oſtendemus, ubi Scriptor noſter eadem tradit.

Edit. Pariſ. pag. 40.

Διὰ τῶν σιφώνων) De ejuſmodi ſiphonibus, qui ignem Græcum ejaculabantur, pluribus agit Ducangius in Notis ad Villharduinum, & ad Joinvillam, necnon in Gloſſ. Græc.

Ἀγίῳ Κωνσταντίνῳ) Idem Porphyrogenitus infra cap. XLVIII. ait, ignem Græcum ejuſque uſum primum Callinicum quemdam Ilio advenam Conſtantinopolitanos docuiſſe, temporibus Conſtantini Pogonati. Et Theophanes ad annum IV. ejuſdem Auguſti ſic de igne Græco loquitur: Οὗτοι προλεχθεὶς Κωνσταντῖνος ὁ παῖς αὐτοῦ ὁ δεσπότης κῦρ Κωνσταντῖνος, κατασκέψεως καὶ αὐτὸς δυνάμεως πέμψας ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς, κατασκόπους καὶ αὐτὸς δύο μονήρεις πυρίγδουν καπνοβόλους φέροντας καὶ δρόμωνας σιφωνοφόρους· οἵ τινες προσορμίσαντες ἐκύλωσαν ἐν τῷ Πρωκλιανοῦ τῷ Καισαρίῳ μυχῷ. *Memoratus autem Conſtantinus comperto Dei adverſariorum in CP. propoſito, biremes etiam cataboas Porphyreticos igne oppletas ſerventes, & dromones ſiphonibus eundem ignem ſpirantes, ad Proclianiſſimi Cæſarii portum in hoſtes impreſſionem facturos præparari juſſit.* Vide quid de igne Græco habet Nicetas in Iſaacio Angelo lib. 1.

120. Τὸν τοιοῦτο ἐπιχειρουῆτα τοιοῦτο) Sic in MSS. In Editis legitur τὸν τοιοῦτο. At Meurſius pro τὸν τοιοῦτο legendum ait, τὸν τοιοῦτο ἐπιχειρουῆτα, &c.

Καὶ ἐπιτῷ τῷ χαλεπῷ, &c.) Sic in MS. Reg. ac fortaſſis legendum, καὶ ἐπιτῷ καὶ χαλεπῷ, nimirum *acerbiſſima ac dira morte*. In MS. Pal. legitur, καὶ ἔπειτα τῷ χαλεπῷ, &c. Meurſius emendat, καὶ ἐπὶ τῷ χαλεπῷ, quam lectionem in verſione ſequimur.

121. Χρὴ ἐκ τούτου ῥήματος, &c.) Sic cum Meurſio lego. Perperam in MS. habetur, χρῆναι τοιούτου ῥήματος, &c. Et paulo infra perperam in Editis legitur λέγοντι pro λέγοντα; ſed optime Meurſius emendat.

122. . Ὅτι ἐξ αὐτοῦ τοῦ γένους αὐτοῦ τοῦ τοιούτου ἔχει μερῶν) At diſſentiunt alii Hiſtorici; & quidem idem Porphyrogenitus ſecum ipſe pugnare videtur; quippe lib. II. de Them. cap. IX. Conſtantinum in urbe Naiſſo Daciæ natum fuiſſe ſcribit. Jul. Firmicus lib. 2. Math. cap. 2. eum ortum fuiſſe ait Traſi. Nicephorus Calliſti Drepani Bithyniæ urbe ad Nicomedienſem Sinum, quam poſtmodum urbem Helenopolim de matris nomine appellavit, ut tradunt Scriptor Chronici Alexandrini & Theophanes. Alii denique Conſtantinum in Britannia natum fuiſſe volunt hoc præſertim fulti argumento, quod Auctor Panegyrici Maximiano & Conſtantino dicti, hæc de Conſtantino dicat: *Liberavit ille Britannias ſervitute, tu etiam nobiles illic oriendo feciſti.* At quod ait alibi Eumenius: *O fortunata & nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Conſtantinum Cæſarem prima vidiſti!* certe de Cæſaris dignitate Conſtantino, dum in Britannia moraretur, collata probabilius intelligendum.

123. Καὶ τὸν Συρικὸν αὐτοῦ υἱὸν γαμβρὸν ἐδείξατο) Fallitur Porphyrogenitus, uti paulo ſuperius monuimus, dum Leoni Chazaro, Chazaria oriundam uxorem adſcribit; quippe hic Chazarus cognominatus fuit propter maternam originem; Irene enim prima Copronymi uxor, Chazarorum Chagani filia fuit, quæ Chriſtiana facta, Catholicam fidem, quoad vixit, incolumem ſervavit. Leo autem Copronymi filius Irenem Athenis oriundam in matrimonium duxit; quæ quidem poſt conjugis exceſſum, cum filio Conſtantino impubere imperium per annos decem adminiſtravit; qui ſuæ ætatis factus, matrem in ordinem redegit: at illa comprehenſo filio, oculiſque privato, totam rurſus imperii auctoritatem in ſe tranſtulit; tandem a Nicephoro Generali comprehenſa, imperio eſt exuta, & in inſulam Proten deinde in Lesbon deportata, ubi haud multo poſt fato functa eſt.

Καὶ ἑαυτῷ συνεπέλαβε) Sic MS. In Editis legitur, καὶ ἑαυτῷ συνεπέλαβε.

Ἀπέστειλε αὐτὸ λογοθέτην) Sic emendamus. Perperam in Editis & in MS. legitur αὐτῷ pro αὐτό: & paulo infra ἐμφέρων pro ἐμφέρων. *pag. 41.* 124.

Τῷ κυρίῳ Πέτρῳ τῷ Βουλγάρῳ) Petrus Bulgariæ Rex, Symeonis filius pace cum Romanis compoſita, Conſtantinopolim venit, & a Romano Lacapeno perhonorifice exceptus, Mariam ex Chriſtophoro Cæſaris filio neptem uxorem duxit.

Σωσχοῦς) Sic emendo. In Editis & in MS. legitur, συχαῖς. 125.

Ἀλλὰ τρίτος ἦν ἐκείνου, &c.) Sic a principio imperii tertio loco Chriſtophorus nominabatur; at ubi Chriſtophorus, Stephanus & Conſtantinus Romani Lacapeni filii Auguſtali dignitate donati fuerunt, eo proceſſit hominis impudentia, ut filium Chriſtophorum Conſtantino in conſeſſibus & acclamationibus publicis præponi voluerit, ut patet ex Luithp. lib. 3. cap. 9. Scyl. pag. 626. Nov. Romani Senior.

Παρεγίνοντο τίρυνς) Sic in MS. In Editis legitur, παρεγίνοντο τίρυνς. Meurſius legendum ait, παρεγίνοντο τυφλοὶ. 127.

Φιλεῖ ἀπαγράζεσθαι) Sic in MS. In Editis legitur, φιλεῖν ἀπαγράζεται. Meurſius ſcribendum ait, φίλον ἀπαγράζεται.

Ἐπειδὴ αὐτῷ τέλος) Quippe Romani in Porphyrogenitum perfidiam vindicavit Deus pari in ipſummet Stephani filii impietate, qui patrem Imperio dejectum, & in Monachum detonſum, in Monaſterium Protes inſulæ ablegavit, ubi reliquum vitæ exegit Romanus, licet non omni abdicata recuperandæ poteſtatis ſpe, ut ſcribit Leo Grammaticus.

Χρόνου δέ) Sic in MS. perperam legitur in Editis, χρόνον δέ. Sed optime. Meurſius emendat.

Καὶ ἐδόκει ἡ βίβλος) Ita legitur in Codice MS. 128.

Καὶ καθαιρεῖ) Occurrit etiam cap. 2. hæc vox, ubi vide quæ adnotavimus. Meurſius hic legendum ait καθαιρεῖ pro καθαιρεῖ.

Διαμαλλίζονται) Sic cum Meurſio emendamus. In Editis legitur, διαμαλλίονται; in MS. vero; διαμαλλίονται.

Ζλαμὶς γὰρ ὁ τῶν Ἰσμαηλιτῶν, &c.) Qui Porphyrogenito Ζλαμὶς dicitur, Theophani, Anaſtaſio, Cedreno, Landulpho Sagaci, & Anonymo in Saracenis Νίζαρος, ſive Νίζαρος vocatur. Quæ vero hic habet Scriptor noſter de Mahometis genealogia, fere omnia ad verbum, ut ajunt, ex Theophane exſcripſit; unde iſthæc conferenda iis, quæ de Mahomete habet idem Theophanes ad annum XXI. imperii Heraclii Auguſti; comparandus inſuper Scriptori noſtro Abraham Ecchellenſis.

Πατὴρ αὐτοῦ ἀπαγορεύτου) Theophanes, πατὴρ τούτου αὐτῆς ἀπαγορεύτου; ſed perperam legitur in Cedreno, περὶ τούτου αὐτῆς ἀπαγορεύτου. Nec dubito quin ſcriba indoctus pro πὴρ fecerit περὶ, uti optime monuit & Meurſius.

Μουδάρου τῆς Ραβίας) Ita habet & Anaſtaſius Bibliothecarius: *Hic genuit filios duos, Mundarum ſcilicet, & Rhabiam.* Sed qui Scriptori noſtro, Theophani & aliis hiſtoricis dicitur *Mundarus*, Cedreno appellatur *Mudarus*, Landulpho Sagaci *Muhdar*; & fortaſſis idem qui apud Abrahamum Ecchellenſem *Maſſarus* nuncupatur. Qui autem Porphyrogenito, Anaſtaſio & Cedreno *Rhabia* dicitur, *Arabia* appellatur a Theophane Anonymo in Saracenicis, & Cyrillo in Epitome Chronica; apud vero Abrahamum Ecchellenſem *Rabiba* vocatur. 129.

Κύαρον ἢ Κεῖσον) Theophanes pro Κύαρον habet Κεῖσον; Landulphus vero Sagax, Ilez. Sed perperam legitur apud Theophanem, τοῦ Ἰσσὼ pro

Καΐσον, & apud Cedrenum & Anonymum in Saracenicis Καΐτα. Apud Abrahamum Ecchellenſem Caiſus hic appellatur. Cæterum Coraſus, inquit Jacobus Goar in Notis ad Theophanem, ille idem, me judice qui Ecchellenſi *Coraiſcites*, *a quo Coraiſcitæ Mahometi Pſeudoprophetæ cognati, & hoſtes dicti ſunt*; quo fit ſatis admiranti unde Saracenus hic Catabas Mahometi contribules prodiderit ad necem: hoſtis enim Mahometici ſanguinis extitit infenſiſſimus.

Edit. Pariſ. pag. 42.

Καὶ Θωμίλω) Theophanes & Anonymus in Saracenicis Θωμίλω; Cedrenus Θωμίλον: Anaſtaſius vero & Landulphus Sagax hunc *Thominem* appellant.

Καὶ Ἀσυδὸν) Hunc Theophanes, Anaſtaſius, & Anonymus in Saracenicis *Aſudum* appellant; Cedrenus *Aſadum*; Landulphus vero Sagax *Aſydum*.

Καὶ ἄλλα τινὰς ἀμυνύμους) Sic habetur etiam in MS. At legendum eſt, ἕτερα τινὰς ἀνωνύμους, id eſt, *& alios quorum nomina non extant*, vel, *& alios quorum nomen Ignoratur*, ut eſt apud Cedrenum & Anonymum ſæpius a nobis laudatum. Theophanes habet, καὶ ἄλλους ἀγνώστους. Ita & Landulphus dum ſcribit, *& alios Ignotos*.

Αλλὰ ἡ Ιωνὰς, &c.) Landulphus lib. XVIII. *Non ſunt de tribu ipſorum, ſed ex Getham, videlicet hi qui vocantur Amonitæ*. Theophanes & ex eo Cedrenus, οἱ λεγόμενοι Αὐαρῖται, τουτέστιν Ομηρεῖς. Homeritæ iidem videntur qui Ecchellenſi Aumaritæ, *qui relictis ſedibus in Arabiam Felicem ſeceſſerunt, hacque de cauſa ejus regionis incolæ ipſorum poſteri aſcripti ſunt*. Homeritæ vero Ptolomæo & Plinio Arabiæ Felicis populi. Procopio autem lib. 1. de bello Perſico Auzonitæ appellantur.

Κελαμεῖτη Χαδίγα) Anonymus in Saracenicis, καὶλλὰ φησὶ τινα γυναῖκα πλουσίαν, μυθεύονται αὐτῇ συγγενῆ αὐτοῦ θεὸν καλουμένου Χαδίγα, φησὶ τὸ κεφάλαιον καὶ πραγματάδια μὴ ἔχειν ἀνθ'. Historia Longobardica: *Quædam autem matrona nomine Cadigam, quæ præerat cuidam Provinciæ*, &c. Landulphus Sagax hanc ipſam matronam *Eadigam* appellat.

Αριανὸν τινὰ μοναχὸν) Anonymus in Saracenicis, hunc Monachum Arianum Conſtantinopoli e Monaſterio Calliſtrati ob pravos in fide ſenſus ejectum fuiſſe ſcribit: καὶλλὰ δὲ, σοφιστικοὺς τρόπους αὐτῷ μοναχὸν τινα Αριανὸν ψιλονίκην, δεῦτε τὸν κακοτεχνίαν αὐτῷ ἐξορίζεται ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως ἐκ τῆς μονῆς τοῦ Καλιστράτου μετ' ἰσχύος. Nomen huic Monacho Sergius fuit, ut teſtantur variæ Lectiones Theophanis, & Hiſtoria Longobardica. *Fuit quidam Monachus qui Mahometum inſtruxit, nomine Sergius, qui in errorem Neſtorii incidens, dum a Monachis fuiſſet expulſus, in Arabiam venit, & Mahometo adhæſit*. Cæterum perperam ſcribitur in Chronico Monachi Altiſſiodorenſis *Selgi Monachi* pro *Sergii Monachi*.

130.

Καὶ αὐτὸς ὁ γοῦν, &c.) Theophanes pluribus rem totam narrat, & hæc ita habet: αὐτὸς δὲ πρώτην δέξασθαι λόγον ἦν Ἰουδαΐζειν, ἐπιτάσσει αὐτῷ, καὶ ἰσχύρισε λίθους γωνιαίους ἐμφυλίους αὐτοῦ τρισὶν αὐτὸν τίνα. ἡ οὖν καὶ ἐν γωνιαίοις λίθοις, καὶ οἱ ἀνδρες τρόπον Αβουβάχαρον, ὃν καὶ διάδοχον κατέλιπε. *Ipſe itaque cæteris prior Pſeudabbatis verbis credula vire deinceps adhibuit fidem, ac inter alias fœminas contribules eum Prophetam eſſe diſſeminavit: & hoc pacto a fœminis in viros res propagata eſt, ante alios vero ad Abubacharum, quem ille poſtea ſucceſſorem reliquit*. Cedrenus qui paſſim Theophanem ad verbum, ut ajunt, exſcribit, hic ab eodem in multis differt, ut videre eſt ad annum XXI. imperii Heraclii Aug.

Εἰς ἀνὴρ φύλαρχον) Ita lego cum Meurſio, & ita habetur apud Anonymum in Saracenicis. In MSS. legitur, οἱς ἀνὴρ φύλαρχον. Φύλαρχοι autem recentioribus Græcis dicti fuere ut plurimum Saracenorum Principes: hi quippe diviſi erant in Tribus, quæ ſuos habebant Phylarchos, ut ſcribit Sozomenus lib. 6. cap. 38. extr. Procopius lib. 1. de bello Perſico cap. 17. Σαρακηνῶν ἡγούμενοι, οἱ Φύλαρχοι ὀνομάζονται. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Βαβάχαρ) Varie hoc nomen ſcriptum reperi. Theophanes Αβουβάχαρον; Anaſtaſius & Cedrenus Αβουβάχαρ; Anonymus in Saracenicis Βαβάχαρ. Landulphus *Eubabezer*. Cæterum Theophanes & Cedrenus hanc rem diverſo modo narrant, καὶ ἔστιν καὶ ἑτερωθεὶς ἄλλος, ἕξ οὗ ἀνὴρ ἑρώτων Αβουβάχαρον, ὃν καὶ διάδοχον κατέλιπεν.

Καὶ κατέσχεν ὁ παρὰ πλείω) Pluribus hac de re Scriptor noſter infra cap. XVII. quæ quidem omnia ad verbum, ut ajunt, ex Theophane exſcripſit. Cedrenus vero impii Mahometis dogmata fuſius exponit, ut videre eſt ad annum XXI. Heraclii Auguſti

pag. 41.

Προσδέχονται δὲ ἡ μὲ τὸν ἀφρόδιτον ἄστρον) Cedrenus rem pluribus exponit inquiens: Παλαιοὶ μὲν γὰρ εἰδωλατροῦντες, ἡ τὴν παρ' Ελλησι Αφροδίτην λεγομένην, τουτέστι τὴν ἡδονὴν προσκυνοῦντες, καὶ τὸν ἀστέρα τοῦτον τὸν ἑωσφόρον ὄντα μυθολογοῦσιν, ὃν δὴ καὶ Κοβὰρ τῇ ἰδίᾳ πατρίῳ γλώσσῃ ὀνομάσαντες, ὅπερ ἐστὶ μεγάλα, δηλοῦντες ἐπ' ἄρτι τὴν Αφροδίτην Θεὸν ὀνομάζοντες. Ἐπεὶ δὲ μὴ δέξασθαι τοῦτ' ἐδυνήθησαν, ἀναλογισάμενοι τὸ μέγα ἀντὶ μικροῦ. ἔχει δὲ ἡ λέξις τὸν μικρὸν αὐτῷ ἡ παραβολὴ σημαίνουσα· ἀλλὰ, ἀλλὰ δὲ κυβάρ, ἀλλὰ· ἓ τὸ μὲν ἀλλὰ ἀλλὰ, ἐρωτᾶται ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς· τὸ δὲ, μείζων· τὸ δὲ κυβάρ, μεγάλη, ὅτι σελήνη ἡ Αφροδίτη. ἐπεὶ οὖν ἔστι, ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς μείζων καὶ ἡ μεγάλη, ἀντὶ τοῦ Αφροδίτη Θεὸς. ἡ τάχα συμβολίζει ἡ ἱστορία τὸ τελλούριον ἀλλά. ἐπεὶ ἅπαντα ἐπιτηρήσαντες τῷ ἰδιώτῃ τῇ ἰδίᾳ γλώττῃ λαλοῦσι. *Cum enim antiquitus falſa ſuperſtitione ſeduſti Venerem Græcorum, id eſt, voluptatem, divinis honoribus coluerint, ſtellamque ejus Luciferum eſſe fabulati ſint, quam etiam a magnitudine Kubar ſua inepta lingua appellaverunt: in hunc uſque diem Veneri nomen Dei tribuunt. Quod ne cui videamur fingere, explicabimus magnum eorum myſterium. Verba obſcœne eorum & profaniſſima precationis hæc ſunt: Alla, Alla, Va, Kubar, Alla. Alla, Alla ſi interpreteris, eſt Deus, Deus. Va, major. Kubar, magna, hoc Luna & Venus. Ita ergo habet: Deus Deus major & magna, nimirum Venus Deus. Atque hoc Alla in fine adjectum indicat; quæ omnia proprietate ſui ſermonis occultata pronunciant*. Anonymus vero in Saracenicis inquit Mahometanos Veneris effigiem in magno lapide poſitam colere, credentes in eo Abraham cum Agar coiſſe, aut camelum ei alligaſſe, cum Iſaac ſacrificaturus eſſet: οἱ δὲ φασι καὶδαν λίθον μέγαν, ἐκτύπωμα τῆς Αφροδίτης ἔχοντα. τοιοῦσι δὲ τοῦτον, οἱ ἐπιτάσσει αὐτῷ τῷ Αγαρ ὁμιλῆσαντος τοῦ Αβραὰμ. ἢ οἱ αὐτῷ τὸν κάμηλον συνδήσαντος; ὅτε ἦ Ισαὰκ ἔμελλε θύειν. Eadem refert Euthymius Zygabenus Panopliæ tit. XXVIII. Cætera autem quæ habentur in hoc capite conferenda ſunt cum Cedreno, Euthymio Zygabeno, & Anonymo in Saracenicis.

Ο Θεὸς ἡ Αφροδίτη) Sic lego cum Meurſio. In MSS. perperam legitur, ὁ Θεὸς ὁ Αφροδίτη: nam infra ſtatim dicit; τὸ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ἡ σωδίσμα τιθέναι.

Πρὸς τὰ βορειότερα μέρη τοῦ Μάκα) Meurſius Μάκα, inquit, ſive Μάκα, aut Μάκαχ, vel Βάκχα quoque, locus erat, in quo domum orationis ab Abrahamo & Iſmaele ſtructam Mahomet fabulatur. Catecheſis Saracenorum: καταδιαιτίζει ὁ μυθοποιὸς Μωάμεθ, ἡ ὅτι γενέσθαι τῷ Θεῷ οἶκον προσευχῆς παρὰ τὸ Αβραὰμ καὶ τὸ Ισμαὴλ ἐν τῷ Βάκχα, ὅτι τὸ Μάκα, ὁ Μάκαχ. ἢ σημαίνει προσκυνητήριον τὸ παρατυγχάνον. ἡ προσεύχου. ὅτε δὲ οὐκ ἦ ἔχοντα, τρόπους τὰ πρόσωπα αὐτῷ πρὸς τὸ μέρη ἐκεῖνα. Erant autem illic ſeptem lapides qui a Saracenis jaciebantur contra Chriſtianos. Eadem Catecheſis alibi: καταδιαιτίζει ἡ αὐτὸ τὸ Μάκα, ἡ τὴν περιοχὴν αὐτῆς πᾶσαν, ἡ τὰ παρὰ τῆς Σαρακηνῶν ἐκεῖ ἱστάμενα ἐκεῖ λίθου κατὰ τῶν Χριστιανῶν. Hiſtoria Longobardica: *Semel autem per ſingulos annos cauſa recognitionis ad domum Dei, quæ eſt*

In Mecha ire præcipiuntur, & ibi adorare, eamque inconsutilibus tegumentis circumire, & lapides per media foramina pro diabolo lapidando jactare. Quam domum dicunt Adam construxisse, omnibusque filiis ejus & Abrahami & Ismaeli locum orationis fuisse. Demum Mahometum eam domum sibi suisque gentibus suis tradidisse affirmant. Landulphus Sagax appellat *locum blasphemiæ* lib. XXII.

132. Καὶ ποῖαι τῶλαι ἡ χώρα, &c.) Sic ex Cod. MS. Εἰσὶ γὰρ διάφοροι) Perperam in Editis legitur, *ἰδέφοροι*.

Οἱ καβαλλάριοι δὲ ἦσαν, &c.) Καβαλλάριος, *Equitare*. Vide Ducangii Gloss. Græc.

Πορφύλαια ῥοδοῦσι) In Editis habetur, *πορφύλαια ῥοδοῦσι*; sed Meursius legendum putat, *πορφύλαια ῥυτίδουσι*, nimirum *amicula corrugata*.

Edit. Paris. pag. 44. Ἐκτὸ ποιεῖται δὲ ἱστορίαν Στέφανος ὁ μαθηματικὸς) Stephanus hic Mathematicus Alexandrinus erat, teste Cedreno ad annum XII. imperii Heraclii, ubi rem pluribus narrat hisce verbis: Τῷ ιβ'. ἔτει, ἤγαγε τὴν ἑαυτοῦ κόρην, μέλλοι Σύντομβεῖν γ'. ἡμέρᾳ· ἐγένετο δημόσιον ἐξ Σαρακηνῶν παρὰ Στεφάνου Ἀλεξανδρέως τοῦτον καταπεμφθέντος, χρείαν ἔχοντι ἐκεῖ μὲν ἔτη ιβ'. ὑφ' ἧς συνοικῇ ἐ ἀναπεισθεὶς ἐ συμφορᾷ, ἔτεροι ἔτη ιε'. οὐ ἴσως ἐ διαφέρουσιν αὐτῷ χρόνοις ἀντυχόντας καὶ δυστυχίαις, ἔτη τξ'. *Anno* XII. *qui fuit ab initio mundi* 6131. *tertia die mensis Septembris, feria quinta, Stephanus Alexandrinus Saracenis ex astris petita divinandi ratione vaticinatus est, fore eorum potentiam ac dominationem validam per annos trecentos novem, inde alios* LVI. *cum turbis, tumultibus ac calamitatibus peractum iri: rerum itaque eos potituros annos in universum utraque fortuna* CCCLXV. Quæ sequuntur in Cedreno mutila mihi ac depravata videntur. Cæterum perperam Meursius interpretatur hunc titulum sic: *Excerptum canonis quem posuit Stephanus Mathematicus de Saracenarum exitu, quo tempore fuerit, & qua Romanorum Imperatore.* Nam hic ἐθημοσίευσε non *posuit* tantum significat, sed *posuit vaticinando ex astris.* Θημοσίζειν, *futura prænuntiare ex astris* significat. Vetus Scheda a Seldeno edita lib. 3. de Jure Gentium cap. 20. ἐθημοσίευσε ὁ Κωνσταντῖνος τῶλαι τινὰ Ῥωμαίοις Ἀσπάζεται ἐν τῷ ἡμέρᾳ ἡ ἐγκαινίων αὐτοῦ, &c. Vide Ducangii Gloss. Græc.

133. Ἔτος ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἑφν'.) De Æra Arabum seu Mahometanorum, quos *Hegiræ*, hoc est *fugæ persecutionis* annos appellant, consulendi sunt Scaliger, Calvisius, Petavius, Pagius aliique. Quæ autem in Editis hic statim sequuntur, nimirum *γιν δὲ ἐστι τοῦτο· ἰνδικτιῶνος δεκάτης πέμπτης. ἐφ' ὅσον ἀπὸ τότε ἕως νῦν χρόνοι ͵ζμ'. Nunc autem est* 6870. *indictionis decimæ quintæ; ita ut ab illo tempore ad hunc usque diem sint anni* 740. verba nequaquam Constantini nostri sunt, sed potius glossema, ut ajunt; quippe in Codice Regio membranaceo, characterе duodecimi seculi conscripto, prædicta verba non habentur in textu, sed ad marginem recenti admodum manu exarata. Unde ad locum hunc optime Meursius, qui non viderat Codicem illum Regium, sic monet: Aut numeri hic vitiati sunt, aut caput hoc insititium est, neque a nostro Constantino; quippe ad quem ab Heraclio usque anni tantum computantur plus minus trecenti. Atqui hic inveniuntur anni 740. ab ejus imperio, id est, plures 400. post Constantinum nostrum. Ergo manifestus error, & alterutrum verum quod censemus.

Τῷ δὲ θημάτῳ) Hic τὸ θημάτῳ pro θημάτων, ut habet Cedr. ad annum XII. imperii Heraclii; ἐγένετο θημάτων ἐ Σαρακηνῶν παρὰ Στεφάνου Ἀλεξανδρέως τοῦτον κατασταθέντος, &c. ubi interpres sic habet, *Stephanus Alexandrinus Saracenis ex astris petita divinandi ratione vaticinatus est*, &c. Quid autem θημάτων proprie significet pluribus monuimus supra lib. V. Comment. pag. 783.

Ὃς ὁ Ἀραβῶν κρατεῖ Μυχάμετ) Sic in Cod. MS. legitur. Cedren. ad annum XXI. imperii Heraclii, ἔτος ᾧ Μωάμεθ, ὁ καὶ Μυχάμετ, &c.

Τῷ αὐτῷ ἔτει, ἤγουν ἑξακισχιλ. ἑκατοστῷ Μωάμεθ) Opti me Constantinus Mahometi mortem hoc anno consignavit, qui fuit imperii Heraclii XXII. Obiit quippe Mahomet die 17. Junii feria secunda, mensis Rabie die 12. nono anno quam imperare coeperat, cum vixisset annos Lunares sive Arabicos sexaginta tres. Theophanes autem Mahometi mortem ad annum XXI. ejusdem Augusti refert. Sed comparandus huic Theophani Constantiniano Theophanes ipse editus typis Regiis pag. 276. & 277. ubi pluribus hæc omnia narrantur; unde ista hæc excerpta tantum esse ex Theophane, non vero Theophanis ipsissima verba, ut nonnulli arbitrati sunt, manifesto apparet.

Τῷ δευτέρῳ Μωαμέθ) In Theophane edito post hæc verba legitur: *Erant autem tum ad mensam ejus numero triginta, qui cum eo pariter hujusmodi cibum capiebant. Erant numero decem, qui facinus hujusmodi perpetraverunt, qui ad extremum ejus diem ipsi adhæserunt.* At puto hic pro ἔχει ἐ φαγεῖν αὐτὸ legendum ἔχει τὸν φαγὲν αὐτὸ; & sic vertendus locus hic Theophanis: *Erant numero decem, qui facinus ejusmodi perpetraverunt; qui quidem ipsi adhæserunt donec ipsum comedentem viderunt.* Φαγὲ quippe & φαγεῖ, ut scribit Ducangius in Gloss. Græc. Græcis recentioribus, *cibum*, seu *edulium* significat; at hic φαγὲ pro ipso comedendi actu accipitur, ut ex sequentibus intelligi facile potest. Corrigendus etiam est Cedrenus, ac ipsius interpres; qui eadem ferme habet ad annum XXI. Heraclii. 134. *pag. 45.*

Θημάσατο δὲ καὶ κρεῶν ἰδίων ἐσθίειν) Ita habet & Theophanes, sed perperam ipsius interpres sic illa vertit: *Camelli vero carnes eo degustare conspecto, quem arbitrabantur eum non esse decrevere.* Sic interpretor: *Cum autem vidissent eum e camelo comedentem, cognoverunt non esse eum, quem putaverant.* Ita etiam corrigendus interpres Cedreni, qui eadem habet.

Ὅτι οὐκ ἦσαν ὁ ἐπάνω. ἰδίασεν, &c.) Hæc mutila videntur & revera sunt, si Theophanem spectes, qui sic habet: ἤγνωσαν, ὅτι οὐκ ἦσαν αὐτοὶ, ὃν ἐπάνω, καὶ ἕτερόν τι πράξαι, καὶ ἀμφίβολοι αὐτῷ διεγένοντο ἀπολύοντες οἱ καμηλίται, ἀπολύοντα, διδάσκοντα αὐτὸ ἀδήλητα καθ' ἡμᾶς Χριστιανούς· ἡ δὲ ἔγνωσαν αὐτῷ. *Cognoverunt non esse eum, quem putaverant: quid autem agerent, hærebant dubii: at cum ejus superstitionem deserere miselli verentur, nefanda in Christianos molirí cum cœpere: interim societatem cum eo tenuere.* Deinde pergit Theophanes Mahometis genealogiam texere; ex qua quidem Theophanis narratione Porphyrogenitus cap. XIV. *De genealogia Mahometis* adornavit.

Ἐκράτησε δὲ ὁ ἄρχων αὐτῶν, &c.) Hinc corrigendus est Theophanes editus, qui perperam habet; ἡ ἐκράτησεν ὁ ἄρχων αὐτῶν τὰ μέρη ἐ Αἰθιοπίαν ἕως τοῦ πολέμου τοῦ ἴσχυσεν; delendum quippe illud ἕως τοῦ πολέμου τοῦ ἴσχυσεν.

Ἐδίδαξε δὲ καὶ ἑαυτῷ γνησίως) Similia habet & Theophanes; ac Cedrenus pluribus vesanam impii Mahometis doctrinam exponit. 135.

Καὶ διαφερτικὰ αὐτοῦ) Theophanes habet, καὶ διαφορὰ τῶν αὐτοῦ. 136.

Διάδοχος ἀρχῆς τῶν Ἀράβων Ἀβουβάχαρ ἔτη γ'.) Sic in MS. Codice titulus hic legitur. Abubacharus autem principatum Arabum tenuit annis duobus & dimidio, ut tradunt Theophanes, Cedrenus, Anastasius, aliique. Perperam in Notis scribit Meursius, Theophanem Abubacharo biennium tantum assignare; quippe tabulæ Theophanis eidem annos tres adscribunt, & ad annum XXIV. Heraclii scribit idem Theophanes Abubacharum extinctum fuisse, postquam regnasset annis duobus & dimidio: Τούτῳ τῷ ἔτει Ἀβουβάχαρος τελευτᾷ Ἀμηρᾶνος δύο ἔτη ἡμισυ.

Ἀμηρᾶνος τὴν πόλιν Γάζαν) Anno secundo sui principatus, XXIII. Heraclii misit Abubacharus duces quatuor, qui Heram, & universam Gazæ regionem cepere, ut scribit Theophanes eodem loco.

Καὶ κρατεῖ τῶν Ἀράβων ἔτη δέκα) Totidem Umaro annos adscribit & Theophanes.

Λέγων ἐλαβε παρ' αὐτοῦ) Nimirum, *fidem ab illo accepit*. Vide Theophanem anno XXVI. Heraclii, Umari principatus 11.

137. *Οὗτος τὸ παλαιὸν ἱζώσατο τῷ Ἰαλισσῷ*) Anno decimo sui principatus templum Hierosolymis restaurare aggressus est Umarus, ut tradit Theophanes eodem loco.

Καὶ ἐκράτησεν ἔτη μετὰ τὴν Ἀφρων ἀνάστασιν) Principatus Uthmani anno 11. Constantis vero imperii anno VI. Saraceni in Africam expeditione susceptâ, ac pugna cum tyranno Gregorio commissa, eum in fugam verterunt, ejusque exercitum deleverunt, ac vectigalibus ex pacto Africæ impositis reversi sunt. Vide Theophanem ad annum VI. ejusdem Augusti.

Καὶ στρατεύσας Κύπρον ἐν πλοίοις) Mavias armata classe mille & septingentis navigiis expeditionem in Cyprum suscepit; Constantiam civitatem cepit, universam subegit insulam, eamque magna clade affecit. Vide Theophanem anno VII. imperii Constantis; Uthmani vero principatus anno III.

Edit. Paris. pag. 46.

Καὶ πάλιν ἐν Ἀραδίῳ) Mavias bis Aradum obsidione cingit; primum anno III. principatus Uthmani, sed frustra, nam conatibus licet strenuis cum nihil proficeret, & jam hyems instaret, irrita obsidione, Damascum se recepit; anno vero sequenti arma iterum adversus Aradum convertit; eamque ea conditione cepit, ut oppidani, ubi libuisset, habitare possent: urbem vero igne vastavit, mœnia evertit, & usque in hodiernum diem effecit insulam incolis omnibus desertam. Vide Theophanem eodem loco.

138.

Μετὰ χίλια ἑξ. ἔτη τῆς αὐτοῦ ἐξόδου) Rhodum occupant Saraceni, & Colossum evertunt anno XII. imperii Constantis, Uthmani vero principatus anno VIII. ut scribit Theophanes. Ex his autem, inquit Jacobus Goar, quando Colossus Rhodius fuerit erectus, collige. Anno a mundi conditu 5145. & a Christi ortu 645. æs quo conflatum erat pretio distractum fuit, annis post eundem erectum mille trecentis & sexaginta. Erectus est itaque anno a mundi conditu 4785. quo ex Georgii Syncelli (cujus continuator Theophanes) computo Ezechias regni numerabat vicesimum. Rursum vero: Annus Abraham 2015. Christi natalitiis apud Eusebium consecratur. His adde post ortum annos 645. occurret ab Abrahamo in lucem profecto annus 2660. detractus mox 1360. superest 1300. summa: quæ apud Eusebium inter Abrahami annos habet Ezechiæ quietum ac vicesimum sibi adjunctum. Aliter iterum: Anno post Christum 645. Colossi Rhodii æs venit 1360. annis postquam erectus est: annis itaque ante Christum 715. quibus apud Petavium de doct. Temp. lib. 13. pag. 547. adnectitur Ezechiæ regnantis annus 13. cui septem aliis (quos Theophanis computo deesse contendit, de quo alibi) appositis, vicesimus Ezechiæ consurgit, qui jam ex Syncello collectus est. Summatim dico: circa Ezechiæ annum 20. vel proximum aliquem Colossus Rhodio portui impositus est.

Ἐτελεσφόρησε κεφάλαια ἐβάστασεν ἀντὶ ϡ χιλιάδων) Sic ex Theophane & ex MS. Regio vetustiore, ubi non solum capite hoc, sed etiam sequenti, in quo loquitur etiam de Colosso Rhodio, nota numeralis nongentorum ϡ. depravata viderur, & manu recentiori nota interlinearis comparet, *τριάκοντα χιλιάδας*, hoc capite XX. capite vero sequenti prima manu scriptum erat ϡκδ'. nimirum *ἐννακόσια ἑξηκοντέσσαρα nongentos & octoginta*; postmodum vero manu recentiori nota numeralis nongentorum mutata fuit in λ. subscriptum; quod quidem significat *triginta millia*, & ad marginem characterе recentiori legitur, *τριάκοντα χιλιάδας καὶ ἑξηκοντα*, nimirum *triginta millia & octoginta*. Cæterum φορτώσαι Græcis recentioribus *Onerare*, seu *Onus imponere* significat. Vide Gloss. Græc. Ducangii; cui addendus erit locus hic Constantini, necnon etiam ipsius Theophanis; qui de hac re agit ad annum XII. Constantis.

Ἐτῶν ἐννέα πέντε) Sic MS. perperam in Editis legitur, *ἐτῶν ἐννέα δύο*. Theophanes quippe Mavix annos viginti quatuor adscribit.

Ἐκ δὲ κρυπτῆς Θεοφάνους, &c.) De excursione Mardaitarum in Libanum loquitur Theophanes anno IX. Constantini Pogonati: *Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπέβαλον Μαρδαΐται οἱ ἀπὸ Λιβάνου*, &c. qui fuit annus ab orbe condito, prout Græci recentiores computant, 6184. unde manifesto liquet, numerum annorum ab orbe condito huic titulo appositum, corruptum ac depravatum esse a scriba indocto, & sic restituendum *ςρπδ'*. De Mardaitis autem sic Jacobus Goar: De his voce & scriptis desideratus Ecchellensis pag. 156. *Cognatio Maraditarum appellatione dignoscitur, ita dicta a Mahrado F. Cahlavi, quæ regionem Syriæ conterminam longe lateque habitat, & ad quam referendæ quoque sunt innumeræ propemodum hujus nominis familiæ, quæ plures Arabiæ felicis occupant urbes & agros. Hi præ omnibus Arabibus genus armorum splendore ac virtute præclarum reddiderunt: sed multo magis Christiana religione, cujus propugnatores acerrimi fuere.* Ipse Ecchellensis Libanita Mardaitam se jactabat, & eo nomine ac Christiani gloriabatur.

Τὸ ὀρθόδοξον υἱόν, τοῦ *Πωγωνάτου*) Sic in MS. legitur, nimirum *ab Imperatore Constantino Pogonato orthodoxo filio* scilicet Constantis. In Editis perperam habetur, *παρὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ ὀρθοδόξου υἱοῦ Πωγωνάτου*; sed optime Meursius in Notis monet scribendum, *παρὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ ὀρθοδόξου ϗ Πωγωνάτου*: quippe hæc acciderunt non sub Pogonati filio, sed sub ipso Pogonato. *pag. 47.* 139.

Πεζικαίδην) Sic in MS. In Editis legitur, *Πεζοκαίδην*; in Theophane *Πεζιγαίδην*: in Cedreno, *Πεζικαίδην*.

Χρυσοῦ χιλιάδας τρεῖς) Ita & Theophanes ad annum IX. Pogonati, cui etiam consentit & Landulphus; Cedrenus vero habet, *χρυσοῦ χιλιάδας δ'*. nimirum, *auri millia decem*. Scribit Jacobus Goar in Notis ad hunc Theophanis locum: Et quid hæc ex tantis? Vide Peyrez. Codicem *χιλιάδας ἑξ'*. numerum recte tribui superius jam pensum pag. 288. ad annum Constantis 17. deinceps adhuc pendendum Constantini hujus anno 16. pag. 301.

Καὶ ἀνδρας αἰχμαλώτους ω'.) Cedrenus habet, *καὶ ἀνδρας αἰχμαλώτους ρ'*. Peyrez. Codex MS. continens Chronographiam Theophanis, laudatus a Goaro, *ἀνδρας χιλιάδας* habet.

Καὶ ἕως σήμερον ἐστί.) De iis omnibus, quæ hucusque narravit Scriptor noster, loquitur Theophanes anno IX. Pogonati, sed diversis verbis, & sane pluribus ita ut isthæc non Theophanis verba, sed excerpta Constantini ex Theophane dici verius possint. 140.

Ἐπὶ τούτου ἐμερίσθη ἡ τῶν Ἀράβων ἀρχὴ, &c.) Nimirum, *Divisus fuit Arabum principatus duas in partes fit*, &c. Perperam Meursius hic *ἐπὶ τούτου* interpretatur *Interea*; quippe dissidium hoc inter Arabes, nimirum inter Alim & Maviam non Constantini Pogonati temporibus, sed Constantis ejus patris accidit. Sic de hoc dissidio habet Theophanes ad annum XIV. ejusdem Constantis: *Τούτῳ τῷ ἔτει ἐδολοφονήθη Οὐθμὰν ὁ τῆς Σαρακηνῶν ἐφετεύσας υἱὸς τῆς ἐν Ἐθριβοῖς ἀμφιόνου ἔτη ι'. γέγονε δὲ ἀναιρεθεὶς μῆνας ἑπτά. ἦσαν γὰρ κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἐνιαύσιοι ἀπὸ Ἄλεως ἀδελφοῦ τοῦ Ἀλῆ γαμβροῦ ὄντος τοῦ Μωαμέθ. οἱ δὲ κατὰ Συρίαν, καὶ Αἴγυπτον, τὸν Μαυίαν ἀδελφὸν δὲ αὐτοῦ ἐποίησαν καὶ ἐκράτησεν ἔτη κδ'. Hoc anno Uthmanus Saracenorum Dux Amiræ provinciæ decem annos functus ab Ethribensibus dolo appetitus interiit. Dissidium autem inter Arabes exortum est. Qui enim deserti loca tenuere Alim alterius Alim nepotem, Muamed generum, desiderabant principem: qui vero Syriam & Ægyptum incoluere Maviam promovebant: cujus pars superior extitit, & imperium obtinuit annos viginti quatuor.*

Οἱ δὲ Μαβίαν ἀνδρισάμενοι, &c.) De hoc bello inter Alim & Maviam sic scribit Theophanes anno

anno xv. Imperii Conſtantis: Τότε τῷ ἑπτακαιεικοστῷ ἔτει τῆς Μαυίου ἀρχῆς Ἄλυ. καὶ συναθροίζεται αὐτῷ στράτευμα ἱκανὸν Βαρβαρικὸν, εἰς τὸ Καππάδοκων πλησίον τοῦ Εὐφράτου. εἰ δὲ ὁ Μαυίας ἐπιχειρητὴς γενόμενος τόλμης ἦλθεν, εἰς διῆλθε τὸ ἕλδετον εἰ ὁ Ἄλυ ἐπολεμήθησαν. Μαυίας δὲ ἐν ἴδιαις πολεμεῖται, ἀλλ' ἀνεστὶ τοῦ πολέμου ἦρτο. *Hoc anno Mavias bellum adverſus Alim movit: & in media Barbariſſi planitie ad Cæſarium juxta Euphratem utrique exercitum eduxit. Mavias acies victoria ſuperior effecta omnis fuenta occupat: ſibi vero aciem Alis invadente, milites aquarum penuria virium & animi deliquium patiebantur. Mavias itaque prælium detrectans abſque ulla labore victoriam tulit.*

Expletus δὲ ἐν αὐτῷ γενεὰ ἔτους.) Optime convenit hic numerus annorum; nam a morte Maviæ, quæ accidit anno xi. Imperii Conſtantini Pogonati, Chriſti 678. ad annum viii. Conſtantini Copronimi, Chriſti 748. quo Chorſanitæ & Maurophori adverſus Maruam expeditionem moverunt, anni intercedunt ſeptuaginta: de qua quidem expeditione pluribus agit Theophanes ad annum viii. ejuſdem Copronymi.

141. *Ἀντίφρασις δ' Ἰωαννίου ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου, ὑφ' οὗ δὴ τοῦ Παγωνάτου*) Maruam a Maurophoris occiſo, ejus filii ac reliqui affines calamitatibus ſuperſtites, ex Ægypto migraverunt in Africam; inde maris anguſti fretum Libyam ab Europa juxta Oceanum diſterminans trajicientes (Septe loco nomen factum eſt) Hiſpaniam Europæ partem ad hoc uſque tempus tenuerunt; alii licet ſuperſtitionis ejuſdem, & ex eadem ſtirpe nati, quos nimirum navibus deportatos illuc expoſuit Mavias, eam regionem prius incoluerunt. Sic Theophanes anno ix. Imperii Conſtantini Copronymi: *Οἱ δὲ περιοικοῦντες ἐκεῖ τὰ μὲρη συγγενεῖς τε τοῦ Μαρμὰν ἐλθόντες ἀπ' Αἰγύπτου εἰς Ἀφρικὴν, κρείττων ἀντιπαρέσχοντο τῷ διορίζοντι μεταξὺ Λιβύης καὶ Εὐρώπης κατὰ τὸν Ὠκεανὸν τοῦτο διαλείμματι τὸ λεγόμενον Σίγουα, ἐν ᾧ Εὐρώπης Ἱσπανικὴ φύσεως μέχρι τοῦδε ἐν χρόνῳ, ἔχοντα τινὰς ὁμοεθνεῖς αὐτόθι, ἐξ ἀπὸ Μαυίου ἐξῆλθον ἐκφυγόντες αἰχμὰς συγγενεῖς αὐτῶν, ἢ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος.* Ex quibus apparet Scriptorem noſtrum hic confundere expeditionem primam, quam Arabes in Africam fecere cum hac ſecunda, quæ accidit interfecto Maruam a Maurophoris; de qua loquitur Theophanes anno ix. Imperii Conſtantini Copronymi.

Καὶ οἵδε ἐξ αὐτῶν ἐβασίλευσαν, &c.) De Maviæ poſteris, qui in Hiſpania regnarunt, vide Rodericum Toletanum in Hiſtoria Arabum.

Ἀτυβίου υἱὸς ὁ Μαβίας) Theophanes Maviæ mortem anno xi. Conſtantini Pogonati tradit: Τότε τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ Μαυίας ἐξ Σαρακηνῶν ἐφονεύθη βασιλεύσας μὴνας Ἀπριλλίου ε'. ἰνδικτιῶνος α'. γέγονε δὲ ἐτῶν ὁ'. καὶ ἐμήρευσεν ἔτη κδ'. *Hoc anno menſis Aprilis die ſexto, indictione prima, Mavias primus Saracenorum rex lethe extinctus eſt. Gentis ſuæ Ducem ſe geſſit annos viginti, Ameram ſe renunciavit annos viginti quatuor.*

Γενεὰ ἐμπεσὼν ἔτους ιε'.) Theophanes Editus ex Codice Regio habet, ἔτους ι'. ita & Miſcella, Codices Theophanis, Palatini & Peyreſiani habent ut Scriptor noſter, ἔτους ιε'.

Καὶ ἐμπέσοντος τοῦ ἀρχεῖ τοῦ Ἀριθμοῦ Ἰζὶδ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ε'.) Sic MS. Codex. Tabulæ Theophanis Izid annos tres adſcribunt. Hic autem Izid Cedreno Ἐζίδ, & Landulpho *Gizid* dicitur.

Τότε τελευτήσαντος ἑτέρου χιλιάρχου Ἀραβίας ἐξ Ἀϊδηβίας) De hac re loquitur Theophanes anno xv. Imperii Conſtantini Pogonati, ſed diverſis verbis.

Παρὰ Οὐμὰρ Ἀμηρᾶ Παλαιστίνης) In Theophane legitur, παρὰ Ἀσὰρ Ἀμηρᾶ Παλαιστίνης.

143. *Ἐν τούτῳ τελευτᾷ Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς ὁ υἱὸς τοῦ Πωγωνάτου*) Non inter hæc, ſed annis ferme duobus poſt moritur Conſtantinus; non quidem filius Pogonati, ſed Pogonatus ipſe anno imperii ſui decimo ſeptimo. Unde hic & ſupra a ſcriba indocto adjunctum fuiſſe puto illud ὁ υἱὸς τοῦ Πωγωνάτου. Lege igitur ὁ Πωγωνάτος.

Ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς τοῦ Ἀριθμοῦ, ὃς ἦν ἐκ τῆς γένους τοῦ Μωαμὲθ, ἐλθὼν, &c.) Hæc in Editis deſiderantur, & ex MS. Regio ſuppleta ſunt.

Ἐχειροτονήθη στρατηγὸς ὑπ' αὐτῶν παρὰ Οὐθμὰν) Mavias primum ab Umaro, non vero ab Uthmano (quemadmodum tradit hic Scriptor noſter) creatus fuit Dux & Ameras Saracenorum. Auctor eſt Theophanes ad annum xxviii. Heraclii ubi ſic ille; Τότε τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς Ἀραβίας ἡ Ἀντιόχου, καὶ ἐπιτροπεύει Μαυίας υἱὸς Οὐμάρου στρατηγὸς, ὑπ' Ἀμηρᾶ πᾶσαν ἐκ τοῦ Σαρακηνῶν χώρας ἕως Αἰγύπτου, ἕως τοῦ Εὐφράτου. *Hoc anno Arabes Antiochiam armis expugnarunt. Mavias vero ab Umaro Dux & Ameras Saracenorum ditionis univerſæ ab Ægypto uſque ad Euphratem protenſæ inſtitutus eſt.*

Καὶ ἐκατοντάετες τοῦτ' ἔτος.) Sic legitur in Codice MS.

Ἐλθὼν δὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ) De hac expeditione Maviæ contra Rhodum & altera poſtmodum contra Conſtantinopolim loquitur etiam capite præcedenti Scriptor noſter. Sed Rhodum occupant Saraceni & Coloſſum Rhodium evertunt anno xii. Imperii Conſtantis, ut tradit Theophanes eodem loco; Conſtantinopolitanæ vero urbis ſeptennem obſidionem refert idem Scriptor ad annum v. Conſtantini Pogonati, ubi de hac pluribus agit. 143.

Ἀγάλμα) *ὃ ἦν τὸ ἥλιος χαλκοῦν*) De hoc Coloſſo Rhodio ſic ſcribit Eudoxia Macrembolitiſſa, uxor Diogenis Romani, in Ioniis MSS. cujus quidem opus in Commentariis noſtris paſſim laudamus, & præſertim lib. vi. ubi integrum indicem capitum quæ in eodem Opere continentur, exhibemus: H Ῥόδος, inquit illa, *ἔλαχε τεῖχος Σαμιακὸν, ἐ ἦ δ' Ἡλίου δὲ κόλοσσος, Χαρίτου ἔργον, ἀνδρὸς Λινδίου. ἡ δὲ Λίνδος πόλις ἐν Ῥόδῳ, Καμίρου τοῦ Ἡλίου ἐξ Κλεοπάτρας τῆς Ὀρχίμου δυναστείας πάππου· τύχοις ἐβδομήκοντα, ἢ ὡς ἡ αὐτὸς ἐν ᾗ ἐστὶ δυσμῶν. Ἐπὶ Σελεύκου ἡ γὰρ τοῦ Νικάτορος οἱ Ῥόδιοι βαλλομαχησάμενοι, ἀνέστησαν τοῦτον ἐ χαλκοῦν ἀνδριάντα· ἐν διὰ τὸ μεγάθη ἐκλείπειν Κολοσσὸν, ἀφ' ὃ ἡ αὐτὸ Κολοσσοῦ ἐπωνυμίαν ἐν ἐκ μεγάλου παρασήμου. Ἐπὶ δὲ Κώνστεντος ἐγγὺς Ἡρακλείας οἱ Σαρακηνοὶ τὴν Ἀγίαν γῆν πᾶσαν, ἡ Δαμασκὸν, καὶ τὴν χώραν πᾶσαν τῶν Φοινίκων κατέχον. ἐπὶ ἐπὶ τοσοῦτον χρόνοις μείνασι τῇ Ἁγίᾳ γῇ ἐπίπαν, ἡ σφίσι πλειόνασιν ἐ πολεμήσασιν, ἐξώπλισε πόλιν πολεμικὴν Μαυίας ὁ τότε ἀρχηγὸς, ἡ τὴν Ῥόδον κατελαβόν, ἐ Κολοσσὸν μετὰ φυξ. ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἱδρύσατο καθάπερ. ὃν Ἰουδαῖός τις ἐμπορος ὠνησάμενος, ἐπτακοσίοις κιμήλοις ἐφόρτωσε τὸν χαλκὸν Κολοσσοῦ. Τοῦτο δὲ φασὶ πλησθέντα ἐπὶ τῷ γοναίτων ἀνεμῷ πεσεῖν.* Vide quæ de Coloſſo Rhodio paulo ſuperius monuimus, & quæ adnotat Leo Allatius ad libellum de vii. orbis miraculis.

Ἐχειδῶν τύχοις π'.) Sic & Cedrenus, ſed inſcriptionem paulo diverſam adfert. Καὶ γάρ οἱ Ῥόδιοι βαλλομαχήσαντες, ἀνέστησαν ἀνδριάντα χαλκοῦ τῷ ἡλίῳ, τυχὸν π'. οἱ λίγα τὰ ἐν αὐτῷ ἐπίγραμμα.

Τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ἑκατὸν δέκα πήχεις
Λάξος ἐποίησεν τύχων ὁ Λίνδιος.

Etenim Rhodii navis imperium obtinent, aereum Solis ſtatuam poſuerunt altam cubitos LXXX. *quod inſcripto.*

Qui ſtat Rhodi coloſſus, octies decem
Fecit Laches hunc altum cubitos Lindius.

Τὸ ἐπίγραμμα τὸ περὶ τοῦ βάσεως ἐφ' ἑπτὰ ἑκατὸ γεγραμμένον, ἔχον ἔτος) Sic ex MS. Codice.

Ἐβραῖος ὁ Ἐφεσίου) Sic habetur etiam in MS. At capite præcedenti hanc ipſum Judæum Edeſſenum fuiſſe ait; & ſic quidem legendum, nam hic Εφεσίου dicitur & Theophani, uti ad laudatum locum monuimus.

Ἐπιφανέντος αὐτῷ κατὰ ὄνειρον ἀγγέλου ἐπιτιμήσαντος καὶ ἐξελόντος) Sic ſcriptum erat prima manu in Codice Regio vetuſtiori, uti ad caput antecedens pluribus monuimus.

Τελευτήσαντος ἐπὶ τοῦ Οὐθμὰν) Vide Theopha-

nem ad annum XIV. Imperii Conſtantis.

144. *Ἐπὶ τούτου καὶ τῶν ἐμφύλων διχοστασιῶν*, &c.) De hoc diſſidio inter Arabes, nimirum inter Alim & Maviam loquitur etiam ſupra Scriptor noſter circa initium hujuſce capitis, ubi vide quæ adnotavimus.

Ἀμφοτέρων τῶν διοικητῶν) Sic in Codice MS. legitur.

145. *Οἱ νικήσαντες λέγονται Καδῆται*) Καδῆς & Καδὶς apud Turcas *Judex* ſignificat, qui de cauſis litigantium aliquo in oppido vel Urbe, vel Provincia cognoſcit, ut eſt apud Leunclavium in Pand. Turc. num. 29. Vide Gloſſ. Græc. Ducangii.

Εἶτα δὲ ἐπὶ τὸ Μαβίτ γένος φοβεῖται τὸν χρόνον τοῦ Ἀλὶμ, &c.) Sic ex MS. Codice. In Editis hæc mutila ac depravata ſunt.

Ὡς φοβεῖται) Sic in MS. Perperam in Editis legitur, *ὡς ἐσφάγιον*; ſed Meurſius legendum ait; *ὡσεὶ τι φάσμα*.

147. *Ἐκτίσθη τὸ ἅγιον Σαρακηνῶν μαγίστων*, &c.) *Μαγίστων* & *Μαγιδῶν*, *Maſchea*, *Meſchita*, Templum Saracenicum. Vide Ducangii Gloſſ. Græc. At fallitur idem Ducangius dum lib. II. CP. Chriſt. pag. 164. ſic habet: *Conſtantinus Porphyrogenitus lib. de Adm. Imp. cap. XXI. auctor eſt Saracenorum templum, ſeu ſacellum ritui ac religioni Saracenicæ addictum, in urbe demum ædificatum, Michaele Balbo Imperante, Maſaima, præcipui Valid Sultani, vel Chalyphæ Caparum Ducis rogatu, qui eo tempeſtate urbem obſidione vinxerat.* Sic Ducangius proferens ſubinde hunc ipſum Conſtantini locum. Verum *Edit Pariſ.* Conſtantinus loquitur hoc loco de obſidione Urbis *pag. 50.* Conſtantinopolitanæ, quæ accidit ſub Leone Iſauro; de qua quidem re pluribus agit Theophanes ad annum primum ejuſdem Auguſti; unde non ſub Michaele Balbo, ſed multo tempore antea templum Saracenorum in urbe extructum fuit, teſte ipſo Porphyrogenito. Cæterum Saracenorum Sacellum in Prætorio ſtatuit & Niceta Choniates, & in quadam ſeditione everſum, Alexio Angelo imperante, tradit Idem Scriptor in illius Vita lib. III. n. V. *Ἐνταῦθα τοῖς Πραιτορίοις ἀναστήσαντες τοῖλαι ἀπὸ τῶν ἐκεῖ δεδέσθαι, συναθροίσαντες δὲ τῶν ἐκείνων Χριστιανῶν πολύν, τὸ δὲ τῆς Σαρακηνῶν συναγωγὴν ἀνατρέπουσιν ἐκ βάθρων αὐτῆς. Prætorii foribus effractis, & captivis libertate donatis, Chriſtianorum quæ ibi ſtabat ædem ſpoliant, Saracenorum vero Sacellum ab ipſis fundamentis everſum.*

Ψυχορραγοῦντα μετὰ μικρὸν, &c.) Sic in MS. Codice legitur.

148. *Καὶ αὐτοὶ οἱ Σαρακηνοὶ*, &c.) De hac Saracenorum ſtrage pluribus loquitur Theophanes anno II. Imperii Leonis Iſauri; quæ quidem accidit, ut idem Scriptor tradit, mortuo Soleemane, & principatum Arabum jam Umaro obtinente. Unde verba illa poſtrema, nimirum; *ὅτε καὶ ἐκ χειρὸς ἐκ θείου ἀνέκαμψαν αὐτοὺς οἱ Σαρακηνοὶ φόβῳ καὶ ἐντροπῇ, καὶ τὸ Ἰουλιανίσιον*, non eſſe Conſtantini puto, ſed poſtmodum ab indocto ſcriba appoſita. Vide Cedrenum eodem loco.

Ρωμαίων βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥινότμητος) Hæc ſcribenda videntur a linea, vel depravata ſunt. Juſtinianus autem Rhinotmetus, qui & II. ac Junior dicitur, à nonnullis Juſtinus III. appellatur.

Αὕτη ἐστὶν ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ) Hæc ita intelligenda ſunt, nimirum; *Hoc Imperii ejus initium eſt; mittit Abimelech ad Juſtinianum legatos, qui hac conditione firmam pacem ſtabilirent*, &c. quippe Theophanes, cujus hæc excerpta ſunt, ſic ad annum primum Juſtiniani incipit: *Τούτῳ τῷ ἔτει ἀποστέλλει Ἀβιμέλεχ πρὸς Ἰουστινιανόν*, &c.

Καὶ τάδε αὐτοκρατορεύσαντος ἐν βασιλεῖ τοῦ Λεόντιος καὶ Ἀψίμαρος) Tiberius Apſimarus ſtatim occupato Imperio, Leontium naribus mutilatum in Dalmati Monaſterium relegavit, non vero in Dalmatiam, ut perperam ſcribunt recentes Hiſtoriarum Scriptores. Vide Theophanem ad annum III. ejuſdem Leontii.

Καὶ ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ θριαμβεύσας ἀπέκτεινε) Nimirum, *& utrumque in Hippodromum triumphans duxit & occidit*. At non in Hippodromo occiſi fuere, licet in triumphum ducti, ſed in Cynegio capite plexi fuere. Sic Theophanes anno I. Juſtiniani ſecundo Imperatoris: *Τὸν δὲ Ἀβιμέλεχ καὶ Λεόντιον αἰχμαλώτους διδιμώτου τῶν ἔθνων πομπεύσαντες ἀπέκτεινε. καὶ τὸ ἑσπέριον ἀγορίνι, ἐν τῷ αἰγίῳ κυνηγίῳ ἐκδόσεως ἀμφοτέρους ἀπέκειρε, καὶ ἐμβάλλων ἐπιτάγματα αὐτῷ. καὶ ἐπάνω τὸ τρίχωλον αὐτῷ, ἀχὶ ἀνελόντων τὸ ἀριστερὸν βοῦς, τὸ δεξιὸν βοῦς. ὅτι ἐν ἀμφίδρομοι καὶ βασιλίσκοι ἐπέβαν, καὶ ἐπάνω λέοντα καὶ δράκοντα. καὶ τέλος ἀποτιλάντων τῷ Κυνηγίῳ ἀπεκεφάλισε. Apſimarum autem & Leontium catenis vinctos per univerſas Urbis regiones ignominioſe traduci mandavit: & Circenſibus ludis celebratis, ipſe propria ſibi ſede compoſito, illi publice cum dedecore tracti, ſunt ad pedes ejus proſternendi humili more projecti pedibus. Inclinatorum & pronorum in terram cervices ei mox terebat & calcabat Juſtinianus, donec Cirus primum exhiberetur, populo vociferante: ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulaſti, & conculcaſti leonem & draconem. Demum in Cynegium miſſus caput amputari præcepit.*

Τότε τῷ ἑξακοσιοστῷ, &c.) Sic in MS. Codice legitur; Editi vero habent, τότε τῷ ἑξακοσιοστῷ ἕκτῳ. *Eo ipſo anno* 6108. At numerus hic annorum ab orbe condito in MS. in textu non habetur, ſed margini utrique, manu alia atque alia adſcriptus eſt. Et quidem corruptus ac depravatus eſt numerus ille; vel igitur reponendus eſt ille quem ab orbe condito præferunt tabulæ Theophanis ad annum primum Juſtiniani Rhinotmeti, nimirum ϛρκϛ'. vel hic alter quo Græci recentiore utuntur ϛρϟγ'. 6193. qui quadrat cum anno primo ejuſdem Juſtiniani. Cæterum de hac legatione Abimelech ad Juſtinianum II. pluribus agit Theophanes anno primo imperii ejuſdem Auguſti. 149.

Καθ' ἑαυτὸν) Theophanes, καθ' ἑαυτὸν ἡμῖν. *pag. 51.*

Καὶ Λεόντιον δεῦρο ἐκ*) In Editis hæc deſiderantur. Theophanes vero habet, ἐξ Ἰουστ, καὶ δεῦρο.

Παῦλον τὸν Μαγιστριανὸν) Μαγιστριανὸς, *Agens in rebus*, Officialis Magiſtri Officiorum. Gloſſæ Lat. Gr. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Διὸ τὸν ἔφοδον τῆς Μαβδαϊτῶν. ὡς, &c.) Perperam in Theophane legitur, ἐξῆς ἔφοδον τῆς Μαβδαϊτῶν τῆς παρεκλίνατο. τοιοῦτον καιρὸν, &c. Ex Scriptore noſtro & textus Græcus Theophanis, & verſio Latina emendari poſſunt. 150.

Ἡ Ῥωμαΐα) *Imperium Orientale*, & interdum *Provinciæ Aſiaticæ*. Vide Ducangii utrumque Gloſſarium.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει τοῦ βασιλέως) Hæc anno II Juſtiniani Rhinotmeti refert Theophanes.

Ἐξέστρατεύσατο ἐν τῇ Κιβύρᾳ Μαβδαΐταις, &c.) Interpretatus ſum hæc ad literam, ut ajunt; ſed melius fortaſſis Theophanis Interpres: *Imperator autem in Armeniam profectus Mardaitarum agmen, errum illum Imperii Romanorum in Libano prius conſiſtentem, & a ſe everſum illic ſuſcepit.*

Τοῦ τὸ αἰώνιο πατρὸς ἐπιφέρειν, &c.) Ἐπιφέρειν, *Ordinario* interpretatur Ducangius, vide ejuſdem Gloſſ. Græc. v. Ὀρδίνιον.

Ἐπὶ κρατοῦντος Ἀβιμέλεχ, &c.) Sic in MS. in Editis legitur, ἐπὶ κρατοῦντος τοῦ Ἀβιμέλεχ; &c. Vide Theophanem ad annum III. Leontii, qui fuit principatus Abimelech quintus decimus. Τάξεσιν vero, *Præſidium militare*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Λεόντιος δὲ ἐν τῷ τότε χρόνῳ ἐκβαλὼν ὁ Ἰουστινιανὸς, &c.) Perperam Meurſius interpretatur; quippe pro ἐκβαλὼν lego ἐκβάντα, & ſic verto: *Tunc autem Leontius, dejecto Juſtiniano, & in Cherſonem relegato, Imperium tenebat.* Nam illa Arabum in Africam impreſſio accidit an. III. Leontii.

Τέσσαρσιν Ἀβιμέλεχ) Anno nimirum ſeptimo Apſimari, Chriſti 704. vel ſequenti.

Ἐκράτησαν Οὐαλὶδ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ἐννέα) Totidem huic annos attribuit & Theophanes.

Καὶ ῥᾳδίως ἡμῖν ἀμηλὰν ταύτην ἐπανυβρίσῃ, τὰς Α- 151.
ραβικὰς, &c.) Nullam mentionem de hiſce Arabum

gestis in Africa, Justiniano Rhinotmeto secundo imperante facit Theophanes.

Τότε τῷ Μαρίᾳ ἐγγρα, &c.) Eadem ferme capite præcedenti refert Scriptor noster. Sed fallitur, nam id accidit non sub Justiniano Rhinotmeto, sed sub Constantino Copronymo: Vide Theophanem qui totam rem pluribus exponit anno 12. ejusdem Constantini.

Μετὰ ἀλιγρου τινὸς λαου) Sic MS. Codex. Editi vero habent, μετ' ἀλιγρου ετους. Sed præferenda MS. lectio, nam, ut scribit Theophanes loco paulo superius citato, Maruam a Maurophoris occiso, ejus filii ac reliqui affines calamitatibus illis superstites, ex Ægypto migraverunt in Africam; inde vero in Hispaniam; quam ad hoc usque tempus tenuerunt.

Καὶ ὁ ἀπ' Θωμᾶ ἀντιρρία ἐγένετο, &c.) De expeditione Afrorum seu Arabum contra Cretam, & insulas Cycladas, Michaele Balbo imperante, necnon de Thoma contra Michaelem imperium affectante consule Leonem Grammaticum in Vita ejusdem Augusti, Cedrenum item ac Zonaram. Cæterum in hunc Thomam Iambos scripsit Ignatius Diaconus, Auctor Vitarum Sanctorum Tarasii & Nicephori Patriarcharum CP. ut tradit Svidas: Ἰγνάτιος, Διάκονος καὶ Σκευοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, ὁ γεγονὼς μητροπολίτης Νικαίας, γραμματικὸς· ἔγραψε βίους Ταρασίου καὶ Νικηφόρου τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατριαρχῶν· ἰαμβικὸν ἐλεγεῖον, ἐπιτάφιον, ἐμβόλιμα εἰς Θωμᾶν τὸν ἀντάρτην, ἅπερ ἐποιήσατο τὰ κατὰ Θωμᾶν, καὶ ἄλλα πολλά.

152. Τὸν δὲ Οὐαλὶδ ἀβδίχιτος ὁ Σαλαμὰν) Repetit hic Scriptor noster ea, de quibus capite præcedenti circa finem egit; & prosequitur Arabum Principum seriem.

Edit. Paris. pag. 52. Τὸν δὲ Οὐμὰρ ἀβδίχιτος Ἀζίζ) Hic Arabum princeps dicitur Theophani Ιζίδ.

Τούτου τελευτήσαντος κρατεῖ τῆς ἀρχῆς Μαρουὰμ) Mortuo Isam Valid Arabum princeps numeratur a Theophane, qui annum unum eidem adscribit. Vide eundem Theophanem ad annum 111. Constantini Copronymi.

Ἀβδελὰς τὸν ἀδ. Ἀμίρων ἀρχὰς αὐτὸς γίνεται καὶ κρατεῖ ἔτη κα'.) Theophanes post Maruam Muamed recenset, eique annos quinque attribuit, ut patet ex iis, quæ habet idem Scriptor ad annum XIV. Constantini Copronymi. Perperam vero ejusdem Tabulæ ipsi Muamed annos IX. adscribunt. Sed in Tabulis prædictis numeri annorum passim corrupti occurrunt; hinc fit, ut recentiores Historiarum Scriptores dum Tabulas illas tantum consulunt, & non Theophanis textum, passim in errorem deferantur. Cæterum Abdelas hic frater fuit Muamed, ut scribit Theophanes paulo superius citato loco, eique annos principatus XXI. assignat. Obiit is eodem mense quo impius Copronymus, ut tradit idem Scriptor anno XXXV. ejusdem Augusti.

Μαδὶς, &c. ἔτη ἰννέα) Madis dicitur & Theophani, qui totidem ipsi annos adtribuit. In Editis legitur, Μάδης.

Ἀαρὼν τὸν ἀδ. Ἀμίρων, &c. ἔτη ιγ'.) Anno IV. Irenes & Constantini obiit Mades, seu Madi, & ipsius filius Moses principatum obtinuit; qui cum imperasset annum circiter unum obiit, & in ejus locum Aaron frater suffectus est. Vide Theophanem anno VI. Constantini & Irenes.

Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἤγουν τῶν ἀδ. Ῥωμαίων ἐτῶν ἐπὶ Εἰρήνης καὶ Κωνσταντίνου, ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ϛωνϛ'.) Sic in MS. Codice legitur: Editi vero habent ita: ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἤγουν ἀπὸ τῶν ἀδ. Ῥωμαίων, &c. Numerus autem hic primus annorum ab orbe condito in MS. habetur margini adscriptus alia manu & rubris literis: habetur & interlinearis sed manu admodum recenti. Atqui mors Aaronis Arabum principis, & dissidium illud inter Arabes neque sub Constantino & Irene, neque an. 6288. ab orbe condito accidit, sed anno VII. Imperii Nicephori Geoeralis, Christi 808. ut habet Theophanes hoc ipso anno, qui rem totam illisdem ferme verbis refert: unde loco Irenes & Constantini, scribendum est Nicephori Generalis; & annus ab orbe condito reponendus, vel prout computat Theophanes, nimirum ϛτπϛ'. 6301. vel ut numerant Græci recentiores ϛτπϛ'. 6316.

Εἰς τὴν ἐνδοτέραν Περσίδα, ἤ καλουμένην Χορασὰν) 153. Sic MS. Codex, necnon etiam Theophanes. Editi habent, εἰς τὴν ἐνδοτέραν Περσίδα διὰ τῆς καλουμένης Χορασάν. Subjungit Theophanes, μηνὶ Μαρτίῳ, ἰνδικτιῶνι β'.

Ἐνθα δὴ καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας, &c.) Sic in MS. In Editis, ἐνθα δὴ καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως ἐκκλησίαν ἐφάμιλλον. Theophanes vero, ἐνθα δὴ καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας, &c.

Τὰ τε μοναστήρια ἐπὶ δύο μεγάλων Λαυρῶν) Quid Lauræ, & quodnam discrimen inter Lauras & Cœnobia pluribus docet Ducangius in utroque Glossario.

Τῶν ἁγίων Χαριτωνος) De Charitone Monasteriorum & Laurarum conditore Pauli Eremitæ discipulo Menæum Septembris 28. In Anthologio Arcudii: ἀνὴρ δὲ τὰ μάλιστα ἐκκλησίαν ποιήσας, καὶ πλείστοις μοναχῶν συναγαγὼν, εἰς μονὴν ἀνηκτίσατο. Vixit hic Charito temporibus Imperatoris Aureliani, hujusque Λαῦρα πολλὰ citatur a Georgio Syncello in Chronico pag. 207. eaque non longe a Bethleem & a Rachelis tumulo extitisse videtur: Τοιοῦτος γὰρ ἦν λείψανα τῆς γῆς ὑπερκειμένης πολλὰ καὶ ἐπίσης προβέβληται Βηθλεὲμ, καὶ τοῦ τοιούτου Λαύρου τὰ ἴχνη Χαρίτωνος εὕρηκα. *Hujus ego tumulum terra extantem, versus Bethleem & antiquam beati Charitonis Lauram iter facienti conspexi.* De eadem agit præterea Vita MS. ejusdem sancti Charitonis Eremitæ: διὰ ταύτης δὲ ἑτέρας ἐπίσης κατασκάζει Λαύρας ὁ δεύμενος ἅγιος Χαρίτων, ὡσεὶ ἐπὶ μὲν τῆς Σύρας γλώσσης Σουὰ ὀνομάζεται, ἄλλοι δὲ αὐτὴν Ελεὰ φασὶν· Παλαιὸν λαύρας ἐκαστοκαλύβιον, ἄλλοι δὲ κατὰ τὴν Ελεὰ φασὶν· Παλαιὸν λαύρας ἐκαστοκαλύβιον. pag. 53.

Καὶ Κυρηνὸς) Nascitur Corinthi sub Theodosio magno, patre presbytero illius Ecclesiæ; anno ætatis XVIII. lector creatur, & postmodum Lauræ Charitonis præfuit aliquandiu. Vide Anthologium Arcudii.

Καὶ τοῦ ἁγίου Σάββα) Vixit sub Theodosio juniore. Festus ei dies V. Decembris. De hoc pluribus egimus lib. V. Comment. in Antiquit. CP.

Εὐθυμίου) Vixit sub Trajano. Vide Menæa XX. Januarii.

Καὶ Θεοδοσίου) Dies ei consecratus XII. Januarii.

Ἔτη πέντε) In Theophane numerus annorum desideratur, ideoque hinc supplendus.

Ἐπ' ἔτη ἑπτακαίδεκα τοῖς χρόνοις τῆς Ἀμίδων ὁ ἐν ἁγίοις Θεοφάνης, &c.) Sic in MS. Perperam legitur in Editis: ἐπ' ἔτη ἑπτακαίδεκα τοῖς χρόνοις τῆς Ἀμίδων ὁ ἐν ἁγίοις Ἐπιφάνιος, &c. Quod autem legendum sit hic Θεοφάνης & non Ἐπιφάνης, non est necesse pluribus probari, cum nemo ignoret, Theophanem Chronographum, ex quo plura capita ferme integra, quæ ad historiam Arabum pertinent, hic exscripsit Porphyrogenitus, & præcipue caput præsens, condidisse Monasterium Magni Agri dictam, in eoque repositum fuisse ipsius corpus. Vide Menæa mensis Martii die XII. Epiphanii autem Scriptoris rerum Saracenicarum nemo ex Scriptoribus meminit. Sed hæc plus satis dicta sint de re tam manifesta. Cæterum corrigendus est Ducangius in Vita Leonis Philosophi, qui Zoen Carbonopsinam, quartam uxorem ejusdem Leonis, sororem fuisse scribit, ex Porphyrogenito, sancti Epiphanii Magni Agri Abbatis.

Μητρόθεος τυγχάνουσα τοῦ μεγάλου, &c.) Μητρόθεος *Avunculus* interpretatus sum, ita ut Zoe Carbonopsina quarta Leonis Philosophi uxor soror sit Theophanis. Atqui id annorum spatium non patitur; cum Theophanes mortuus dicatur sub Leone Armeno circa finem ejus imperii. Unde μητρόθεος non solum *avunculus* fortassis dicitur, sed & *magnus avunculus*, ut vulgo appellatur, nimirum matris avunculus.

Πρὸς τοῦς Ἡρακλείους τείχους) Sic in Epitome

Stephani in Μαστιανοί, Ἔθνος ἐφ' ἑαυτοῖς Ἡρακλειακὸν τάλαντι; at in Ἰβηρία legitur, ἐφ' ἑαυτοῖς Ἡρακλειακὸν τάλαντι.

Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ γῆς β'.) Sic ex MS. Codice. Perperam in Editis legitur, δυὸ λόγοι. Apollodori Geographi sæpe meminit Stephanus in Ἄβδηρα, Αὐγύλα, & in Ταυρόμενα. De eodem videtur loqui Tzetzes Chil. III. Histor. c. inquiens: Ἀπολλόδωρος φησι ταῦτα ἐν ἱστορίαις, τῷ περὶ νήσων, φάλαις, ἐθνῶν, καὶ βιβλίῳ. *Apollodorus refert hanc historiam eo in libro, quem conscripsit de insulis, urbibus, & populis.* De Apollodoris vide Vossium de Historicis Græcis.

155. Ταῦτα δὲ οὐ πολλά, &c.) Sic cum Berkelio emendamus: perperam quippe in Editis & in MS. habetur, ταῦτα δὲ πολλά, &c.

Ἡρόδωρος ἐν τῇ δευτέρᾳ) Sic emendamus. Perperam in Editis, & in MS. legitur Ἡρόδοτος: quippe hujus Herodori liber etiam decimus de Hercule citatur a Stephano in Κωστινόη. Vide Vossium de Historicis Græcis lib. III.

Γίγαρτον ἱστορεῖ) Ita in MS. Codice. Perperam in Editis, γίγαρτον ἱστορεῖται.

Τὰ παράλια τὰ δεύτερα) Perperam in Editis legitur, τὰ παράλια τὰ ἑσπέρια.

Τὰ πρὸς δυσμῶν) Sic legitur in MS. Codice.

Μετὰ δὲ Ἐλβυσίνους, &c.) Sic cum Berkelio emendamus. In MSS. legitur, μετὰ δὲ, Ἐλυσσίνους, μετὰ δὲ, Μαστιανοί, μετὰ δὲ ὁ Καλλιστώ. ἔνιοι δὲ ὁ Διονύσιος. Liquet ex hoc Herodori loco, inquit Berkelius, *Elbysinios* & *Mastienos*, qui etiam *Mastiani* vocantur ab aliis, gentes esse Iberiæ. Philistus Elbysinios apud nostrum *Elbestios* Ἐλβεστίους vocat (si locus alioquin mendo careat, de quo vehementer ambigo) quos non in Hispania, sed simul cum *Mastienis* in Libya collocat. Et alio in loco Stephanus ex Hecatæi Europa, *Mastianis* prope columnas Herculeas sedem assignat, adeo ut de his gentibus contraria statuere videatur. Verum, ut quod res est dicamus, tempore Hannibalis cum Africæ securitati prospiceret, ex Hispania in Africam, & ex Africa in Hispaniam milites trajici solebant, ut sic fidem & amicitiam utrorumque populorum mutuo vinculo sanciret. Inter illos fuere *Terstæ*, *Oleades*, *Mastiani* (& fortassis *Elbysini* sive *Elbestii* eorum vicini) quos cum Philistus audiret in Africa præclarum aliquod facinus edidisse, existimavit Indigenas esse, cum revera patriam & incunabula Hispaniæ deberent. Videsis Polybium lib. III. ubi refert, supra nominatos populos Hannibalis consilio in Africam transfretasse.

Edit. Paris. pag. 54.

Καλλιστοί) An legendum Κέλτοι, quorum regionem subsequitur ea quam Rhodanus alluit?

Σπανία καλεῖται) Multi ex veteribus Spaniam pro Hispania dixere.

Πρώτη μὲν ἐπαρχία) Hæc ita proprio marte restituit Berkelius; cum hæc verba desint in Editis & in MS.

Λέγεται δ' ἐξ Ἰβηρίας) Sine dubio, inquit Berkelius, temporum diritate vel transcriptorum negligentia hic locus mutilus ad nos pervenit, excidit enim, τὸ ἔσχατον Ἴβηρ. Quibus subnectendum optimo sensu, λέγεται τοῦ Ἰβηρίου.

156.

Παρθένιος) De Parthenio & Artemidoro vide Indicem Pinedi ad Scriptores citatos in Stephano Byzantio.

Ἡ δ' ἐντὸς Ἰβηρία πρὸς Πύρνην) De hac Iberia pluribus agit infra Porphyrogenitus cap. XLV. & XLVI. Hanc ponit Agathemerus lib. II. Geog. inter Colchidem & Albaniam: Τέλος δὲ τῆς Σαρματίας πρὸς μὲν τῇ Πόντῳ ἡ Κολχίς, πρὸς δὲ τῇ Κασπίᾳ Ἀλβανία, ἐν μεταξὺ κεῖται ἡ Ἰβηρία. Vide Dionysium de situ Orbis & Strabonem lib. I. & XI.

Δυσίσιμος) Non est sequens versiculus, inquit Berkelius, desumptus ex Dionysio Alexandrino de situ Orbis. Imo in illo versu non videtur mentio fieri de Iberis Orientalibus, sed de Occidentalibus, ἐγγὺς κυλίων, *prope columnas Herculeas* habitantibus. Verum versiculus mox sequuturus, ex quo usum ἐν Ἰβηρίᾳ confirmat, ex Dionysio Alexand. transcripsit Stephanus noster.

Γραμματικὴν ἡ χρῶνται) Strabo lib. III. narrat, Hispanorum doctissimos olim Turdetanos fuisse, qui præter Grammaticæ usum, etiam conscripta servabant antiquitatis monumenta, poemata, & leges metris inclusas. Cæterum iisdem literis quibus Itali utebantur. Vide Vossium de arte Grammatica.

Πόντος μὲν πρώτην) Sic ex Dionysio emendat Berkelius, nomen auctoris adjungens. 157.

Πρώτην μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία εἰς δύο, &c.) Sic in MS. In Editis vero; πρώτην μὲν δὴ ἡ Ἰβηρία εἰς δύο διῃρέθη Ῥωμαίων, καὶ δὴ εἰς τρία, Βαιτικὴν, Σπανίαν, & Ταρρακωνησίαν. At nescio unde Berkelius sic scribit: πρώτην μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία εἰς δύο ἐπαρχίας διῃρέθη Ῥωμαίων, καὶ δὴ εἰς τρεῖς, εἰς Σπανίαν Βαιτικὴν, Σπανίαν Λουσιτανίαν, καὶ Ταρρακωνησίαν, & hanc lectionem in versione expressimus. Salmasius vero in Plinianis Exercit. ait se in veteri Codice hunc locum sic scriptum reperisse: Πρώτην μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία εἰς δύο διῃρέθη Ῥωμαίων, καὶ δὴ εἰς τρία, εἰς Μαρκιανὸς ἐν τῇ Περίπλῳ αὐτῆς, Βαιτικὴν, Λουσιτανίαν καὶ Ταρρακωνησίαν. Certum quidem est, primum Romanos Hispaniam in citeriorem & ulteriorem divisisse; de quo Plinius & alii: deinde vero cum tota regione essent potiti, in tres partiti sunt provincias. Marcianus quem hic Porphyrogenitus laudat sic habet in Periplo cap. de Iberia & Hispania: Πρώτην μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία διῃρέθη Ῥωμαίων εἰς ἐπαρχίας δύο, καὶ δὴ εἰς τρεῖς, εἰς Ἰωαννίαν Βαιτικὴν, καὶ εἰς Ἰωαννίαν Λουσιτανίαν, καὶ Ἰωαννίαν Ταρρακωνησίαν. Agathemerus lib. II. Hispanias item tres recenset; Ἰωαννίαι τρεῖς. αἱ Ἰβηρίαι πρότερον ἐκλήθησαν· καὶ ἔστιν ἡ μὲν Λουσιτανία πρὸς τῷ δυσμικῷ Ὠκεανῷ· ἡ δὲ Βαιτικὴ κεῖται ἐντὸς Διλίνου, ἐλέγετο τοίνυν τὸν ἐξω μέρη τοῦ παράλου ἐπικαμβάνουσα. ἡ δὲ Ταρρακωνησία διήκει ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ καὶ ἐντὸς Διλίνου ἐπὶ τὰ ἐντὸς Διλίνου. Sic quidem ante Constantinum magnum; at post illum universa illa regio in sex provincias divisa fuit, ut patet ex Scriptoribus.

Παρήγον) Deest hoc verbum in Editis & in MS. *pag. 55.* & proprio marte reponitur a Berkelio.

Τὸ μὲν Ἴβηρ) Sic Berkelius, nescio unde. In Editis & in MS. Porphyrogeniti legitur, τὸ μὲν ὕδωρ, &c.

Χαράσσω σ' ἀνάκτων) Χαράσσω σ' ἀνάκτων, & sunt Τραχίνιαι sunt fragmenta versuum Homeri.

Δωτικοσυρτῶν β'.) Locus hic Philarchi apud Athenæum paullo diversus est. Sic ibi ille: φασὶ δὲ καὶ Ἴβηρας τινὰς ὑδροποτῆσαι, καὶ τοὺς πλησιάζοντας ὑδροποτοῦντας ἔτη. μαρτυρεῖ τε αὐτοῖς ὁ λόγος ἐξ ἀμφιλογίας, ἐκδύσασι δὲ φησι πολυτελεῖς. Eadem refert Eustathius ad Periegetæ v. 282. 158.

Ἀπὸ Ἰωνίου γίγαντος) Hispania, quæ primum dicta fuit Iberia, ut ex præcedenti capite liquet, & deinde Hesperia ab Hespero stella lucidissima, quæ vespertino tempore in Occidente apparet, solem subsequens; postmodum nuncupata est Hispalia ab Hispali, urbe ad fretum Atlanticum sita, quam hodie Sivilliam vocant; unaque denique littera immutata Hispania appellata fuit. 159.

Ἰωαννίαι δύο αἱ ἐκ τῆς Ἑσπερίας ἐπαρχίαι) Divisa fuit olim a Romanis universa Hispania in citeriorem & ulteriorem, uti ad caput præcedens adnotavimus.

Χαράξ ἐν δ. χρονικοῖς) Χρονικὰ Characis Pergameni passim citantur a Stephano. Vide Vossium de Hist. Græc. lib. III.

Τοῦ Οὐριάθου) Viriathus qui ex venatore latro, ex latrone subito dux atque Imperator, Romanum exercitum non semel profligavit: primum Vetilium Prætorem fusis ejus copiis captum trucidavit; in cujus locum cum missus esset C. Lælius, egregie cum eo pugnavit. Deinde Q. Fabius Maximus Æmilianus Proconsul restituta militari disciplina eundem devicit. Tum Q. Fabius Maximus Servilianus Consul, alterius frater, fusum fugatumque in Lusitaniam compulit anno

anno V. C. 612. Sequente vero cum a Viriatho circumventus opprimi posset, pacem præoptanti æquis conditionibus dedit. Et de hac quidem Viriathi contra Q. Fabium Maximum Servilianum expeditione videtur hic loqui Charax: nam Q. Servilius Cæpio anno 614. neglecto fœdere, repente Viriathum adortus, corruptis ejus legatis, dolo illum sustulit, majore populi Romani dedecore, quam operæ pretio. Vide Livium de bello Viriathico, Florum, Appianum, &c.

Τούτου καλεῖσθαι φησὶν Ἰβηρίαν ὑπὸ Ἑλλήνων γ'.) Sic in MS. Codice. Perperam in Editis: *Τούτου καλεῖσθαι φησὶν Ἰβηρίαν. ὑπὸ δὲ Ἑλλήνων γ'.*) Hoc autem intelligit de eodem Charace, qui Svida teste, condidit historiarum Græcarum libros XL. in quorum secundo Augusti Cæsaris memoriam celebrat; in secundo item Neronis, & successorum. Cæterum Characis librum secundum *Ἑλληνικὰ* citat Stephanus Byzantius in *Ἀβρίκια*, & *Ταύρων*. Unde facile crederem, & ex eo quod in Stephani Epitome de Hispania habetur, Porphyrogenitum hoc integrum caput de Hispania exscripsisse, quemadmodum & præcedens caput, ex Opere integro Stephani; & miror cur Berkelius hæc item Stephano non reddiderit.

Τῷ προσηγορίαν μεμαθηκέναι) Ita MS. Codex. Perperam in Editis legitur, *ἢ προσηγορίαν μεμαθηκέναι*.

Τῶν φίλων ἐστι καλέσαι) Sic ex MS. Codice. Locus mutilus in Editis.

Τοῦτο δὲ φασὶν αὐτὸ μετακεκλῆσθαι Παυίαν.) Sic emendamus; quippe in MSS. Porphyrogeniti ac Stephani corrupte legitur *Παυσία* pro *Παυία*. Sosthenes enim lib. XIII. Ibericorum apud Plutarchum de fluminibus testatur Iberiam *Pauiam* appellatam fuisse a Pane ejusdem regionis Præfecto: *Νομίσαι γὰρ Ἰβηρίαν, Πᾶνα κατάρξαντα ἐπιμελητὴν ἧς τότου, ὃν ἐκ χώρας αὐτὸ Παυίαν μετονόμασαι, διὸ καὶ μετονομάσαι Σωσθένη ἀποσυγγράφοντα, καθὼς ἱστορεῖ Σοδίκιος ἐν γ'. Ἰβηρικῶν. Deviſa Iberia Panem illorum locorum Præſidem reliquit, qui regionem a ſe ipſe Pauiam nominavit, quam poſteri ſequuti derivationem, Ipaniam tandem appellarunt, ut refert Soſthenes libro XIII. rerum Ibericarum*. Vide & Plinium lib. III. cap. 1. *Edit. Pariſ. pag. 56.*

160. *Ἐκ τῆς ἱστορίας τοῦ ἁγίου Θεοφάνους τοῦ Σιγριανοῦ*) Nimirum, *Ex hiſtoria ſancti Theophanis Singrianæ Monachi*. Perperam hunc titulum interpretatur Meursius sic: *Ex hiſtoria ſancti Theophanis Sigriana*. Nullam quippe historiam Sigrianam conscripsit Theophanes; sed Singrianæ montis Monachus fuit, unde passim a Scriptoribus dicitur *τοῦ Σιγριανοῦ*. Officium Theophanis, quod fronti ejusdem Operum præfixit Combefisius, sic habet: *Τῇ αὐτῇ μηνὶ ιβ'. τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Θεοφάνου τοῦ ὁμολογητοῦ τοῦ Σιγριανοῦ. Menſis* (Martii) *die* 12. *Sancti Patris noſtri Theophanis Confeſſoris Singrianæ Monachi*.

Τότε τῆς ἐπὶ Οὐανδαλουσιανοὺς μόνον Βρεττανίας καὶ Γαλλίας, &c.) Sic in MS. Codice, & in Theophane. In Editis corrupta ac depravata sic habent: *Τότε τῆς ἐπὶ Οὐανδαλουσιανοὺς ὁ μόνον Βρεττανίας ἀλλὰ καὶ Γαλλίας καὶ Ἰσπανίας ἐπεκράτουν ἐν ἰσχύι, ἀλλὰ ἢ Ἑσπερίων Λιβύων ἀφιστάμενοι τρόπῳ τοιῷδε*. Theophanes hanc Vandalorum in Africam irruptionem refert anno XXXI. Imperii Theodosii Junioris: Scriptor vero Chronici Alexandrini, Prosper Idatius, aliique id ad annum XXI. vel XXVII. ejusdem Augusti assignant, nimirum Coss. Fl. Tauro & Fl. Felice, anno Christi 428. Vide Procopium lib. I. de bello Vandalico, unde Theophanes, quæ hic habet de Vandalorum in Africam irruptione, mutuatus est; quæ quidem summatim ab ipso collecta historice potius quam chronice, ad annum XXXI. Theodosii Junioris referuntur.

Βονιφατίου τοῦ ἀρχὴν τῶν Ἑσπερίων Λιβύων λαβόντος, &c.) Sic ex Theophane. Perperam in MS. & in Editis Constantini legitur, *Βονιφατίου τοῦ ἀρχὴν τῶν Ἑσπερίων Λιβύων λαβόντος*, &c.

161. *Ὅτι ἐὰν παραπεμφθῇς παραγενέσθαι μὲ δύνῃ*:) Theophanes: *ἐὰν μετακεμφθῇς, παραγενέσθαι μὲ δύνῃ*. *Si accerſitus fueris, ne de reditu cogitato*.

Μάχῃ τοῦ Δανουβίου) In Theophane legitur, *πέραν τοῦ Δανουβίου*.

Τότου ἢ ἐξηλογότερά φασι, &c. Theophanes sic habet: *τότου ἢ ἐξηλογότερά φασι τίνωρα, Γόνδον, Τουίγονδα, Γοῦνδα, & Οὐανδίλους ἐν ὀνόματι μόνῳ*, &c. Sed alia lectio Theophanis pro *Τουίγονδα* habet *Ἰσιγονδα*.

Οἱ δὲ Ἰσιγονδαμετὰ Ἀλαρίχου, &c.) In Editis & in Theophane legitur. *μετ' Ἀλαρίχου*. Unde ejus interpres sic vertit, *Viſigothi poſt illatas ab Alarico cladis Roma devaſtata, in Galliam ſecedentes, varias obtinuerunt provincias*. Meursius legendum sic monet; *οἱ δὲ Οὐισιγονδαμετὰ Ἀλαρίχου*. In MS. scribitur *Ησιγονδοι*; *Ἰσιγονδα*, & *Τουίγονδα*. Cæterum quo anno a Gothis Roma capta fuerit, & quando ab iisdem Gallia occupata, pluribus narrant illius ævi Scriptores; qui sane tradunt, Gothos non cum Alarico sed cum Athaulfo ejus successore Gallias occupasse.

Ἐν τῇ Θρᾴκῃ διατρίβοντος, &c.) Sic habet MS. Codex Theophanis Pal. In textu legitur, *ἐν τῇ Θρᾴκῃ διατρίβοντα, ἐξ οὗ ἐπαρχίαν βασιλικὴν ἐκράτησαν*. Sed melius codex Pal. In Editis Constantini corrupta hæc ac depravata sic habent; *ἐν τῇ Θρᾴκῃ διατρίβοντα Θευδερίχου ἐγκαθιδόντος ἑαυτὸν, ταγματάρχου καὶ ὑπάτου Ζηνῶνος, ἑαυτὸν διατρίβοντος τότε ἐπαρχίαν Λιβύων βασιλικὴν ἐκράτησαν*. Theuderichus autem hic Valameris filius e Thracia Byzantium accersitur, Consulque renunciatur, & Thraciæ Præfectura donatur, postmodum a Zenone compulsus in Italiam proficiscitur, & Gizericho vita jam functo priusquam ipse Romam appelleret, urbe tandem totoque simul Occidente poritur. Vide Theophanem ad annum XI. Imperii Zenonis. 162.

Τὸν Πλῶτα ποταμὸν) Sic ex Theophane. In MS. & in Editis Constantini perperam legitur, *τὸν πλῶτα ποταμόν*.

Ἡγεμόνα ἔχοντες Γοντιθίσκλον) Sic ex MS. Perperam legitur in Editis, *ἡγεμόνα Γοντιθίσκλον*. Theophanes habet, *ἡγεμόνα ἔχοντες Μαδίγουκλον*; & sic etiam Theophani paulo infra appellatur *Μαδίγουκλος*.

Γόνδαρόν τε καὶ Γαζίριχον) Theophanes habet, *Γόνδαριχόν τε καὶ Γιζίριχον*. *pag. 57.*

Ἐφ' ᾧ ἔκατον) Perperam legitur in Theophane, *ἐφ' ὧν ἔκατον*. 163.

Μάχῃ Τριπόλεως τῆς κατὰ Κυρήνην) Sic ex Theophane. In MS. & in Editis Constantini legitur, *μάχῃ Τριπόλεως ἀπ' αὐτῆς Κυρήνης*. Meursius interpretatur, *Tripolim usque quæ eſt ex adverſo Cyrenes*.

Οἱ δὲ Ἰσιγονδοι ἀναστάντες ἀπὸ Γαλλίας ἐκράτησαν, &c.) Nimirum, *Viſigothi autem e Gallia moventes Hiſpaniam occuparunt*. Perperam Meursius hæc ita interpretatur, *Iſigothi autem moventes Gallias occuparunt, & Hiſpaniam*.

Καὶ Ἰουλίου τοῦ Ἀσπαρος) Sic ex Theophane. In MS. & in Editis Constantini legitur, *καὶ Ἰουλίου Ἀσπαρος*. Quæ sic Meursius interpretatur: *Tunc etiam Martianus miles Aſpari ſervicns, qui poſtea imperium nactus eſt, vivus a Gezericho captus fuit*. 164.

Ἰσιγοῦτθι τῷδε Ἀμορμούνδῃ, &c.) Sic in MS. & in Editis. At paulo infra scribitur *Ἀμορμαμοῦδ*, ideoque sic ubique scribendum ait Meursius in Notis. Verum apud Scriptores Byzantinos varie hæc vox scripta reperitur; quod quidem factum est librariorum insscitia, ut nemo dubitat. Cæterum *Ἀμορμαμοῦδ* dicti supremi apud Saracenos Principes, ut patet ex iis quæ hoc capite docet Scriptor noster.

Ὧν ἐκ μὲν αὐτοῦ καδίζεται ἐν τῇ Βανδάλ, &c.) Sic ex MS. Codice. In Editis locus hic mutilus ac depravatus, ut optime animadverterat Meursius. Quæ vero hic narrat Scriptor noster de divisione Saracenorum imperii, conferri possunt cum iis, quæ in diversis locis suæ Chronographiæ scribit Theophanes.

Δυνάμεν Ἀμορμαδίου τοῦ Ἀφρικῆ, μετὰ τὸν Ἀμορμαδίου τοῦ Αἰγύπτου, &c.) Sic ex MS. explenda lacunula, quæ comparet in Editis.

Τὸν δὲ Ἀφρικῆ ἀναιρεθέντα, &c.) Sic ex MS. 165

Perperam in editis, ἐξ Ἀφρικὴς ἀνατολικῶν, &c.

Καὶ Ἀμμωνίων ἐθνῶν ἀνεγορδωσίων) Sic emendamus cum Meurſio. Perperam in MS. & in Editis legitur, *ἀνεγορδώσιον*.

166. Φορῶν καλουμένων κερῶν) Κερὰς, Κεράσιον, & Κοράς, *Curas*, Leunclavio in Onomaſt. ad Hiſt. Turc. *Alcoranum Mahumetanorum*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Δι' ὅλης μαργαρίτης) Μαργάριτα, Μαργάριτον & Μαργαρίτης, *Torques*, *Monile*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Καὶ ἀνταλλάσσει καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν, &c.) Sic ex MS. Codice.

Ἡ γενεαλογία τοῦ τυραβλάντου μεγάλου Οὔγωνος) Sic ex MS. Codice. Ugo iſte ab Italis vocatus, ejecto Rodulpho, Italiæ regnum obtinuit, ſed Franciæ rex, ut paulo infra a Porphyrogenito appellatur, nuſquam fuit, ſed Comes tantum Provinciæ ſive Arelatenſis.

167. Πάντων τῶν μεγάλων) Μεγάλων Græcis recentioribus, *Regnum* ut Δυνάστων, Πρεσβυτέρων, &c. Vide Gloſſ. Græc. Ducangii.

Λοθάριος ὁ υἱὸς) Lotharius hic Lotharii filius, Ludovici II. Imperatoris, qui quartus a Carolo Magno Imperator Occidentis numeratur, frater; ab eodem Ludovico contra Saracenos Africanos Italiam vaſtantes ad auxilium vocatus Romam adiit anno Chriſti 869. mortuo jam ante biennium Nicolao Pontifice, & ab ejus ſucceſſore Adriano II. per fraudem ac mendacium exorata venia; cum ſub communionem Dominici corporis Waldrada ſe pellice poſt interdictum abſtinuiſſe, & in poteſtate fuiſſe Nicolai Pontificis juraſſet, ſacrilegii illius in reditu pœnas dedit Placentiæ lethali morbo confectus eodem anno, ſexto Idus Auguſti, ut ſcribunt nonnulli; alii vero Julio menſe mortuum narrant, neque id cujus cauſa venerat ab Hadriano impetraſſe.

Καὶ ἐτέθη παρὰ τὸ τεῖχος Πάνης) Sic ex Codice MS.

168. Μετὰ δὲ τὸν τελευτῆσαι τὸν μέγαν Λοθάριον) Diu poſt Lotharii obitum Ludovicus hic ab Adelberto Tuſciæ Marchione excitus contra Berengarium in Italiam venit; quippe Lotharius e vivis exceſſit anno Chriſti 869. uti paulo ſuperius diximus; Ludovicus vero hic in Italiam venit anno Chriſti 900. vel ſequenti.

Edit. Pariſ. pag. 58. Λουδοῖκος ὁ υἱὸς τοῦ Λουδοΐκου) Ludovicus hic, Boſonis filius, naſcitur ex Hermingarde filia Ludovici junioris Imperatoris.

Καὶ δὴ μὲν ἔστεφε) Ludovicus in fugam conjecto Berengario, Romæ a Papa imperii donatus eſt inſignibus anno Chriſti 901.

Τρίτῳ δὲ ἔτει τῆς βασιλείας) Anno tertio imperii Ludovicus cum eſſet Veronæ, Adelberti Marchionis, a quo vocatus fuerat in Italiam, proditione capitur a Berengario, & oculis atque imperio privatur Auguſto menſe anni Chriſti 904. ut ait Rheginо; etſi Gotfridus Viterb. & Otto Friſingenſis ſequenti anno id factum prodant.

Καὶ κατελθὼν εἰς Ῥώμην ἐστέφθη) Berengarius ſublato Ludovico rurſus Italiæ occupat regnum; ac Romam cum exercitu adiens coronam imperii a Joanne Papa violenter extorſit, & Septembri menſe anni 915. eſt inunctus, ut ex ejus diplomatibus oſtendit Sigonius lib. 6. de Reg. Ital. Sed eo Roma recedente, idem Pontifex Lambertum Auguſtum, qui a Formoſo Papa fuerat coronatus, Romam accerſit, ubi habita Epiſcoporum Synodo, utriuſque Regis juribus examinatis, omnium Patrum ſententia Joannes Berengarii coronationem tanquam vi extortam abrogavit, & Lamberti legitimam judicavit; quod quidem comprobatum etiam fuit in Synodo Ravennate, paulo poſt ab eodem Pontifice Romano ibi congregata.

Καὶ μετὰ τοῦτο ἐξανεστάσης λαοῦ πολλοῦ τῷ Ῥεδόλφῳ, &c.) Adelbertus Eporediæ Marchio, aliique Italiæ proceres Rodulphum Richardi filium, quem Flodoardus Galliæ Ciſalpinæ Regem, Luithprandus Burgundiæ Principem nuncupant, ad Italiæ regnum capeſſendum vocant. Nec ille cunctatus anno 922. ut ait laudatus Flodoardus, eo contendit; ac Berengarii fuſis copiis, Italiæ rex appellatur. Berengarius Veronæ, quo ſe ex inſidiis fuga receperat, Flamberti cujuſdam inſidiis occiſus eſt anno Chriſti 924. ſicque Berengarius dignas ſuſcepit pœnas, quod fœdere cum Hunnis inito, eoſdem iterum majori agmine in Italiam intuliſſet in odium Rodulphi electi Francorum Regis, a quo ante annum fuerat bello ſuperatus, ut ſcribit idem Flodoardus, qui depopulationes Italiæ pluribus recenſet. Cæterum de iis, quæ hic narrat Porphyrogenitus de iteratis ac variæ fortunæ prælis Rodulphi cum Berengario, deque diviſione regni inter eos, ac de bellica expeditione trium Marchionum e Burgundia contra Italiam, conſulendi ſunt Scriptores illius ævi; quippe apud hiſtoricos recentiores res geſtæ illis temporibus in Italia admodum obſcuræ ac confuſæ reperiuntur.

Μετὰ τῆς δορᾶς αὐτοῦ) Interpretatus ſum dubius, *pelle cervina, quam ferebat, ſe contegens*, quod apud Svidam δόρκων, ἔλαφος exponatur, *Cervus* vel *Capreа*. Meurſius, *pelle ſe ſua texit*, interpretatur, quaſi legiſſet δορᾶς pro δορᾶτος. Heſychius: δορά, δέρμα. Apud eundem, inquit Ducangius, lego, δόρκας κόνδυς. Forte κωνδύς, ut *Caſſis* intelligatur: tametſi ita etiam ſcribitur apud Phavorinum. Cæterum hac voce utitur idem Porphyrogenitus etiam infra cap. 51. αἴγεον σωστόν, δόρκας, κλιβάνια, &c. 169.

Δόδωκε αὐτῷ μῆλα μικρὰ) Μήλωλα, Μήλωλαι, & Μηλώλιον, *Spiculum*, *Venabulum*, *haſtæ ſpecies* δόρυ εἶδος, in fragmentis poſt Æliani Tactica. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Τρεῖς μαρκίωνας) Μαρκίωνες & Μαρκίονες, *Marchio* & Ital. *Marcheſe*. Vide Ducangii utrumque Gloſſ. 170.

Τὰ ἐκδικεῖα τῶν κρατούντων καὶ κρατούντων αὐτῶν) Sic ex MS. In Editis hæc depravata ac mutila ita leguntur, τὰ ἐκδικεῖα τῶν κρατούντων αὐτῶν.

Καὶ Οὔγων ὁ ἀδελφὸς τοῦ Βόζω) In Editis perperam legitur, ἢ Οὔγων ὁ ἀδελφὸς τοῦ Βόζω.

Κόντους ἢ ἄλλα αὐτὰ, ἢ τὰ δύο αὐτῶν) Sic ex MS. *pag. 59.* Codice.

Ἅπαντες ὀμνύουσι τὰ δύο εὐαγγέλια, &c.) Obſervandus (inquit Meurſius in Notis ad eundem Porphyrogeniti locum) mos jurandi per ſacroſancta Evangelia. Harmenopolus lib. 1. tit. VII. Ὁ ἐν δικαστηρίῳ ὤν, ἢ ἐξ αὐτοῦ ἢ ἀντιδίκου, ὅρκον ἐπίσχων ἐν ἐκκλησίᾳ, ἢ εὐχαίρως ἀναγνώσας εὐαγγέλιον, ἀναιρείσθω δὲ μετὰ ταῦτα ἀληθῶς, γλωσσοκομείσθω. Menander de Leg. περιέχεται καὶ ὁ ἐν Σιγηλίῳ τίλλων ἢ ἀρχιερατικὸν ὄντως τοῖς διακονίοις βίβλον αὐτῷ δοὺς ἢ ἐν μέσῳ τῆς ἐκκλησίας διακομιζόντων ἐπισχόντος, ἢ δὲ διαρρήσσοντα τὸν ἐπιπροφέροντος τῶν τοιῶν, ἀνίσταται τὸ ἐκ τῆς καθέδρας, καὶ σὺν φόβῳ δέους πολλῷ ἢ σεβάσματι τούτου φρικωδεστάτου δίκτυδα, ἢ φρικτοτέρας φοβερώτατα, ὄμνυμι κατὰ τοῦ λελεγμένου τοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις διφθέροις ῥήματα Θεοῦ, μηδὲν ἐψευσμένον παρ' αὐτοῦ διαβεβαιοῦσθαι. Cantacuzenus Hiſtor. lib. 1. cap. XV. *Per ſacra Evangelia & venerandas ſanctorum imagines fideliter jurare jubet.* 171.

Ἀνῃρέθησαν αὐτὸν Φαλιμβέρτου ὁ σωτὴρ αὐτοῦ) Interficitur Berengarius a Flamberto, uti ſupra diximus, anno Chriſti 924. Σώτηρα vero *Compater*, *Pater ſpiritualis*. Vide Gloſſ. Græc. Ducangii.

Καὶ μετὰ τοῦτο ἐβασίλευσε ὁ λαός, &c.) Poſt Berengarii obitum, Rodulphus Italiæ regnum haud diu retinuit; quippe populorum conſpiratione Hugoni Arelatenſi ſeu Provinciæ Comiti regnum defertur anno Chriſti 926.

Καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ) Moritur Rodulphus anno Chriſti 937. ac primus Burgundiæ rex fuit, ut ait Sigebertus, ſive Jurenſis, ac Ciſalpinæ Galliæ, ut Flodoardus in Chronico ſcribit.

Ὀνόματι Ἀδελαΐδος) Hanc Adelaſam Rodulphi filiam, quæ Lothario Ugonis filio nupſerat, Adelaidem Scriptores Latini appellant.

Τῷ υἱῷ ἔτει Ἰταλίας μηνί) Lotharius Ugonis filius consors fit regni paterni anno Christi 932. Regno privatur ambo a Berengario secundo anno 945. hac conditione, ut Hugo cum filio Lothario regis vocabulo contentus, regni usum, ac rerum summam Berengario permitteret. Sic Lothario filio in Italia relicto, in Provinciam Hugo rediit anno 947. biennio vero post moritur Lotharius, & regis titulum assumit Berengarius una cum Adalberto filio, anno 950. Hinc ergo facile est cognoscere, quando isthæc Porphyrogenitus scribebat, dum ait, Εἴδωκε Λοθαρίῳ τῷ υἱῷ ἔτει Ἰταλίας μηνί.

Ἥτις δευτέρᾳ τοῦ αὐτοῦ πεμπτίνῃ μηνὶ Ὄθωνος) Bertha hæc quæ Romano Porphyrogeniti filio nupsit, Hugonis quidem Italiæ regis erat filia, sed nothа & illegitima, quam ipse ex Bæzola concubina suscepit. Vide Luith. lib. 4. cap. 6. & lib. 5. cap. 5. & 9. Sed pudebat proculdubio Constantinum hanc suæ familiæ ignominiosam notam scripto consignare. Cæterum Bertha a Sigefrido Parmensi Episcopo deducta fuit Constantinopolim sub annum 943. Indict. 11. Romano Lacapeno Imperii clavum adhuc obtinente, quo & nuptiæ celebratæ sunt mense Septembri, cum nondum ætatis annum XIV. attigisset Romanus.

Ἐβασίλευσεν ἔτη) Numeros annorum, quibus Magna Bertha post Adelberti conjugis obitum regnavit, desideratur cum in Editis, tum in MSS.

172. Μετωνομάσθη δὲ Εὐδοκία, &c.) Berthæ nomen in Eudociam mutatum fuit a Græcis in aviæ & sororis Constantini memoriam, ut ipse scribit. Sed a quanam uxore, cum quatuor habuerit Leo, filiam Eudociam susceperit, pluribus diximus lib. VI. Commen. in Antiquitate Constantinopolit. num. 350. unde ne actum agere videar eo lectorem mitto. Hanc autem Eudoxiam pro Eudocia perperam appellat Luithpr. lib. 3. cap. 9. Vixit vero Eudocia cum conjuge per annos quinque, obiitque intacta ac virgo, ut scribit Scylitzes.

Καὶ Γαΐτα) Male in MSS & in Editis, Γαΐτα, sed optime Meursius legendum ait, Γαΐτα, vel Γαΐτη.

173. Παρὰ τῷ Ῥωμανῷ ἐπικλήτῳ βασιλοπούλῳ ἐκ Ῥώμης) MS. Codex habet, παρὰ τῷ Ῥωμανῷ ἐπικλήτῳ βασιλοπούλῳ ἐκ Ῥώμης.

Edit. Paris. pag. 60. Ἐν δὲ τούτοις καιροῖς Εὐφροσύνη τῆς βασιλίδος) Sic habetur & in MSS. At mendum hic esse oscitanter exscribentis librarii nemo non videt; quippe id accidit Justino imperante, ideoque Sophia tunc Augusta fuit non Irene, ut & Papa Joannes tertius, non Zacharias. Sunt autem qui hanc Longobardicæ irruptionis auctore Narsete Patricio spadone historiam, inter fabulas rejiciant. In his est Eminentissimus Cardinalis Baronius, sed venia quidem est dignus, non solum quia ætas unius hominis non est satis, ad singulas res sedulo perpendendas, verum etiam quia quamplurima monumenta antiqua post tanti viri obitum in lucem prodiere. Plurimi autem sunt qui hanc historiam Narsetis veram ac genuinam esse arbitrantur, & facile Baronii difficultates eliminant, cum plures Narsetes illis temporibus floruisse, ex historicis ostendant. Præter Petavium in Rationario temporum, pluribus veritatem hujus historiæ asserit Pagius ad annum Christi 567. cujus verba non abs re hic describere libet. Sic igitur ille: Paulus Diaconus lib. 2. de Gestis Langobard. cap. 5. Anastasius in vita Joannis III. Papæ, Fredegarius in Epitome cap. 65. Sigebertus, Marianus Scotus, Hermannus Contractus, aliique Scriptores Latini scripsere, *Narsetem* a Sophia Augusta territum, ut regredi ultra Constantinopolim non auderet, Langobardos, ut in Italiam venirent, invitasse. Baronius hoc inter fabulas rejicit, existimatque, *Narsetem* ante Justini Imperium ex Italia a Justiniano revocatum fuisse, quod in Corippo legisset, ipso Justini initio Narsetem Ducem celeberrimum Constantinopoli ejus inaugurationi interfuisse, & Curopalatem tunc fuisse, quæ summa Palatii dignitas haberi cœpit, ex quo *Justinus* Justiniani nepos eam gessit. Verum imperante Justino tres Narsetes claruere, iique Persarmeni. De duobus prioribus loquitur Procopius lib. 2. de Bello Goth. cap. 13. *Erat is*, inquit, *Narses spado, & Sacrarum Largitionum Comes, &c. Justinus Dux Illyricorum, & Marses alter, qui ex Armeniis Persæ subditis ad Romanos transfugerat olim cum Aratio fratre.* Primus, Præfectus Italiæ fuerat, & de eo loquitur Marius citatus. Secundus, qui frater erat Aratii & Isacii, periit in bello Persico, imperante Justino gesto, ut refert Procopius lib. 2. de Bello Pers. cap. 15. qui & alibi sæpe ejus mentionem facit. Tertius, Narses ille est, de quo Corippus loquitur, & hæc a Baronio numero XI. recitata cecinit:

Armiger interea, Domini vestigia lustrans.
Eminet excelsus super omnia vertice Narses
Agmina, & Augustam cultu præfulgurat Aulam
Comptus cæsarie, formaque insignis & ore.

At *Narses* iste, de quo loquitur Poeta, non est is, qui tantas res in Italia gessit, quique in offensionem *Sophiæ* Augustæ incurrit. Neque enim Narses eunuchus forma insignis fuit & ore, neque etiam juvenis, sed senex. *Narses* itaque de quo Corippus, sub Mauricio Dux militum fuit, & triginta circiter annis post priorem adhuc floruit, tantoque Persis terrori fuit, ut Persarum infantes audito solo *Narsetis* nomine tremerent. De eo fuse Theophylactus in Historia Mauriciana. Baronius anno DLVIII. num. XIII. & seq. de isto *Narsete* loquitur, concluditque, se hanc suam opinionem considerandam potius proposuisse, quam historica lege credendam. Dubitat ibidem Cardinalis doctissimus, an *Narses* ille, de quo loquitur Paulus lib. 2. cap. 4. quem scribit, exilio damnasse *Vitalem* Episcopum Altinæ Civitatis, diversus sit a Narsete Eunucho; sed certum est, illum eundem esse: cum ibidem Paulus sermonem habeat de peste, quæ Narsetis tempore Italiam vastavit, ipso nempe fine Imperii Justiniani, ut supra ostendimus. Præterea Narses, de quo Theophanes ad annum VI. Justini Jun. scribit: *Hoc anno Narses Cubicularius & Protospatharius, qui Justino Imperatore adeo charus fuit, ut ejus gratia ludibriis respergeretur, demum Narsetis construxit, & Catharorum Monasterium*, Narses, inquam, iste, ille est de quo verba pag. 61. facit Corippus, qui Cubicullariis & Eunuchis præsidebat; horum enim seriem & ministeria describit Corippus lib. 3. Hunc etiam Narsetem Protospatharium fuisse, seu *Protectorum Comitem*, ense armatum, turmæque sibi subditæ signum gerentem, manifeste ostendunt versus Corippi lib. 4. quos recitat Baronius hoc anno num. XI. quorum initium est,

Necnon enipotens membrorum robore constans,
&c.

Cæterum an *Narses* Eunuchus Longobardos in Italiam accersiverit, ab Auctoribus Græcis discere non possumus, ex quibus nec Theophanes, nec Cedrenus, nec Zonaras, ne quidem irruptioni Longobardorum in Italiam mentionem faciunt; cum contra plerique Historici Latini, apud quos res gesta, ejus diserte meminerint. Extat in Bibliotheca Colbertina Mellitii *Brevis temporum expositio* manuscripta, cujus initio profitetur hic Auctor se in medium adducere, quæ ab antiquioribus Scriptoribus accepit, & temporum summam *ab exordio mundi usque ad Augusti Heraclii, vel Sisenuti Regis Principatum* breviter notare. Is cum ad Justinum Minorem pervenit, ait: *Narses Patricius postquam sub Justiniano Augusto Turilane Gothorum Regem in Italia superavit, Sophiæ Augustæ Justini conjugis minis perterritus Longobardos a Pannoniis invitavit, eosque in Italiam perduxit.* Ita Mellitus de verbo ad verbum, qui testatur se Opus suum absolvere *anno Heraclii Imperatoris* V. & IV. *Sisebuti*, anno scilicet

Christi DCXIV. aut insequenti : quem Hispanum fuisse, *Sisebuti* Regis mentio in tam parvo Chronico ostendit. Habemus itaque Auctorem coævum, qui nihil scribit, quod ab antiquioribus non acceperit. Codex ab octingentis circiter annis exaratus. Idem habet sanctus Isidorus Hispalensis Episcopus, Auctor etiam coætaneus in brevi suo Chronico nuper a Scheleſtratio ex Bibliotheca Urbino-Vaticana publicato. Sic laudatus Pagius, qui tamen fallitur dum ait, neminem ex Auctoribus Græcis hujus Historiæ Narsetis mentionem facere, cum fuse de ea Porphyrogenitus loquatur, Scriptor Græcus decimi seculi fide dignissimus.

174. Τὰ ἐπιπεζόμενα τέκτα) Πέκτον, *Tributum ex pacto indictum, quævis pensitatio.* Utitur frequenter hac voce eadem significatione Scriptor noster. Reperitur & apud alios Scriptores Byzantinos eadem significatione. Vide Ducangii Gloss. Græc.

Οἱ δὲ Λογγοβάρδοι τῷ τότε καιρῷ κατῴκησαν εἰς Παιονίαν) Habitarunt in Pannonia, inquit Meursius, Longobardi annos XLII. nempe ab anno Christi DXXVI. ad DLXVIII. Vide Diaconum de gest. Longob. lib. II. cap. VII.

175. Καὶ ἀποστείλας ὑποτρέχειν Ναπολιν πρὸς αὐτὸν χαιρεσίωνα) Paulus Diaconus De gestis Longobar. lib. II. cap. V. *Itaque edio metuque exagitatus (Narses) in Neapolitanam civitatem secedens, legatos mox ad Longoborderum gentem dirigit, mandans ut pauperiem Pannoniæ vitæ deserercnt, & ad Italiam cunctis refertam divitiis possidendam venirent. Simulque multimoda pomorum genera, aliarumque rerum species, quorum Italia ferax est, mittit, quatenus eorum ad veniendum animos posset illicere.* Et Anastasius Bibliothecarius in Joanne III. *Tunc egressus Narses de Roma venit Campaniam; & scripsit genti Longobardorum, ut venirent, & possiderent Italiam.*

Σζιβενιτείβα) Sic ex MS. Codice. In Editis legitur, Τζιανὶ τόβα.

Ἀπέλιπε πάντας, καὶ κατέχων τὰ κάστρα) Ita MS. Perperam Editi habent, κἀκεῖνος πάντας; καὶ κατέχων τὸ κάστρον.

176. Τὰ πρωτεῖα) Πρωτεῖον, *Principatus.* Vide Ducangii Gloss. Græc.

Ὁ Σίκων, ἢ ὁ Σίκαρδος) De Sico & Sicardo vide Camillum Peregrinum in historia Principum Longobardorum.

Καὶ τῆς Σιπόντα) Non dubito quin hic pro *Sipendi* legendum sit *Sipenti*. Sipontum quippe Apuliæ Daunix urbs est, & colonia Romana. Eidem Strabonι Σιπόντιον dicitur, Σιπεντία Ptolemæo, & Σιπεντὶς Stephano.

Vide Pagium ad annum 839. num. 17.

Ἦν πάλαι τῆς Ἀσκολεῖ ὑποχείριον) Sic cum Meursio emendo; perperam quippe in MSS. legitur, ἢ Ἀσκολεῖ ὑποχείριον.

177. Καινοπόλιν) Sic legitur & in MSS. sed perperam; quippe hæc urbs quam Landulphus Episcopus ad pontem Casilinum fluminis Vulturni ædificaverat, appellatur a Scriptoribus Latinis *Capua Nova*; unde hic legendum videtur pro Καινοπόλιν, Καπύην τὴν νέαν nam & paulo infra hæc ipsa urbs a Landulpho Episcopo constructa, dicitur eidem Porphyrogenitæ Καπύη, ut ex mox dicendis patebit.

Ἀφ' οὗ δὲ ἐκτίσθη ἡ νέα Καπύη ἔτη οδ'.) Hæc Capua nova a Landulpho Episcopo constructa fuit anno Christi 856. distatque a veteri duobus millia-ribus; ibi & Cathedralem Ecclesiam ædificavit, ut videre est in convexo pariete Chori, musivo opere adornato. Et in eadem urbe nova idem Landulphus evasit Comes anno 862. Vide Ughellum de Episcopis Capuanis pag. 380. Ex verbis autem illis Porphyrogeniti : *Ex quo autem hæc Capua constructa fuit anni sunt* 73. colligitur Porphyrogenitum hæc scripsisse anno Christi 929. imperii sui 18. quippe Capua nova constructa fuit a Landulpho anno 856. cui numero annorum si addantur anni 73. invenietur proculdubio annus 929.

Μαγιστρίλιον ἐπωνόμαζον τὴν Ῥωμαίων διαλέκτῳ κατεπείγουσαν τέχνην) Μαγιστρίλιοι & Μαγιστρίλιον, *Magister militum.* Ita appellabatur Urbis Neapolis in Italia Præfectus supremus, inquit Ducangius, citans hunc Porphyrogeniti locum. Venetiis item hæc dignitas in usu erat : Andreas Dandulus in Chronico MS. sic habet de prima Magistri Militum creatione : *Anno Domini* DCCXXXVII. *Leonis vero* XXIII. *Dominicus Leo Magister Militum præsidere cœpit, quia Veneti, occiso eorum Duce, in novi Ducis promotione discordes, annualem Rectorem sibi præesse statuerunt, quem Magistrum Militum appellarunt; quæ quidem dignitas secundum Græcorum usum Tribunatu major super est, & cunctum populum potestatem obtinet.* De hac autem dignitate agit pluribus Ducangius cum in Gloss. Græc. tum in Glossario med. Lat. in v. *Magister militum.* Κατεπείγων autem *Capitaneus*, hoc est, *Præfectus exercitus.* Vide utrumque ejusdem viri doctissimi Glossarium.

Ἐστίαι) Sic cum Meursio emendamus; quippe in MSS. legitur, Αἰτίαι : & paulo infra perperam, Αἰτίαις pro Ἐστίαις. Eustathius ad Dionysium : εἶναι δὲ μεθόριοι Ἐστίαι τῆς μὲν Βιθυνίας φασὶν, Et Arrianus : καὶ τὴν ἐπίχωρον γλῶτταν Βιθυνοὶ μὲν τὴν ἑστίαν Ἐσχὰν καλέουσι.

Ἰουστινιάνα) Puto hic pro *Justiniana* legendum *Justinopolis*, quæ hodie Italis dicitur *Capo d'Istria.*

Κάστρον τὸ Νόνι) Hodie *Nonum*, vel *Ad Nonum*, teste Cluverio :

Ἐστίαν ἐν σφοίτοις) Perperam in MSS legebatur, ἑστίαν ἐν σφοίτοις; sed optime Meursius emendat. 178.

Κάστρον Κορμόδον) Hic pro *Cœradum* Gradum legendum esse nemo non videt; Gradus quippe (vulgo *Grado* & Venetis *Grao*) Insula est ora, seu Ducatus Veneti confinium. Hujus autem insulæ celebre est nomen ob Patriarchas Gradenses; sed de origine hujus Patriarchatus multa tradunt.

Ἐν ᾗ ἡ μητρόπολις ἐστὶ μεγάλη) Sic in MSS. legitur, & quidem recte; sed perperam Meursius legit, ἀκρόπολις pro μητρόπολις; quippe sequentia suadent μητρόπολιν ibi potius legendum, quam ἀκρόπολιν seu *arcem*, dum ait, ἣ πολλὰ λείψανα ἁγίων ἐν ταύτῃ ἀνάκειται, *in qua multæ Sanctorum reliquiæ depositæ jacent.* Μητρόπολις autem hic significat *Ecclesiam Metropolitanam*; in qua quidem asservari reliquias Sanctorum verius dixeris, quam in Acropoli seu *arce*. Gradus autem Civitas Metropolitica facta a Carolo Magno, testibus Eginartho & Rheginone. Postmodum vero anno Christi 967. Joannes XIII. in Concilio Romæ habito, Othone Magno præsente, Venetis legatis petentibus, statuit Ecclesiam Gradensem Venetiæ totius Metropolim esse. Vide quæ de Gradensi Patriarchatu, & Patriarchis habet Ughellus tom. V. Italiæ Sacræ pag. 1164. & seqq. pag. 63.

Κάστρον Ῥιβαλωσεῖς) Rhibalenses, fortassis *Ripaltenses* legendum.

Λουλιανὸν) Lulianum, at puto scribendum *Sanctus Julianus.*

Βινιόλα) Biniola. Puto *Olivola* legendum ubi templum sancti Petri.

Βρόνιον) Bronium, fortassis *Brevia* insula ad Polæ portum.

Μαδαῦκον) Madaucum, *Metamaucum* legendum.

Κάστρον Κλυγία) Clugia, Scriptoribus *Fossa Clodia* dicta.

Κάστρον Βρουνδὸν) Brundum, fortassis *Brondola.*

Κάστρον Φοσσαῶν) Pholaon, forsan *Foscellum* vel *Fossone* flumen.

Κάστρον Λαυρεττῶν) Lauriton, Scriptoribus *Lauretum.*

Κάπρης) Capræ, fortassis *Caprole.* 179.

Αἰκουλὸν) Æculum, fortassis *Equilium.*

Ἀμμιανὸν) Almanas, *Ammianum* forsan scribendum.

Μουρὶν) Muran, *Murianum* Scriptoribus, sive *Murianum.*

Ῥίβαντον) Rhibantum, *Ripalta* sive *Ripa Alta.*

Διήγησις τῆς κατοικίας τῶν κελτικῶν Βοϊωρίων) Quo-

Quomodo conditæ fuerint Venetiæ & quando, pluribus narrant præter alios, Scriptores Veneti; imprimis autem Andreas Dandulus Sereniſſimus Dux Venetiarum, qui quarto decimo ſeculo & literis & armis floruit; & ad quem extant quamplurimæ epiſtolæ cum editæ tum ineditæ a Franciſco Petrarcha, qui illa tempeſtate florebat, conſcriptæ. Hujus autem viri Chronicon Venetum cum ineditum ſit, nec cuilibet obvium, libet ex eo hic exſcribere ea, quæ ad Originem Venetiarum pertinent. Sic igitur ille:

„ Poſt vero multa tempora imperante Honorio „ Auguſto in Occidente, Theodoſio vero in Oriente, Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti CCCCV. „ die XXV. menſis Martii Primates, & populi „ urbium Venetiæ Provinciæ ex Barbarorum incurſu exinaniti, & inſtantis invaſionis perterriti, declinare ad maritimas civitates, & receptacula refugii conſtruere decreverunt. Primus „ namque Galienus de Fontana, Simeon de Glanconibus, & Antonius Calicus de Luntanis Conſules Patavii, ſuæ Urbis invaſionis nec immemores, hoc perficere ſtatuentes, ad maritimam „ oram pervenerunt, & circa oſtia fluminis Palti Inſulam ſive tumbam ad opus meditatum ſatis habilem eligentes, felicis Urbis Rivoalti „ nova fundamenta jactitarunt, decretumque eſt, „ ut quicumque operi vel exercitio navali utilis „ exiſteret, in hac urbe habitationem eligeret, „ immunitatibuſque gauderet, exceptis ſervis ac „ proditione vel ſalſitate damnatis; in qua urbe „ poſt modicum vir quidam Architector nomine, „ natione Græcus, Magiſter navium habitationem elegerat, de cujus domo ignis emanans „ manſiones quatuor & viginti concremavit, „ cumque inextinguibilis videretur, idem cum „ compatriotis in oratione poſitis, Deo & B. Jacobo Apoſtolo votum exhibuit, conſtruendi in „ ejus nomine & gloria Eccleſiam novam in loco incendii exorti, ſtatimque ignis extinctus „ eſt: perfectoque voto Eccleſia conſecrata eſt „ per Severinum Epiſcopum Paduanum, Jocundum Epiſcopum Tarviſinum, Ambroſium Epiſcopum Altinatum, & Eponem Epiſcopum Opiterginum: Felixque Presbyter vir Catholicus „ pro Sacramentis Eccleſiaſticis exhibendis in ea „ deputatus eſt.

Populi Venetiæ Provinciæ ad oram maritimam veniunt.

„ Monteſilienſes Populi, & cæteri circa Montaneas degentes ob eandem cladem ad maritima venientes in littoribus Mathemauci Albiolam, Paleſtinam & Clugiam pariter condiderunt. Eo tempore Urbis Aquilejæ Proceres ad „ Aquas veniunt Gradatas, & in littore Caſtrum „ ſpectabile conſtruxerunt, quod ab aquarum nomine appellatur; tandem Metropolis novæ Venetiæ efficitur.

Edit. Pariſ. p. 64.

De Aquilejenſibus Gradum fugientibus timore Attilæ.

„ Anno Domini CCCCXXIV. Aquilejenſes obſeſſi ab Attila Hunnorum Rege, non valentes ſe „ defendere, muros civitatis ſuæ ſtatuis munierunt, & ſic decepto Attila & inadvertente, „ quaſi omnes Gradum cum omnibus mulieribus, „ & parvulis ac ſuis bonis fugerunt, ibique perpetuo deioceps habitantes, Veneti quaſi advenæ ſunt nominati, unde inter Gradenſes, qui „ priores fuerant habitatores ipſius loci, & Aquilejenſes de Patriarchatu uſque hodie controverſia verſatur.

De Altinenſibus in diverſa loca timore Attilæ fugientibus.

Poſt hæc Attila Altinum tranſiit, quod prius „ vocabatur Antenoride, quia ab Antenore primo ædificatur; & ii ſimiliter parvulos cum matribus & theſauris miſerunt ad Inſulas maris; „ tandem non valentes reſiſtere noctu illinc fugerunt, civitaſque præfata in ſolitudinem redacta eſt: erat enim civitas magna habens ſex „ portas, quarum uniuſcujuſque incolæ Inſularo „ apprehendentes, propriis portarum nominibus „ eas vocarunt, ut Torcelum, Maiorbium, Boranum, Amorianum, Conſtantinianum, & Arvianum. Aliqui ex hujus urbis cives ceſſante „ perſequutione incolatum Paduæ & Tarviſii elegerunt, a quibus illarum porta quædam ubi „ degebant Altina vel Attilia nuncupata eſt. „

De Rege, & civibus Paduanis timore Attilæ in Rivoalto & Mathemautico ſe reducentibus.

Idem Attila tranſivit Paduam: Rex vero Ci- „ vitatis jam miſerat Reginam cum filiis, mulieribus & parvulis, & omni theſauro in Rivoalto; Attila autem urbem impugnans Paduam „ deſtruxit: cives vero qui evaſerant, in Rivoalto & Mathemauco pervenerunt. Cum itaque „ tanta multitudine præfatæ Inſulæ non ſufficerent, tumbam non longe ab eis extare in oſtio „ portus proſpexerunt, in qua antiquiſſima mœnia videbantur affuiſſe: compertumque eſt hanc „ eſſe illam, in qua Trojani duce Antenore poſt „ Trojæ excidium in ſinu Adriatico primitus habitarunt, vocata prius Troja, poſtea vero Pagos, id eſt Caſtrum, Olivolos latine dicitur, „ quod plenum ubi non eſt dare vacuum: & in „ ea profugum pars non minima ſua firmavit domicilia: Eccleſiaque ſub vocabulo Sergii & „ Bacchi ibi poſtea conſtructa eſt per Nobiles „ Tribunos Venetos Strivacales nominatos, qui „ nunc Cavotorta dicuntur. „

Καὶ βαλτοῦδες) Βαλτοῦδες, *Paluſtris*. Hæc vox eadem ſignificatione reperitur non ſemel apud Annam Comnenam. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Οἱ δὲ πολὺ καλλίτεροι Βρετανικοὶ ἦρχον Φρίγγων, &c.) Vide quæ de Francis habet infra Scriptor noſter cap. XXX. & ſequentibus.

Ἤρξαντο φεύγειν μὲν πάντες οἱ Φρίγγοι, &c.) Sic ex MS. In Editis hæc corrupta ac mutila habentur. 180.

Μετὰ χρόνον τινὰς) Pipinus Venetias obſidione cingit anno Chriſti 810.

Εἰς τόπον λεγόμενον Ἀιβόλαν) Locus hic qui a Porphyrogenito Aibola appellatur, Dandulo Albiola dicitur. 181.

Πρὸς τὸν τόπον τοῦ Μαθαυμίκου) Sic in MS. In Editis legitur, πρὸς τὸν τόπον τὸ Δαυμίκου. At Dandulus locum hunc Mathemaucum appellat, ut videre eſt ex iis, quæ de Origine Venetiarum paulo ſuperius ex Danduli Chronico MS. propoſuimus.

Βαλόντες κερτέσια) Κερτέσια, *Antennæ*, Græcis κέρτα, ut apud Heſychium: & κερκία, ſcilicet τὸ ἑκάτερον τῶν ἐπὶ δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ πλαγίων ξύλων, οἷς ἐξάπτονται οἱ ἱστοί, ut eſt apud Scholiaſtem Homeri Iliad. Σ. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Καὶ βαττεύειν) Βαττεύειν, *Miſſile ſpiculum*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Ἐν τούτῳ δὲ βασιλεύοντος τοῦ Βασίλειου) De belli hujus Pipini cum Venetis exitu varii varia prodiderunt, & præſertim Veneti Scriptores: ſed ut alios miſſos faciam, unius ex illis Andreæ Danduli Venetiarum Ducis hac de re verba, maxime cum ejus Chronicon non ſit editum, libet hic proferre. Sic igitur ille: Anno Domini DCCCX. Caroli vero VIII. Pipinus Rex Italiæ juſſu patris rupto fœdere cum exercitu ad Venetiæ Pro- „ vinciam ſubjugandam per littora veni qui cum „ portas dividentes littorum Inſulas cum reſiſtentia „ difficillima pertranſiiſſet, fugatis Brundulen- „ 182. *pag. 65.*

„ fibus, Clugenſibus, & Peleſtrinenſibus ad lo-
„ cum quemdam qui Albiola vocatur in ripa Ma-
„ themaucenſis portus tandem pervenit, & nul-
„ la ratione prætendere in ante greſſum valuit:
„ putans tamen Venetos brevi tempore famis ine-
„ dia poſſe arcere. Veneti vero hoc audientes,
„ panum & paximatum multitudine machinis pro-
„ jecta exercitum verberant, ne famis opinione
„ omnino excludatur. Francorum tunc recaleſcen-
„ tibus viribus, Veneti Mathemauco Urbe reli-
„ cta in Rivoalto venerunt; quos cum qualiter
„ remittere poſſet Rex Pipinus ſubtiliter indaga-
„ ret, cujuſdam vetulæ aſtutæ functus conſilio,
„ pontem ex lignaminibus, vaſculis & vimini-
„ bus connexis ſuper aridas aquas conſtrui fecit,
„ putans abſque obſtaculo Rivoaltum introire.
„ Statuta itaque hora equites cum fiducia pon-
„ tem aſcendunt. Tunc Veneti hujus conſilii nec
„ ignari, cum multis præparatis navigiis clande-
„ ſtine obviam exierunt in augumento aquarum,
„ inſultantes eos, de quibus, ex diſſolutione li-
„ gnaminum ſubnerſis fere omnibus qui pontem
„ aſcenderant, victoriam optatam habuerant. Rex
„ autem conſternatus videns amodo intentum ſu-
„ um complere non poſſe, adjacentia quæ potuit
„ loca vaſtavit, & uſque ad Eccleſiam S. Mi-
„ chaelis omnia comburendo pervenit, & ut qui-
„ dam ſcribunt, Provinciam Nichiphoro Conſtan-
„ tinopolitano Imperatori juxta fœdus cenſuit re-
„ linquendam, & non multo poſt Pipinus Rex
„ Mediolani moritur. Fallitur itaque Scriptor in-
„ doctus Libelli, cui titulus (Squitinio della Li-
„ bertà Veneta,) dum ait, recentiores rerum
„ Venetarum Scriptores tantum, belli quod con-
„ tra Venetos Pipinus geſſit, a parte Venetorum
„ ſtetiſſe victoriam aſſerere; quippe Andreas Dan-
„ dulus quarto decimo ſeculo florebat, unus ex
„ primis rerum Venetarum Scriptoribus, vir pro-
„ bus & literis & armis conſpicuus, uti teſtatur
„ Franciſcus Petrarcha, qui eodem ævo florebat
„ in ſuis Epiſtolis, cum editis, tum ineditis, quæ
„ in Bibliotheca Regia, & Colbertina aſſervan-
„ tur; ex quibus ſane quam plurimas eidem Dan-
„ dulo Petrarcha conſcripſerat.

Διβέρνια εἰσὶμιν λίτρας λϛ'.) Meurſius pro *διβέρνια* *βίβλους* legit, quod vix probem, inquit Ducangius in Gloſſ. neque enim Veneti, Regi Italiæ 36. argenti Libras in Diaria Regum penſitaſſe veriſimile: tametſi fateor quid hæc vox ſonet me penitus ignorare. Sic laudatus Ducangius. At fortaſſis quiſpiam putabit hic pro Dibaria legendum eſſe Divalia.

183. *Εγεγόνει δὲ ὁ πρῶτος Δοὺξ ἐν Βενετίαις*, &c.) De inſtitutione primi Ducis Venetiarum ſic habet Dandulus a nobis ſupra laudatus in ſuo Chronico MS. Anno Domini DCXCVII. „ dum apud
„ Inſularem Venetiam Gentium multitudo copio-
„ ſa in vico quolibet habitaret, Tribuni, & o-
„ mnes Proceres, & Plebeii cum Patriarcha, &
„ univerſo clero in Heraclia his diebus pariter
„ convenerunt, ut imminentibus damnis & pe-
„ riculis obviarent, & ſuæ Provinciæ ſtatui in
„ melius providerent, & augerent. Cum igitur
„ Tribuni Inſularum diſcrepantes ſibi, ad invi-
„ cem deferre non vellent, Longobardi abſque
„ reſiſtentia eorum fines invaſerunt: qua de re
„ unanimiter ſibi Ducem præeſſe decreverunt,
„ qui æquo moderamine populum ſibi ſubditum
„ gubernaret, & vim atque poteſtatem haberet
„ in publicis cauſis generalem concionem advo-
„ candi; Tribunos etiam & judices conſtituendi,
„ qui in privatis cauſis, exceptis mere ſpirituali-
Edit. Pariſ. pag. 66. „ bus, tam laicis quam clericis æqualiter jura
„ tribuerent; ita tamen quod gravatis liceat quan-
„ docunque Ducis remedium implorare, cujus juſ-
„ ſione Clericorum concilia & electiones Præla-
„ torum a Clero & a Populo debeant inchoare,
„ & electi ab eo inveſtitionem accipere, & ejus
„ mandato inthronizari. His ſalubriter ordina-
„ tis, Chriſti nomine invocato Paulutium civem Heracleanum, ſapientia præditum ac nobilita- „
te conſpicuum concorditer Ducem conſtituerunt, & de regimine Ducatus juſte & æquanimiter exercendo ei ſacrum præſtiterunt, & in „
throno cum inſignibus Ducalibus poſuerunt. „

Εἰς νέαν λεγόμενον Τζιβιτὰ νόβα) Cività Nova, *Civitas Nova*.

Διὰ δὲ τὸ νέον τὸ προσρηθὲν τοῦτο, &c.) Sic in MS. & ita legendum eſſe monuit Meurſius in Notis, cum perperam in ſuo Codice MS. legeretur *σφῶν* pro *τοῦτο*.

Εἰς ἕτερον τοῦτο) Tunc Veneti Mathemauco urbe relicta ad Rivoaltum venerunt, ut ſcribit Dandulus ad annum Chriſti DCCCIX.

Πλὴν τῆς χώρας Δελματίας ἁπάσης) Aliis ſcribitur *Dalmatia* per A. in prima; at *Delmatia* ſcribendum docet Caſſiodori Geographia: item nummus Fl. Delmatii Imperatoris, hoc tractu oriundi, quem Hiſtorici omnes per A. in prima ſcribunt, male. Sic Ortelius. Cujus quidem ſententiæ ſuffragatur vetus inſcriptio Patavina apud Sertorium Urſatum in Monum. Patav. pag. 270. Inſcriptio autem hæc eſt:

I A N O. P A T R I
Μίχρι δ' ἴχνους, &c.) Sic ex MS. in Editis vero legitur, μίχρις δ' ἴχνους, &c. Quomodo ampliata fuerit urbs Ragusina narrat Ludovicus Tubero lib. V. Comment. de temporibus suis, sic: *Verum natura munitior locus visus, licet urbis amplificandæ haud satis esset commodus, ubi nunc Rhacusa sita est, quoniam præterquam quod editus esset, atque magna ex parte præruptus a circumfuso insuper mari pene undique ea tempestate in peninsulæ modum alluebatur. Campum enim illum qui nunc publicis frequens tabernis, rerum venalium forum est, post conditam urbem deducto inde humore constratum esse constat. Rex igitur priusquam urbis jaceret fundamenta, arcem in præditis rupibus, mari subjecto imminentibus, ubi nunc divæ Virginis ædes est, ac Monasterium, quod sacræ Virgines incolunt, ædificavit munimentum, & adversus hostes futurum, & urbanis facilius in officio continendis; locum Rhacusani* Divam Mariam Castellanam *vocant* — *Ductis deinde duobus muri utrinque brachiis, regionem Posternam nunc appellatam, & quidquid inde retta ad occidentem solem editioris loci erat, protensis munitionibus ad rupes Zephyro objectas mœnibus circumdant, planitie omni extra munitiones relicta; quam partim sylva, partim paludibus solum id temporis obtinebant; nam quidquid urbi inde adjectum est, id totum postea cives auctis fortunis extruxere.* Deinde quinto decimo sæculo pars illa urbis Ragusinæ, quæ Septentrionem spectat munita fuit, structuram curante Sigismundo Malatesta Arimini Domino, ut scribit Jacobus Luccari lib. III. Annalium: *Et havendo a quel tempo il Senato posto mano di fortificare le loro Città, il Malatesta s'offerì loro per Ingegniere della fabrica, e per Commissario delle fortezze, e subito fu accettato dal Senato — Et essendo questo Signor unico in questa professione d'ingegniere, all' ora per opera sua si fortificò Rausa dalla parte di Tramontana, & si riparò assai alle cose di Stagno.*

Edit. Paris. pag. 80.

Ex δὲ τῶν μετοικησάντων τὸ Ραούσιον ἔθνος) Sic MS. habet; & ideo interpretati sumus: *Ex iis autem qui aliunde demigrarunt Ragusium, hi sunt.* In Editis vero legitur; ἐκ δὲ τῶν μετοικησάντων, οὗτοι Ραούσιον, &c. Nimirum; *Ex iis vero qui Rausium habitarunt, hi sunt.*

Βελεντῖνος ὁ πατὴρ τῆς πορφυρογεννήτου Στεφανίας) In MS. legitur, Βαντῖνος; in Editis vero Βαλεντῖνος. At utrobique corruptam vocem hanc puto, & lego, Βαλεντῖνος. Perperam item legitur in Editis τῆς ἁγίας pro τῆς πορφυρογεννήτου; nec dubito quin in MS. quo Meursius usus fuerat ad suam Editionem Constantini adornandam, scriberetur hæc vox contracta, seu ; ut vulgo dicitur, abbreviata nimirum litera *a* cum ϑ superscripto; quod quidem significat Πορφυρογεννήτου, uti infra in Notis ad cap. 42. pluribus demonstrabimus, & etiam in sequentibus, ubi hæc ipsa vox sæpius occurrit eodem modo contracta, nec a Meursio lecta.

Ἀφ' ὧν δὲ οἱ ἀπὸ Σαλώνων μετῴκησαν εἰς Ραούσιον) Sic ex MS. unde interpretatus sum ac si legeretur, ἀφ' ὧν δὲ οἱ ἀπὸ Σαλώνων, &c. *Ex quo autem cives Salonitani Rausium demigrarunt, anni sunt* D. *in hunc usque diem, Indictione* VII. *anni* 6457. (*Christi* 949.) Hinc manifesto liquet recensitos a Porphyrogenito paulo superius viros, qui Ragusium demigrarunt, fuisse Cives Salonitanos, ibique optime legi in MS. ἐκ δὲ τῶν μετοικησάντων, &c. non vero κατοικησάντων, &c. ut habetur in Editis, quemadmodum paulo superius adnotavimus. In Editis vero hic legitur, ἀφ' ὧν δὲ οἱ ἀπὸ Σαλώνων μετῴκησαν εἰς Ραούσιον, &c. Quod Meursius interpretatur: *Ex quo autem Salona transiit Rhagusium anni sunt* D. *in hunc usque diem, Indictione* VII. *anni*, &c. Quæ sequuntur in Meursii versione corrupta ac depravata sunt; quod quidem factum puto Librarii & non interpretis negligentia ac insciția. Hanc autem Meursii versionem cum sequutus esset Joannes Lucius *De regno Dalmatiæ*, &c. cap. XIV. ex his Porphyrogeniti verbis sic ratiocinator. *At Rausina civitas, quamvis in Regno Dalmatiæ, de quo tractandum est, inclusa non fuerit, sub nomine tamen Dalmatiæ continebatur; sed ficuti Dalmatia in Orientalem, & Occidentalem divisa, Orientalis Servierum censebatur, Occidentalis vero Croatorum, ita Rausium in Orientali parte situm a cæteris Dalmatis divisum, jus quoque separatum habuisse, innuere videtur Porphyrogenitus; nam ait loco supra citato:* Salonam transiisse Rausium, *id est, loco Salonæ, totius antiquæ Dalmatiæ Metropolis, Rausium partis Orientalis Dalmatiæ maritimæ, quæ Græcis parebat in Metropolim successisse.* Atqui Porphyrogenitus hæc ita non intelligit, uti supra demonstravimus; licet urbs Rausium Metropolis ac Regina Dalmatiæ fuerit, hodieque sit, ut tradit Cedrenus, loquens de Saracenorum in Dalmatiam impressione: προχωρούντων δὲ κατὰ νοῦν τῶν προκειμένων τοῖς Ἀγαρηνοῖς, ἅλωσιν καὶ ὑπὸ τὸν ἴδιον κατέστησαν, ἡ Ῥαοῦσα λέγεται. *Ita prospere succedentibus rebus Agareni Rausium quoque totius gentis Metropolim aggressi sunt.* Ragusinam urbem Metropolim universæ Nationis appellat & ipse Porphyrogenitus in avi Vita n. XXXVIII. ubi de eadem Saracenorum in Dalmatiam impressione. Numerum autem hunc quingentorum annorum quem ponit Porphyrogenitus ab anno Christi 949. quo hæc scribebat, ad illud tempus quo Salonitani cives Rausium transierunt, corruptum fuisse a librario, vel perperam Constantinum supputasse, putat Joannes Lucius, cum Salonæ eversio nullo modo ad Attilæ tempora referenda sit; nepote quæ superstes fuit Justiniani tempore, maximaque commoda Justiniani Ducibus bello Gothico præbuit. Quomodo autem Dalmatia a variis Barbaris vexata, ac possessa, & Justiniano simul cum Italia recuperata fuerit: quomodo eadem Dalmatia a Slavis populata: denique quando Dalmatia ab Abatibus, vel Slavis occupata, & Civitates maritimæ destructæ fuerint; pluribus isthæc omnia a Joanne Lucio in tractatu *de Regno Dalmatiæ & Croatiæ* cap. VII. VIII. & IX. pertractantur; sed ita tamen, ut non omnem scrupulum mihi demat. Quæ omnia cum plus otii nactus fuero, vel fortassis cum res patriæ meæ scriptis illustrabo, ad trutinam revocabo. Quæ vero de Origine urbis Ragusinæ Maurus Orbinus & Petrus Luccari conterranei mei tradiderunt, non omnino spernenda sunt; sed quo tempore vixerit Michael Salonitanus, cujus tractatum de Dalmatia uterque laudat; & quam fidem ipsius scripta mereantur non satis liquet; eundem tamen Porphyrogenito recentiorem fuisse facile crediderim. Verum Ludovicus Tubero Abbas Melitensis, vir alias doctissimus lib. V. Commentariorum de temporibus suis, dum in conscribenda Urbis Ragusinæ origine Diocleatem authorem sequitur, nugas nugari videtur. Hujus Scriptoris excerpta de Origine urbis Ragusinæ habentur in uno ex Codicibus MSS. viri doctissimi Stephani Baluzii, cum epistola ejusdem Ludovici Tuberonis eleganter conscripta, qua Mario Bono rationem reddit, cur ea quæ ad urbis Ragusinæ originem spectant, ex lib. V. Commentariorum de temporibus suis excerpserit; eaque ejus censuræ, ac Michaelis Bucignolæ submittit: quam quidem epistolam, cum non sit edita, hic exscribi curavimus. Excerpta vero illa de Urbe Ragusina, eadem sunt quæ lib. V. Commentariorum de temporibus suis in Editis leguntur; ideoque hic minime exscribenda. Cæterum epistola illa sic habet:

LODOVICUS CERVARIUS TUBERO
MARIO BONO
Jupani Boni ex filio nepoti
S. D.

ROgatu Bernardi Bamphii Bacensis Ecclesiæ Archidiaconi exscripsi ex commentariis temporum meorum originem, & primordia Urbis „

Rhacuſæ. Quom enim eſſem Raciæ aliquot ante annis apud Gregorium Eregepanem Colocienſium Antiſtitem: & ille ſeſe ferret a Rhacuſa orundum, ſæpius mecum egit, ut id negotii in ejus gratiam ſubirem. Nempe ardebat non mediocri cupiditate homo, licet inter Hungaros ſatis honeſtus, ut majores ſuos etiam inter Dalmatas claros extitiſſe oſtenderet; malebat autem ſe Rhacuſanum eſſe, quam quempiam alium ejus regionis: quando illum non fugeret, Rhacuſanos inter ipſos Dalmatas opibus longe eminere. Quare quom tandem in animum induxiſſem ei morem gerere; nec Turcaicis armis per Sirmium vagantibus ſcripta ad illum mittere liceret, juſſi Rhacuſam noſtram ad te divertere. Quam ubi ſeveritate tibi inſita paulo remiſſa, ſeu potius rejecta, comi hoſpitio ſuſceperis: vojo enim te eſſe interdum leniorem; quando ingenio longe propenſiore ſis ad benignitatem, quam ad blanditias: adhibito Michaele Bucignola noſtro, legere non gravaberis: & ſi quid mutandum aut addendum, ſeu demendum cenſueris, me admonebis: libenter enim quom in cæteris rebus, tum in his tua ulurus ſum cenſura. Vale.

201. Ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ ἐστὶ μέσον τοῦ κάστρου καὶ τοῦ ναοῦ) Hanc ædem ſancti Stephani ædificatam fuiſſe a Polymiro Rege; in eaque reliquias Nerei, Achillæi & Pancratii Martyrum, necnon Petronellæ ac Domitillæ Virginum, ab eodem rege Roma aſportatas, repoſitas fuiſſe, ſcribit Ludovicus Tubero lib. v. Comment. de temporibus ſuis; cujus quidem verba hic libenter exſcribam: *In medio fere oppidi, regionem hanc nunc incolæ Puſternam vocant, Polymirus Divi Stephani protomartyris erigit templum, reliquiaſque Nerei, Achillæi & Pancratii martyrum, Petronellæque & Domitillæ virginum, argento incluſas, ſecumque Roma aſportatas ibi condit: attributa templi cura quibuſdam clientis ſuis, e familia a Cruce denominata, quæ jam majorum ignavia pene extincta eſt.* Templum autem hoc ſancti Stephani cum aliis omnibus templis ac ædificiis urbis Raguſinæ everſum fuit illo horrendo terræmotu, qui anno Chriſti 1667 accidit.

Edit. Pariſ. pag. 84.

Ὅτι τὸ Ἀσπαλάθου κάστρον) Urbs Spalatum ſive Aſpalatum, quæ olim Diocletiani palatium fuit, habitari cœpta eſt a Salonitanis civibus poſtquam Salona a Slavis ſeu Gothis everſa fuit, ut ſcribit Thomas Archidiaconus Spalatenſis in hiſtoria Salonitana cap. x. Vide & hiſtoriam Michæ Madii editam apud Lucium cap. xv.

Τὸ ἐκκλησιαστήριον τοῦ κάστρου) Ἐκκλησιαστήριον hic non ſignificat *Ædem ſacram Epiſcopalem*, ut Ducanglus exiſtimavit in Gloſſ. Græc. ubi laudat hunc Porphyrogeniti locum; ſed *domum Epiſcopalem*, quæ prius erat domicilium Severi Salonitani civis, qui quod cæteris majore auctoritate polleret, magnus Severus appellabatur, ut ſcribit Thomas Archidiaconus in Hiſtoria Salonitana cap. x. Et idem Scriptor cap. xi. ſic de Epiſcopio habet: *Tunc prænominatus Severus domicilium ſuum, quod in Spalato fortius fuerat, quando de Inſulis redierunt, donavit Eccleſiæ cum Turri angulari & palatio, Epiſcopium ibi fieri ſtatuens. Ibique venerabilis præſul Joannes primitus habitare cœpit.* De Æde vero ſacra Epiſcopali ſic idem Archidiaconus ſubjungit: *Videns ergo populum in divini cultus amore ſuccreſcere, ſtatim aggredi cœpit opus laudabile, & templum Jovis, quod in ipſo Auguſtali ædificio excelſioribus fuerat ſtructuris erectum, ab Idolorum mundavit ſigmentis, januas in eo, ſeraſque conſtituens. Tunc ſolemnitate dedicationis indicta, magnus undique populus coadunatus eſt. Fecit ergo ex fano illo Eccleſiam, conſecrans etiam in magna devotione, & tripudio omnium, qui convenerant, ad honorem Dei, & gloriоſæ Virginis Mariæ. Clerum autem ibi ſtatuit, qui divini cultus obſequia diebus ſingulis exerceret.*

Καὶ ὁ ναὸς τοῦ ἁγίου Δόμνου, ἐν ᾧ, &c.) Corpus ſancti Domni, ſeu Domnii & corpus ſancti Anaſtaſii Martyris, de quo loquitur paulo infra Scriptor noſter Salona translata fuerunt Spalatum, & in Eccleſia Dei Genitrici ſacra, quæ prius fuerat Jovis delubrum, repoſita fuere, ut tradit laudatus Archidiaconus cap. xii. Hiſtoriæ Salonitanæ: *Eodem tempore Reverendus Antiſtes cœpit tractare cum Civibus, ut corpus B. Domnii Pontificis, quod Salona remanſerat, levaretur, translatumque in Eccleſia, quæ nuper dedicata fuerat, locaretur, & valde placuit omnibus; explanata itaque temporum vice, quando poſſent hoc commode attentare, abierunt Salonam, ingredientuſque Baſilicam Epiſcopii, confuſa, & diſſipata omnia reperierunt: repletus enim erat locus ille ruinoſis teſtis, congeſtique incendiorum cinres vepres jam, & virgulta produxerunt; itaut quamvis adhuc aliqui ſupereſſent, qui locum ſciebant; tamen quia tumba ipſius ſubſervientis fornicibus abſconſa latuerat, non facile diſcerni poterat, unde corpus B. Domnii tolleretur; effodientes autem terram, locumque diſcooperientes, arcam, quæ primo apparuit, ſenſerunt, & metuentes, ne forte impedirentur a Sclavis cum celeritate magna Spalatum detulerunt, quam aperientes non corpus B. Domnii, ſed corpus B. Anaſtaſii Martyris invenerunt. Protinus ergo die ſequenti revertentes Salonam de eodem loco Sarcophagum B. Domnii effoderunt, & cum ſumma feſtinatione Spalatum tranſferentes devotione nimia, amborum Martyrum pignora pretioſa locaverunt in prænominata Dei Genitricis Eccleſia, ubi dante Domino uſque hodie requieſcunt.*

Εἰλικρινοῦς καμάρας) Εἰλικρινὴς, *Rotundus, Volubilis, Cameratus*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc. Hac autem voce utitur pluribus infra Scriptor noſter, eadem ſignificatione.

Τὸ τεῖχος τοῦ ναοῦ κάστρου) Sic ex MS. Codice. Editi habent, τὸ αὐτὸ κάστρον, ὅτι, &c. Horum autem murorum, inquit Lucius cap. x. de Regno Dalmatiæ & Croatiæ, pars major integra extans, magnificentiam Romanam teſtatur; ex iiſdemque cognoſcitur, quam facile a Slavis Salonitanorum reliquiæ ſe defendere poſſent. Urbis vero Spalatenſis Deſcriptionem exhibuit Jacobus Sponius in ſuo Itinerario; cujus quidem verba ab eo Gallice edita hic eodem idiomate proferre libet:

L' abord de Spalatro par mer eſt fort agreable, & il eſt ſitué au fond d' un grand Port fait en demi-lune. La Ville eſt quarrée, & n' a pas plus d' un mille de tour. Dans les monumens anciens de trois ou quatre cens ans, elle eſt appellée *Spaletum*, *Spalatum* & *Aſpalatum*, & de cette maniere *Spalatro* me ſembleroit plus conforme à l' origine que *Spalatro*, quoique ce dernier ſoit plus en uſage. Ce nom là luy peut être venu du mot Latin *Palatium*, parce que ce n' étoit anciennement qu' un Palais de l' Empereur Diocletien, natif de Salone, qui n' eſt éloignée de Spalatro que d' une lieuë, comme on l' apprend par la tradition du lieu, & par ce qu' en a dit Conſtantin Porphyrogenete, qui remarque que ce Palais étoit tout bâti de grandes pierres de taille. Ceux qui l' ont pris pour l' ancienne ville d' Epetium, ſe ſont écartez de ſix ou ſept milles, car on en voit les ruines plus au-delá vers l' embouchûre de la petite riviere de Zarnoviſſa. Spalatro eſt fortifié de bons baſtions de pierre de taille dont il y en a trois entiers du côté de la terre, & deux demi vers la mer. Mais ce qui le rend plus foible, c' eſt que le terroir d' alentour eſt plus haut, & que la colline au Couchant où eſt le Fauxbourg, commande toute la Ville. —— Le Dôme de Spalatro étoit autrefois un petit Temple au milieu du Palais de Diocletien. Il eſt octogone au dehors, & rond au dedans, tout bâti de belles pierres de taille horſmis la voûte qui eſt de brique, au deſſous de laquelle eſt une galerie ſoûtenuë de huit colonnes Corinthiennes de porphyre & de granite. Entre le cul de lampe & cette galerie, il y a une friſe chargée de differens animaux, de feſtons, de maſcarons, & de quelques têtes, que les gens du pays entêtez du nom de Diocletien, prennent pour des

pag. 83.

» têtes de cet Empereur. Au dehors du Temple re-
» gne à moitié de sa hauteur un corridor couvert de
» pierres de taille travaillées en compartiment, &
» soûtenuës de huit colonnes Corinthiennes de mar-
» bre, avec une frise bien travaillée. On y montoit
» par un autre têple quarré long, qui donnoit aussi l'
» entrée à un autre Temple rond au fond, & en
» avoit un autre plus petit à main droit, qu'on ap-
» pelle maintenant saint Jean-Baptiste. La place &
» la disposition de l'ouvrage étoit de quelque bon
» maître, mais dans le détail les corniches, les
» feüillages & les chapiteaux n'étoient pas de si
» bonne maniere que du temps des premiers Empe-
» reurs. Depuis que ce Temple a été changé en É-
» glise, on l'a percé pour y faire un chœur, & on
» y a fait quelques jours; car auparavant il ne rece-
» voit de jour que par la porte. Les Payens faiso-
» ient presque tous leurs Temples obscurs, pour ne
» pas profaner aux yeux des mortels les mysteres
» de leurs Dieux, & de-là vint l'usage des flambe-
» aux & des lampes qu'on y allumoit. On a aussi
» ajoûté au devant de la porte sur l'escalier un tres-
» beau Clocher, percé de quantité de fenêtrages,
» dont les materiaux de marbre ou de belle pierre,
» ont été tirez des ruines de Salone, parmi lesquel-
» les nous trouvâmes quelques Inscriptions qui par-
» lent de cette Ville. Appien & Gruter en citent
» une dans ce Temple quarré proche d'une Idole de
» Cybele, J'y vis l'inscription; mais cette pré-
» tenduë Idole n'est autre chose qu'un Sphinx de
» marbre granite d'Egypte. Les colonnes qui sont
» là autour sont aussi de la même pierre. Les mu-
» railles du Palais de Diocletien qui embrassent les
» deux tiers de la Ville, sont presque entieres, & font un quarré juste, avec une porte au milieu de chaque face. Il en reste trois d'une architecture aussi belle que solide. Les pierres sous l'arc sont entées en mortaise les unes sur les autres, ceux qui bâtissoient alors prétendant de cette maniere rendre leur voûte plus assurée. Aux côtez de chaque porte il y avoit deux petites Tours exagones, qui gardoient l'entrée, & y ajoûtoient quelque embellissement. Tout ce quartier de la Ville enferme dans cette enceinte est voûté en plusieurs endroits, & a quantité de masures antiques. Du côté de la Marine il y avoit un corridor entre le Palais, & un mur élevé à même hauteur, mais percé de fenêtres qui luy laissoient la vûë de la mer. Ces fenêtres ont des entre-colonnes, & une frise d'ordre Dorique assez bien proportionné. Nous y trouvâmes une douzaine d'inscriptions, qui peuvent avoir été portées de Salone, & dans l'Eglise de S. François un bas relief avec 25. figures ou environ, qui paroissoit être la victoire de Constantin sur Maxence qui se noya dans le Tybre. Vers la pointe Occidentale du Port il y a une Eglise de S. George, qui est apparemment l'endroit appellé *Ad Dianam*, dans la Table de Peutinger, à cause de quelque temple de Diane qui y étoit. *Edit. Pa pag. 84*

Idem Sponius profert ibidem tabellam urbem Spalati, seu portus monumenta quæ ex ædificio Diocletiani adhuc supersunt repræsentantem, quam quidem tabellam majorem in formam redactam, & accuratius delineatam ære denuo incidi curavimus, atque hic exhibemus.



1.2.3.4. Portes du Palais. Milieu de tout l'édifice. 6. Temple quarré découvert. 7. Temple Octogone 8. Temple Rond. 9. Petit Temple quarré.

Edit. Paris. pag. 85.

Nonnullas item Inſcriptiones Spalati repertas profert idem Sponius Tom. III. Itinerarii pag. 79. & ſeqq. ſed illæ ad Salonam potius quam ad Spalatum pertinent. Cæterum qui res Salonitanas ac Spalatenſes accuratius diſcere cupit, conſulat Lucii eruditiſſimum Opus de Regno Dalmatiæ ac Croatiæ.

Οὔτε ἀπὸ βασιλέως ἐστὶν ἐκτισμένον, ἀπὸ ἐγχωρίου) *Βάσιλον Later.* Vide lib. IV. Comment. in Antiq. CP. num. 206. Quid vero *ἐγχώριος* vide lib. I. eorundem Comment. num. 12.

202. Ἐχοντες ἐνεῦθεν κορμίται) Κορμίται, juxta Goarum ad Cedrenum, & ad Euchologium, Architectis eſt *tota Epiſtylii compages ex Coronide, Zophoro, & ei ſubjecta trabe coagmentata*, ſic dicta quod columnarum ædificium *κορμοῖ*, *ornat*. Vide Ducangii Gloſſ. Græc.

Ὅλον, καὶ τοῦτον τὸ παλαιὸν ἀστὸ, ἓ πάντα τὰ εἰσήμενα τῦ πάτρα) Sic ex MS. Codice; quippe hæc omnia deſiderantur in textu Græco edito.

Τὸ πάτρα Τετραγγύριον) Tetrangurium & Tetranguria, Plinio & Ptolemæo *Tragurium*, & ita hodie appellatur; ſed vulgo *Trau* dicitur. Tragurium vero, inquit Lucius, in peninſula tunc exiſtens, tenui Iſthmo continenti jungebatur, ideo facile a parte continenti obverſa muniri potuit, & ex proxima Inſula, Boa dicta, portum efficiente, ipſique ſupereminente defendi. Quando autem effoſſo Iſthmo in inſulam redactum fuerit Tragurium, nulla memoria reperitur; tempore tamen, quo Bela IV. Rex Ungariæ a Tartaris fugatus eodem ſeceſſerat, inſulam fuiſſe teſtatur Archidiaconus Spalatenſis cap. 40. Tragurium Joannis Lucii patria, quam ille & ſcriptis & natalibus illuſtravit.

203. Ὁ ἅγιος μάρτυς Λαυρέντιος) Reliquiæ ſancti Laurentii Martyris perpetuo in urbe Roma aſſervatæ fuerant, hodieque permanent.

Τὸ πάτρον τῆς Διοκλείας) At idem Porphyrogenitus paulo ſuperius hoc ipſo capite hanc urbem *τὸ πάτρον τῆς Διοκλείας* appellat. Vide quæ ibi adnotavimus. Cæterum hanc urbem alii Aſcrivium, ſeu Aſcruvium appellant; alii vero eam diverſam ab Aſcrivio eſſe arbitrantur; ſed ab Aſcrivii ruinis hanc creviſſe ajunt.

Ἰάδα ἔστιν) *Jadera* & hodie *Jadra* urbs & Colonia antiquiſſima: COL. CLAVDIA. AVGVSTA FELIX. IADERA. Notat ex nummo Claudii Ligorius. Italia dicitur *Zara*; Slavis vero Zadar. Pluribus de hac urbe agit Lucius in tractatu eruditiſſimo de Regno Dalmatiæ & Croatiæ. In hac autem urbe ſuperſunt quamplurima monumenta teſtes ipſius antiquitatis nobilitatiſque. Jacobus Sponius antiquorum monumentorum curioſus indagator ſic de ea in ſuo Itinerario loquitur:

„ Zara s'appelloit anciennement *Jadera*, & joüiſſoit des droits de Colonie Romaine. J'y lus une „ inſcription antique, où l'Empereur Auguſte eſt „ qualifié du titre de Pere de cette Colonie, & il „ y eſt ajoûté qu'il en avoit fait bâtir les tours & „ les murailles. Proche de l'Egliſe des Grecs appellée S. Helie, je vis deux belles colonnes canelées d'ordre Corinthien, dont la baſe, le plinthe, le chapiteau & l'architrave ſont également „ de bonne maniere. On juge que c'eſt le reſte d'un „ Temple de Junon, par une inſcription qu'on a „ trouvée proche de là, & que je vis dans l'ancienne Egliſe de S. Donat. La porte de S. Chryſogone eſt compoſée d'une partie d'Arc antique, „ tranſporté d'un quart de lieuë au-delà. L'inſcription nous apprend que cet Arc étoit chargé de „ quelques ſtatuës, qu'il y avoit en cet endroit là „ un marché, & qu'une certaine *Melia Anniana* „ l'avoit érigé à l'honneur de ſon mari, *Lepicius Baſſus*; ce qui donne à connoître que la ville avoit alors beaucoup plus d'étenduë, qu'elle n'a „ preſentement, le tour de ſes murailles ne faiſant „ pas plus de deux mille d'Italie, & le nombre de „ ſes habitans ne pouvant guere monter qu'à cinq „ ou ſix mille. Dans l'encente d'une demi-lune „ il y avoit un reſte d'Amphitheâtre, dont on ne „ voit maintenant aucun veſtige, ayant été detruit „ pour regler la fortification. Les Romains ne *pag. 82.* „ pourvoyoient pas tant au divertiſſement qu'ils ne „ pourvûſſent davantage au neceſſaire. L'eau manquoit à la Ville, & même preſentement il n'y a „ que des citernes. Pour remedier à ce défaut ils „ avoient fait un aqueduc, qui menoit l'eau de dix „ lieuës loin de-là. Il en reſte quelques mazures, „ proche deſquelles Monſieur l'Archidiacre nous „ aſſûra qu'on avoit trouvé un fragment d'Inſcription de l'Empereur Trajan, qu'on jugeoit par-là „ en avoir été l'Auteur. „

Profert idem Sponius partem arcus antiqui a Melia Anniana in memoriam Q. Læpicii Baſſi mariti ipſius erecti; quam quidem tabellam in gratiam lectoris accuratius in ære incidi curavimus, hicque exhibemus.

Hæc autem antiquas Inscriptiones Jaderæ reperit laudatus Sponius:

1.

Q. ASISIENO Q. F.
TRO. AGRIPPAE
AED. II VIRO
PONTIFICI
EX AERE CONLATO
DECVRIONES ET PLEPS.

2.

IMP. CAESAR DIVI F. AVG.
PARENS COLONIAE MVRVM
ET TVPPIS DEDIT
TL IVLIVS OPTATVS TVRRES
VETVSTATE CONSVMPTAS
IMPENSA SVA RESTITVIT

Sic laudatus Sponius; at melius Lucius hanc ipsam inscriptionem legit sic:

IMP CAES D. F. AVG
PARENS COLONIAE MVRVM
ET TVRRIS CIRCVMDEDIT
T. IVLIVS OPTATVS TVRRIS
VETVSTATE CORRVPTAS
IMPENSA SVA RESTITVIT.

Edit. Paris. pag. 87.

3.

ISIDI SERAPI LIBER.
LIBERAE VOTO
SVSCEPTO PRO SALVTE
SCAPVLAE FILI SVI
P. QVINCTIVS PARIS
S. L. M.

4.

TI. CAESAR DIVI AVG. F.
AVGVSTVS IMP. PONTIF. MAX.
TRIB POTEST. XX. COS. III.
DESIG. IIII. LEG. XI.
P. CORNEL. DOLABELLA
LEG. PR. PR.

Sic Sponius; at Lucius hanc ipsam inscriptionem sic proponit:

TIB CAES D AVG F AVG IMP PONT MAX
TRIB POTEST XX COS III LEG IX LEG XI
P CORNELIO DOLABELLA LEG PROPR.

5.

IVNONI AVGVSTAE
APPVLEIA M. F. QVINTA
SVO ET L. TVRPILII BROCCHI
LICINIANI FILII NOMINE

Ἀνάρτι ἄστυ) Ηστυ pro ἀστυ, occurrit sæpe apud Anonymum de bello sacro, & Demetrium Zenum in Batrachom.

Ἡδὲ νυνὶ σπουδὴ καλεῖ αὐτὸ Διάδορα) Notandum quod hic ait Porphyrogenitus urbem hanc Jaderam seu Jadram vulgariter appellari Diadoram.

204. Ἡ ἀγία Ἀναστασία ἡ παρθένος, λυχνίτης, &c.) Sic ex MS. Codice.

Ὁμοίως τῷ Χαλκοπρατείων τοίχῳ) De æde Deiparæ sacra, quæ erat in Chalcopratiis pluribus egimus supra lib. II. Comment. num. 76.

Ἐξ ὑλογραφίας ἀρχαίας) Sic ex MS. Codice. Perperam legitur in Editis, ἐξ ὑλογραφίας ἀρχαίας; ubi Meursius ἐκ τυλογραφίας legendum ait, scilicet *sculptura vetusta*; & Salmasius ad Plinium pag. 1219. ξυλογραφίας. Sed perperam uterque cum legi debeat, ut in MS. Cod. Regio habetur, ἐξ ὑλογραφίας ἀρχαίας. Recentiores quippe Scriptores ὑλογραφίαν pro καρφογραφίαν dixere, ut hanc distinguant a musivaria; duplicem enim picturam statuunt, alteram διὰ κηροχύτου ὕλης, id est cum cera & coloribus in quavis materia; alteram διὰ ψηφίδων, sive opere Musivario. Theodosius Episcopus Amorii in Synodo VII. Act. 4. αἱ ἁγίαι καὶ σεβασμίαι εἰκόνες καὶ ζωγραφίαι, αἱ ὑλογραφίαι, ἐξ ὑαλομάστου, &c. Theophanes anno 23. Copronymi: ᾧ δ' αὐτῷ ἔτει Νικήτας ὁ ψηφοθέτης Πατριάρχης τὰς ἐν τῷ Πατριαρχείῳ εἰκόνας τοῦ μικροῦ Σεκρήτου διὰ μασείου εἶδος ἔγρα, ἐξ οὗ μεγάλα Σεκρήτα τὰς τραπέζας ἐξ ὑλογραφίας εἶδος ἔγραψεν. Ubi S. Nicephorus Constantinopolitanus loco laudato habet ἐξ κηροχύτου ὕλης. Vide quæ habet Ducangius in Gloss. Græc. v. Κηρόχυτος γραφή, ubi de Pictura, quæ fit resolutis igne ceris, cum penicillo, pluribus agit.

Ὁ δὲ τοῖχος αὐτὸς ἐστὶ κατὰ συγκοπὴν, &c.) Perperam legitur in Editis, ὁ δὲ τοῖχος αὐτὸς, &c. Συγκοπὴ, *Opus tessellatum* significat. Continuator Theophanis lib. 3. num. 7. ἐν συγκοπτῷ δὲ καὶ διαφόρων χρωμάτων τὸ ἔδαφος ἦν.

Μίχρι Βρεντζιδὰ) Quasi Beneventum ad mare Adriaticum situm sit; verum trium ferme dierum itinere ab eo distat, & a Neapoli 32. milliaribus.

Τὸ νῆσον ἡ Βέκλα) Quæ Porphyrogenito Becla appellatur Οὐηγία Ptolemæo dicitur; Plinio vero *Vegium*; *Viglia* hodie nuncupatur. Italis *Veglia*, Slavis *Kirk*.

Ἄρβα) Arbum hodie nuncupatur, & Arba; Italis *Arbe*, Slavis *Rab*.

Ὄλαρα) Hodie Absarus vocatur. Dicta fuit olim hæc insula & urbs ejusdem nominis *Absarus* & *Absyrtium*. Italis *Ossero* dicitur. 205.

Λαμβεκέτου) Hodie Vergada nuncupatur, & a Slavis *Lauzat* dicitur. pag. 88.

Πλοῦς) Nunc *Sale* appellatam ait Lucius.

Σελβὼ) Selva hodie nuncupatur.

Σκερδὰ) Sic in MS. Codice. Perperam in Editis Σουρδὰ legitur. *Scherda* etiamnum appellatur, ut ſcribit Lucius.

Λουκὼν) Nunc Lucio appellatur.

Σκυλδάκιουμ) Id eſt Scirda, nunc Scherda Ciſſa, nunc Pagus, inquit Lucius.

Μελαδὼ) Hodie hanc Meladam dici ſcribit laudatus Lucius.

Σεστοῦζ) Nunc Seſtrum nuncupatur.

Περὶ τῆς ἐρημίας Σελβίων) Sic ex MS. Codice.

206. Ἐκ παλαιᾶς μὲν τοίνυν ἡ Δαλματία) Dalmatia hic a Porphyrogenito pro univerſo Occidentali Illyrico, præter Noricos ſumitur, ut optime animadvertit Lucius de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 1. cap. VI. qui ſane Scriptor pluribus hoc ipſo libro loquitur de Illyrico, Liburnia ac Dalmatia, & de variis terminis ac nominibus, quæ diverſis temporibus obtinebant. Dalmatia autem maritima, inquit idem Lucius, ſicut tempore Monarchiæ Romanæ in Japidiam, Liburniam, & Dalmatiam diſtinguebatur; Japidia ab Iſtria, Arſia; a Liburnia, Tedavio: Liburnia a Dalmatia, Titio; Dalmatia a Macedonia, Drino fluminibus diſterminatis; ita quando a Slavis occupata fuit ſublatis his diſtinctionibus, ab Oriente Dyrrachio, ſive Drino flumine, ab Occidente Iſtria, ſive Arſia flumine, a Septentrione Albio, Bebio, & Ardio montibus, a Meridie mari Adriatico, ſive Dalmatico terminabatur. Poſtmodum vero cum ferme tota Dalmatia occupata eſſet a Slavis, in Sclavoniam, ſive Croatiam, Serviam, & ipſam Dalmatiam diſtincta fuit: poſterioribus autem temporibus Servia in Ramam, Raſciam, Boſnam, ipſamque Serviam diviſa fuit, quæ ſingulæ, diverſis tamen temporibus, Regio nomine decoratæ fuere. A recentioribus vero Scriptoribus ſicuti Savia, Sclavonia nuncupatur, ita apud Italos Dalmatiæ maritimæ nomen, cum Sclavonia confunditur, quæ, quomodo, quandove ſecuta ſint, ingagandum erit. Cæterum Dalmatiæ fines ac partitiones ſic recenſet Andreas Dandulus in Chronico MS. anno 854. ubi de Suetopolo Rege Dalmatiæ: *Eſt autem Dalmatia*, inquit, *prima Provinciarum Græciæ, quæ habet ab Oriente Macedoniam, ab Occaſu Iſtriam, a Meridie mare Adriaticum, & inſulas Liburnicas, & a Septentrione Pannoniam, quæ eſt pars Myſiæ. A plano itaque Dalmatiæ uſque Iſtriam Croatiam Albam vocavit, & a dicto plano uſque Dyrrachium Croatiam Rubeam, & verſus montana a flumine Drino uſque Macedoniam, Raſiam; & a dicto flumine citra, Boſnam nominavit.* Et mox: *Moderni autem maritimam totam vocant Dalmatiam: Montana autem Croatiam.*

Περὶ δὲ Σκλαβινιῶν ἐθνῶν τρόπῳ τοιῷδε) Quomodo a Slavis occupata fuerit Dalmatia narrat & capite præcedenti, unde hæc cum illis conferenda ſunt. Quando autem Salona ac reliquæ Dalmatiæ urbes a Slavis captæ fuerint, pluribus tradit Lucius de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 2.

207. Ἀπὸ τῶν Σκλαβίνων) Sic ex MS. Codice. Perperam habetur in Editis, ἀπὸ τῶ Σκλαβίνω.

Ἐσθ' ὅτε μέντοι καὶ οἱ Τοῦρκοι [rectius Βίον (Οὖννοι) Hodie Unni ſeu Hungari. De Turcis autem pluribus Porphyrogenitus infra.

208. Οὐ μέντοι οὐδ' ἐκπολεμοῦσι) Sic MS. Editi habent, οὐ μέντοι οὐδὲ οὐκ ἐκπολεμοῦσι, &c.

Ἡσυχῇ τοῖς πόροις) Πόρτα, purum putum Latinum eſt, *Porta*: & paſſim occurrit apud Scriptores Græcos recentiores.

210 Οἱ δὲ Χρωβάτοι κατέχουσι τῶν παλαιῶν ἐθνῶν Βαγιβαρίαν) Βαγιβαρίαν, ſeu Βαγιβαρία eſt Slavum vocabulum, Græce detortum; id eſt Βαβιοπαρία, id eſt *Babii montes* Slave *Babie Gore* videlicet Vetulæ, vel vetularum montes, quo nomine Carpatii montes Poloniam ab Ungaria diſterminantes, ab aliquibus nuncupantur. Ex his apparet, Chrobatos a Sarmatia, nunc Polonia dicta, vel Bohemia veniſſe. Sed de Chrobatis, & terra quam illo tempore habitabant pluribus agit Porphyrogenitus capite ſequenti; ubi vide quæ adnotamus.

Edit. Pariſ. pag. 89.

Ἐν τοῖς περὶ Ἀβάρων) Locus corruptus, niſi pro ἐν τοῖς περὶ Ἀβάρων legendum ſit ἴσως περὶ Ἀβάρων.

Οἱ δὲ λευκοὶ Χρωβάτοι ἔμενον ὀπίσω Φραγγίας, καὶ λέγονται ἀρτίως Βιλοχρωβάτοι, &c.) Hic Franciam Porphyrogenitus pro hodierna Germania ſumit, ut ad caput ſequens adnotabimus. Belochrobatos autem, nimirum *Albos Chrobatos* ex *Beli Hrvati* apte deducit, cum *Beli*, vel *Bili*, ſive ut noſtrates, *Bieli* Slave *Albos* ſignificet.

Ρηγὶ Φραγγίας τοῖς κγ' Σαξίας) Sic & in MSS. habetur; at ſunt qui hæc ita legenda putent, ῥηγὶ Φραγγίας τε καὶ Σαξίας, nimirum *Regi Franciæ & Saxoniæ.*

Καὶ τῶν Παννονίων) Ita emendamus. Perperam 211.
in Editis & in MSS. legitur, κγ' τῶν Παννονίων. Hic autem Porphyrogenitus, inquit Lucius, Illyricum a Pannonia ſejungit, cum ſupra Dalmatiam uſque ad Danubium extendendo, Pannonias in Dalmatia incluſerit, ut dictum eſt. Ideo hic Illyricum pro Dalmatia; Pannonia vero, pro Pannonia Savia, ſumenda eſt, cum reliquas Pannonias tunc, & poſterioribus temporibus Avares poſſederint, ut patebit; tuncque Croatos e Dalmatia recedentes, eam partem Pannoniæ occupaſſe, quæ olim Savia, ſive Interamnia dicebatur, inter flumina ſcilicet Sava, & Drava, nomenque regioni, a generali nomine Slavorum particulare Slavoniæ indidiſſe cenſendum eſt, quod hodie etiam ſervant, & communi lingua utuntur.

Καὶ ἀπὸ τοῦ Φράγγων πάντας, &c.) Hæc Porphyrogenitus, inquit Lucius, de Croatis jugum Francorum excutientibus & baptiſmum ſuſcipientibus, tempore ejuſdem Heraclii Senioris, ſcripta reliquit; cum vero Francorum hiſtorici de Croatis mentionem non faciant, ſed quædam tantum de Slavis ſcribant, tempore Heraclii geſta, ideo referenda ſunt. Dagobertum enim Francorum Regem Avares, & Slavos ſuæ ditioni ſubegiſſe, regni ejus anno 7. geſtorum ejus Scriptor tradit; ſed ſicuti Avares tunc Pannonias incoluiſſe conſtat; ita Slavos Francis in Germania a Septentrione, in Illyrico vero ab Oriente conterminos fuiſſe patet. De quibus autem Slavis hæc intelligi debeant, an de Septentrionalibus, vel de Orientalibus incompertum eſt. Similiter ea, quæ idem auctor tradit, Longobardos ad ſolatium Dagoberti 9. ejus anno hoſtiliter in Slavos perrexiſſe, & victoriam obtinuiſſe, ad quos Slavos referenda ſint, non conſtat: tamen de Orientalibus, qui Longobardis proximi, Forojulienſique eorum Ducatui contermini erant, intelligi debere videtur; qui nomine Carnuntum, ſive Carantanorum nuncupati; nunc autem in Carnos, Stirios, & Carinthios diſtinctl ſunt, quos ſubditos fuiſſe Francorum Imperio, & in Regno Bojoariæ comprehenſos Wolfangus Lazius poſt alios tradit, quibus Croati addi poſſunt, quos ex Porphyrogenito tunc Francis ſubditos fuiſſe argui poteſt; ſed ipſorum jugum excuſſiſſe, & Baptiſmum ſuſcepiſſe imperante eodem Heraclio, temporibus examinatis, evenire non potuit. At ſicuti Heraclium expeditionibus Aſiaticis impeditum in Illyrico aliquid egiſſe, nullus præter Porphyrogenitum ſcribit, ita de Heraclio Juniore ante ejus expulſionem Zonaras: *Cum Bulgaris fœdus rupit, neque tributum quod pater Conſtantinus Pogonatus igne nimioſum nomini Romano pepigerat, ſolvit; ſed expeditione in plagas Occidentales ſuſcepta, multas Slavicas gentes partim in deditionem accepit, partim bello domuit, unde novas legiones conſcripſit, delectis fortiſſimorum juvenum circiter 30. millibus, quos populum acquiſitum appellavit.* Paucis verbis multa complectitur Zonaras, ſed clarius Cedrenus: *Anno ſecundo profectus in Armeniam, recepit Mardaitas, in Libano degentes, abeuntem murum deſruens. Pacem quoque cum Bulgaris fe-*

clam confudit, formam a patre conſcriptam perurbans, & equeſtres exercitus in Thraciam traduxit. Anno tertio Juſtinianus expeditionem in Slavinos, & Bulgaros ſuſcepit, atque hos quidem obviam ſibi factos cum pepulisſet, excurſione ad Theſſalonicam uſque facta, multas Slavinorum multitudines partim ad ſe deficientes, partim bello ſuperatas ſubegit, inque Opſicianam regionem deportavit, in reditu autem a Bulgaris intra fauces anguſtiarum interceptus, multis ſuorum amiſſis agre evaſit. Ideo ſi Heraclii junioris tempore ſecutum poneretur Croatorum baptiſmum, rectius temporibus congruerent, quæ idem Porphyrogenitus de Croatis Francorum jugum excutientibus, baptiſmumque ſuſcipientibus, refert loco citato: quæ cum ſupra relatis ex Zonara & Cedreno convenire poſſunt: Croatoſque, & Serbios primos ex Slavis fidem Chriſtianam ſuſcepiſſe conjectari poteſt. Roma autem accerſitos Sacerdotes, qui Croatos baptizarunt, ut Porphyrogenitus ait, Latinus ritus ipſorum demonſtrat, & Archiepiſcopum ex ipſis conſtitutum fuiſſe concordat Porphyrogenitus cum Archidiacono Spalatenſi, qui Joannem Legatum Summi Pontificis, patria Ravennatem, primum electum Spalati Archiepiſcopum tradit cap. 11. qui olim Solonitanus, Dalmatiæ, totiuſque Croatiæ Primas, ad hodiernum uſque diem nuncupatur, ut clarius poſtea patebit; tempus autem non tradit; ideo ſi ad hæc tempora Archiepiſcopi Electio poneretur, ſuppleretur, quod Archidiacono ſimul, & Porphyrogenito deeſt: ſed ſicuti Roma accerſitum Archiepiſcopum, ita e Dalmatia Epiſcopum, & Presbyteros jam gnaros linguæ Slavæ, Croatis datos fuiſſe, par eſt credere; Croatoſque baptizatos inde mitiores redditos, ut Porphyrogenitus ait. Ad hæcque tempora connubia inter Slavos, & Dalmatas juncta credendum eſt, ut Archidiaconus aſſerit de Spalato, quod ad reliquas quoque Dalmatarum Civitates extendi debere, auctorum ſilentium ſuadet conjectari. Cæterum de Baptiſmo Croatorum pluribus agit capite ſequenti Porphyrogenitus.

Edit. Pariſ. pag. 90.

212. Καὶ ἐβάπτισαν αὐτούς) Perperam in Editis legitur, καὶ ἐβάπτιζον αὐτούς.

Δημοσίευσαι δὲ χώρα αὐτῶν αἱ Ζουπανίαι) Ζουπανία Slava vox *Regionem* ſignificat; & a Zupa deducitur, quod populum, vel regionem aliquam habitatam ſignificat. Hinc autem *Zupanus*, ſeu *Supanus*, dignitas apud Servios, Hungaros, & univerſim apud Slavicam gentem: *Præfectus Provinciæ vel alicujus territorii, aut Civitatis.* Scriptor noſter capite 29. ἄρχοντας δὲ οὐκ ἔχουσι ταῦτα τὰ ἔθνη μὴ ἔχοντα, πλὴν ζουπάνους γέροντας, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ Σκλαβίνοι ἔχουσι τούτους. *Principes vero, ut ajunt, hæ gentes non habent, præter Zupanos ſenes, quemadmodum etiam reliqui Sclavorum populi.* Pactum Boemundi cum Alexio Imperatore apud Annam Comnenam libro 13. ſubſcribit Ζουπάνος ὁ Πηρὲς, alter e legatis Regis Ungariæ. Dicitur & Μέγας Ζουπάνος in Salutat. Epiſtol. Pontif. qui Ἀρχιζουπάνους apud Nicetam in Manuele Comneno libro 2. num. 7. & Joannem Cinnamum libro 3. num. 7. *Magnus* autem *Zupanus* appellatur Innocentio III. Pap. libro 1. & 2. Epiſtol. & in Actis ejuſdem. Ita porro appellatus Serviæ Princeps. Vide Ducangii Gloſſarium med. Latinitatis necnon Græcit. & Notas ejuſdem ad Alexiadem, pag. 347. Ed. Reg.

Χλεβιανὰ) Chlebiana hodie *Hliano* nuncupatur.

Τζιέντζινα) Tzentzena hodie *Cetina* dicitur.

Ἡμοστὰ) Emota nunc. *Imota* vocatur.

Πλιβία) Pleba forſan *Plieva* in Boſna.

Πουρίτα) Poſtea in Diœceſi Tinninien. inquit Lucius.

Παραθαλασσία) Latine *Maritima*; Slave *Primorje*.

Βριβίρα) Brebera hodie vulgo *Bribir*.

Νόνα) Nona Slave *Nin*.

Τένινα) Latine *Tininium*, Slave *Knin*.

Σκάρδονα) Poſtea in Diœceſi Scardonen.

Νίνα) Nina niſi ſit idem ac Nona, & in duas Zupanias divita, inquit Lucius De regno Dalmatiæ & Croatiæ.

Καὶ ὁ Βοάνης) Latine *Banus* idem quod Dux, Slave *Ban*. *pag. 91.*

Κριβάτας) Cribaſa Slave nuncupatur *Kerbava*.

Λίτζας) Litza Slave *Lika*.

Γουτζάνα) In MS. legitur, Γουτζουκά. Poſtea in Diœceſi Signien. Cæterum in relatis Zupaniis, inquit Lucius, maritimæ ut plurimum regiones numerantur, ideo vel Duces, ſive Bani a Porphyrogenito nominati, maritimam tantum Croatiam poſſederunt, vel ipſe in rebus Occidentalibus parum verſatus, multa omiſit.

Ἡ δὲ Διόκλεια) De Diocletianis, & eorum regione, de Terbuniatis, Zachlumis & Paganis loquitur pluribus infra Scriptor noſter.

Ραουτζάτ) Eadem fortaſſis quæ hodie Slave *Rat*, regio ſub ditione Reipublicæ Raguſinæ. 213.

Μακρὸν) Slave *Mocro*.

Δάλατ) Eadem fortaſſis quæ Dalluntum Antonino, niſi ibi pro Dalluntum legendum ſit Dalminium, ut Ortelius ſuſpicatur.

Λέμβοι καὶ σαγῖναι ἐχρῶντο) & Σαγῖνα & σαγήνη, *Sagena*, Navigii genus. Occurrit pluries apud Porphyrogenitum hic & in lib. Them. *Sagena* hac ſignificatione reperitur & apud Scriptores Latinos recentiores. Ludovicus II. Imperator in Epiſtola ad Baſilium Macedonem Imp. Conſtantinop. *Unde ſi capiantur ſagenæ maximæ ex parte Saraceni——conſtringentur.*

Μελίτη) Latine *Melita*, Slave *Milet*.

Κόρκυρα) Hæc ipſa inſula infra cap. xxxi. dicitur Porphyrogenito, ἡ Κόρκυρα. Latine *Corcira*, Slave *Korkar*; noſtratibus vero *Corcula* appellatur.

Βάρτζα) Eadem inſula paulo ſuperius citato loco vocatur ἡ Βράτζα Porphyrogenito. Latine autem *Brachia* dicitur, Slave *Brac*.

Φάρα) Hanc inſulam, τὸ Φάρα Porphyrogenitus vocat laudato loco. Latine dicitur *Pharia*, Slave *Hvar*.

Ἡ χώρα τῆς Χρωβατίας) Hic deſcribit Porphyrogenitus regionem Croatorum, qui in Dalmatiæ Occidentali parte, tam maritima, quam mediterranea ſedem fixere, & regioni illi Croatiæ ſive Hruatiæ cognomen dederunt; quod etiamnum in parte retinet. Hos autem veros terminos Croatiæ fuiſſe oſtendit Lucius lib. 11. de Regno Dalmatiæ & Croatiæ.

Ἀπὸλεδε τσιέμματα ε'.) Sic in MS. In Editis legitur, Ἀπὸλεδε τσιέμματα ρ'. 215.

Ὡς ὁμοῦ ν. ψί'.) Sic in MS. Codice & hæc quidem nota τσιέμματα ſignificat. Editi habent, ὡς ὁμοῦ λίτρας ψί'.

Τὸ δὲ κάστρον τὸ Ραούσιον) At non longe poſt Porphyrogeniti tempora Raguſina Reſpublica a Serviæ Principibus terras & inſulas obtinens, territorium terra marique dilataverit, ut ſcribit Jacobus Luccari in Annalibus Raguſinis.

Τὸ δὲ Χρωβάτων τῷ ὄντι Σκλάβων διαλέκτῳ, &c.) Animadvertendum eſt, inquit Lucius, Porphyrogeniti Χρωβάτους Græce *Hrovati* exprimi, Latina autem verſione *Chrobati*, qui Slave *Hrvati* indigitantur; & ſicuti Græci aſperitatem vitantes β tantum addentes *Hrovati* pronunciant, ita Latini cum χ non habeant, prout Græci, & Slavi loco ipſius *ch* ponentes, non recte aſpirationem χ exprimant, ideo vox diverſificatur, & eo magis quod β Græcum in *b* Latinum ut plurimum vertitur, quod hic in *v* verti deberet, ut cum Slavorum *Hrvati* propria prolatione conveniret; ſed commune eſt omnibus nationibus, ut altera, alterius voces in ſuam linguam vertendo, characteres addendo, minuendo, vel mutando, diverſa a propria prolatione exprimat. Quod autem Chrobati dicantur lingua Slavorum *terram poſſidentes*, dictio Slava *Hrvati* nomen proprium Nationis eſt, nihil aliud ſignificans. Ex iis vero quæ ſupra cap. 216.

30. refert: *Cæteri vero Chrobati versus Franciam commorabantur, & appellantur hodie* Βελοχρωβάτοι ἤγουν σπορὰ Χρωβάτων, *Belochrobati sive Albi Chrobati*; Albos Chrobatos ex *Beli Hruati* apte deducit cum *Beli*, vel *Bili* Slave *Albus* significet: ita idem verbum *Beli* b in v verso *Veli* magnos significat: quod clarius se explicando Porphyrogenitus subdit cap. 31. in fine: *Magna autem Chrobatia, quæ etiam Alba cognominatur*, & cap. 32. in principio: *Magna Chrobatia Baptismi expers, & Alba quoque nuncupata.* Sic magnos Hruatos, vel magnam Hruatiam pro Sarmatia, quæ amplissima Provincia est, sumens, recte verbum *Veli* Slavum Græce appropriando, multas terras possidere Chrobatos Sarmatas scribit; ob id supra cap. 30. ait: *Chrobati vero tunc habitabant ultra* Βαγιβαρίαν *ubi nunc sunt Belochrobati*; Bagibarias enim vocabulum Slavum est, Græce detortum; id est Βαβουνρία (babia oria) id est Babii montes, Slave *Babie Gore* id est Vetulæ, vel vetularum montes, quo nomine Carpatii montes Poloniam ab Ungaria disterminantes, ab aliquibus vocantur; & cum Porphyrogenitus Franciam pro hodierna Germania, & Turciam pro Ungaria sumat, Chrobatos a Sarmatia, nunc Polonia dicta, vel Bohemia veniisse, innuere videtur: cui opitulantur Scriptores rerum Bohemicarum, & Polonicarum, a Cromero relati. Tamen probabilior videtur opinio ejusdem Cromeri, qui Serbos ex Sarmatia Asiatica, cum Bulgaris vicinis in Europam transiisse narrat, eo magis quod Slavorum, qui Bohemiam, Poloniam, Lithuaniam, Carinthiam, Stiriam & Carniolam habitant, dialectus diversa est ab iis, qui Slavoniam, Croatiam, Bosnam, & Serviam incolunt, quorum sermo Bulgaris, cæterisque Orientalibus Slavis similior est & purior, præsertim Bosnensium. Sed cum de origine Nationum non inquiratur, ideo in his, prout in incertis, non est immorandum, neque expendendum, an ante Mauritii tempora Slavi Illyricum utrumque, partemve habitaverint? Cum Cromerus ex diversitate nominum a Slavis inductorum circa Mauritii tempora ex Oriente eos advenisse scribat: alii vero ex Jornande & aliis Slavos, aliis nominibus dictos, circa Istrum habitasse credunt, & sicuti Serbos in Sarmatia Asiatica prope Volgam ponit Ptolemæus, ex quibus Serbos, vel Servios Cromerus non improbabili conjectura cum vicinis Bulgaris, a Volga ita dictis, in Europam transiisse scribit: ita cum Crobizos Herodotus lib. 4. Schimnus lib. 7. Strabo lib. 5. & Ptolemæus cap. 9. in Alysia ponant, citra Istrum; qui, an iidem cum nostris Chrobatis sint, & a Bulgaris suis sedibus pulsi, gradatim alios expellentes, simul cum Bessis regiones Croatiæ, & Bosnæ, quas hodie tenent occupaverint, cum nullus hucusque dixerit, non affirmatur, neque si aliquis assereret, negaretur; cum non videatur impossibile, Slavos aliis nominibus dictos, ab antiquo sicut ultra Istrum ita etiam citra habitasse; neque Istrum impermeabile fuisse, vel tanta religione custoditum, ut pro temporum varietate eædem Nationes citra & ultra habitare non potuerint. Sed ne in re incerta amplius vagetur, cum Croatos Dalmatiæ partem occupasse nomen hodiernum regionis comprobet, idque nullius Scriptor præter Porphyrogenitum referat, ipsi deferendum est, etiam si multa æquivocare potuerit circa eorum originem, quæ ex auctorum inopia corrigi non possunt.

Edit. Paris. pag. 92.

217. Προτοῦ δὲ τοῦ βασιλέως Ἡρακλείου) Quando Dalmatia ab Abaribus, vel Slavis occupata fuerit pluribus agit Lucius de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 1. cap. 12. De baptismo autem Croatorum diximus nonnulla supra ad cap. xxx. & laudatus Lucius loquitur pluribus de eodem cap. 11. citati libri.

Ἀρχοντίκιστος, ἀφ' ἑνὸς ἄρχοντος, &c.) Sic ex MS. Codice.

218. Οἱ τοίνυν Χρωβάτοι ἀρχόντα τὸν Πόργα) Sic ex MS. Codice. Chrobati igitur sub Porino Duce, Porgæ patre Abares ex Dalmatia expulerunt tempore Heraclii, ut Porphyrogenitus hic paulo superius, & capite præcedenti narrat, deinde Porga eorum Duce baptizatos eosdem Chrobatos fuisse ait:

219. Κατὰ τὰς δὲ αὐτοὺς Χρωβάτους χώρας) Sic ex MS. Codice. *pag. 93.*

Καὶ τίνας αὐτοῖς, &c.) Sic ex MS. In Editis legitur, Ἔτι τίνας αὐτῷ, &c.

Τερπιμήρου τοῦ ἄρχοντος, τοῦ πατρὸς τοῦ ἄρχοντος Κρσιμήρου) De Croatorum Ducibus & eorum stirpe pluribus agit Lucius de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 11. cap. 3. cujus quidem integrum caput hic exscribere libet:

„ Croatorum Duces aliqui superiori Libro nominati fuerunt, qui Regibus Italiæ sub jurisdictione „ Ducis Forojulienfis, & Pannoniæ inferioris Præfecti parebant. At Marchia hac limitanea a Ludovico Pio in quatuor Comites divisa, & exinde „ debilitata, succedentibus etiam in Imperio Francorum divisionibus, Croatos jugum excussisse „ constat; quæ quomdo, quandove evenerint nemo, præter Porphyrogenitum memorat; sed „ adeo parce ea tradit, temporaque confundit, ut „ vix quædam distingui possint. Accedit Porphyrogenito Thomas Archidiaconus Spalat. qui in „ referendis Ducibus Croatorum ab eo discrepat: „ ex, qualia sunt, tradenda, examinanda, & ex „ Scripturarum collatione certioranda sunt: proponetur ergo utriusque Scriptoris Catalogus Ducum, & ex eorundem Privilegiis aliqui addentur, diversitasque, quoad fieri poterit, concilabitur; sed sicuti Porphyrogenitus in eorum recensione annos omisit, ita Archidiaconus ex Archiepiscoporum Catalogo ipsos deducens, cum „ Regibus confundit. Ideo Reges ejusdem simul „ cum Ducibus ponuntur, ne ex repetitione Lector tædio afficiatur. „

Duces Croatorum ex Porphyrogenito.	Duces, & Reg. Croat. ex Archidiacono.	Duces Croat. ex Auctoribus, & Privil.
N. qui & PORINVS		PORINVS
PORGA		PORGA
	BRANIMIR	
		818. BORNA Dux Dalmat. & Liburniæ.
		821. LADASCLAWS
	914. TAMISLAWS	MISLAWS
	970. DIRCISLAWS Rex Dalmat. & Croatiæ.	
TERPEMER	990. TIRPIMIR Rex	838. TIRPIMIRVS
		892. MVCIMIRVS
		840. VNVSCLAWS & DIODVRVS
CRASEMERE		DOMINICVS vel DEMOGOY & INICVS
		879. SEDESCLAWS
		880. BRANIMIRVS Comes
		890. BRAZLAVON
MYROSTLABVS	MVCIMIR Rex	920. MICHAEL Banus.

PRIBVNIVS Boeanus 1015. CRESIMIR Patritius,
& Chroatorum Rex
1060. STEPHANVS Rex
CHRESIMIR Rex
ZVONIMIR Rex
ultimus.

„ Primum Ducem Croatorum Porphyrogenitus „ cap. 31. Anonymum, Porgæ patrem, ponit, „ quam cap. 30. Porinum nominaverat, & Abares expulisse tempore Heraclii asserit, ut dictum „ est supra lib. 1. cap. 11. Secundum Porgam ejus „ filium „ cujus tempore Croatos baptizatos, & „ post baptismum pacificos redditos scribit.

Edit. Paris. pag. 94. „ Bornam, & post eum Ladasclavum Francorum Annales nominant, qui deinde ponendi sunt „ ut multi anni Porphyrogeniti ante Tirpimirum „ vacui non relinquantur. Ex Privilegio ejusdem „ Tirpimiri, infra ponendo, constat, Mislavum „ Ducem ipsum antecessisse, quem Veneti Mium „ vocant, & tempore Petri Tradonici eorum Du- „ cis ponunt: hic debet esse is, quem Archidiaco- „ nus Tamislavum vocat, quamvis Branimiro post- „ ponat & ex Archiepiscoporum collatione anno „ 914. ponat; sed cum Tirpimirum quoque, Dir- „ cislavo postponendo, Regem fuisse asserat, si- „ militer, & Mucimirum, quos Duces fuisse, & „ ante Reges ex eorundem Privilegiis constat, ne- „ que ullius Turpimiri vel Mucimiri Regum, me- „ moria reperiatur; ideo ordo, & anni Archidia- „ coni non sunt attendendi, cum in rebus se anti- „ quioribus (communi illorum temporum vitio) „ non fuerit diligens supputator, prout in contem- „ poraneis accuratus, & veridicus Scriptor. Tir- „ pimirum post Mislavum ponendum, Privilegium „ ejus supra citatum testatur, & cum tempora con- „ gruant eundem esse cum Porph. Terpemere quam- „ vis in filio non conveniant, dicendum est. U- „ nusclavum quoque, & Diudurum Sclavorum „ Principes Annales Dandoli memorant, ejusdem „ Ducis Tradonici tempore.

„ Dominicum, vel Demogoy, & Inicum Prin- „ cipes Slavorum tempore Ursi Participatii Duc. „ Ven. eorumdem Historici referunt. Ideo hos „ Duces Croatorum circa eadem tempora fuisse, „ divisionemque tunc inter Croatos secutam dicen- „ dum est cum Porphyrogenito. Sebesclavum e- nim, ejectis filiis Demogoy, successisse; eoque „ occiso, Branimirum Ducem Croatorum Comi- „ temve memorat Dandulus, quem ex Epistolis „ Joannis Papæ VIII. inferius ponendis Ducem Cro- „ atum fuisse patebit, annis scilicet 879. & 881. „ hunc Archidiaconus Ducem Sclavoniæ tempore „ Caroli Regis ponit, scilicet post annum 842. „ quod congruere potest, nam Carolum dictum „ Crassum regnasse anno 879. & Coronam Imperii „ anno 881. sumpsisse constat. „

Mucimirum Tirpimiri filium deinde ponendum „ ex ejusdem Privilegio, infra ponendo, apparet, „ scilicet anno 892. „

Τετιμωμένους) Sic cum Meurſio emendamus; perperam quippe in MSS. legitur, τοὺς ἐτιμωμένους.

Τὸ Στάγνον) Urbs Epiſcopalis ſub ditione Reipublicæ Raguſinæ: huic Eccleſiæ præeſt hodie Illuſtriſſimus Antiſtes Franciſcus Volanci, avunculus meus, vir & pietate & doctrina inſignis.

236. Χώρα μία ὑπάρχει) Eandem terram eſſe Terbunitarum & Canalitarum docet Porphyrogenitus & ſupra capite XXX. ubi Terbuniæ principatus terminos deſcribit his verbis: Ἀπὸ δὲ τοῦ μέσου τῆς Δυοκλείας ἄρχεται ἡ ἀρχοντία Τερβουνίας, ἡ παρατείνουσα μέχρι τοῦ Ῥασσίου. πρὸς δὲ τὰ ὄρεσιν αὐτῆς πλησιάζει τῇ Σερβλίᾳ. *A decaterie vero incipit Terbuniæ principatus, porrigitque ſe Rauſium uſque; at verſus montana Serbliæ adjacet.* At hodie Terbuniæ principatus Turcis paret; Epiſcopus vero Terbuniæ, unus e ſuffraganeis Archiepiſcopatus Raguſini, eligitur a Senatu Raguſino; fortaſſis quod Mercanenſis Epiſcopatus cum Terbunienſi junctus eſſet, & Mercana ſit ſub ditione Reipublicæ Raguſinæ. Hodie autem Terbunienſem Epiſcopatum obtinet Illuſtriſſimus Antonius Reghius conſobrinus meus, vir a pietate & a ſtudiis omnino laudabilis.

237. Εἰς ἡ ἑτέρα χώρα) Sic cum Meurſio emendamus. Perperam legitur in MSS. ἐπὶ ἡ ἑτέρα χωρία.

Τὸ δὲ Κανάλι ἐμβαδόν τι, &c.) Canale ſeu Canalis ſub dominio Reipublicæ Raguſinæ; olim ager Epidaurius; neque Canale ſeu Canalis regio illa dicta eſt, ut putat hic Porphyrogenitus, quod Canale Serblorum idiomate *viam plauſtri* ſignificet; nam, inquit ille, propter loci planitiem ſervitutes omnes plauſtris præſtant; cum nulla hodie ibi ſint plauſtra. Sed regio illa ab aquæ ductu lingua Epidauria Canalis appellatur ut ſcribit Ludovicus Tubero noſter, Abbas Meliteníis lib. v. Comment. de Temporibus ſuis: *Iiſdem fere temporibus*, inquit ille, *ager Epidaurius addita Vitalia, & tota regione quæ ab aquæ ductu lingua Epidauria Canalis appellatur, poſt ſexingentos circiter annos ab excidio Epidauri, pretio quibuſdam accolis regulis Boſſinatibus ſoluto recuperatus eſt, viritimque inter cives magna veterum poſſeſſorum invidia atque contentione diviſus. Quod autem Canalenſis ager territorii Epidaurii fuerit, argumento eſt opus mirabili ſtructura effectum, quo a vigeſimo prope milliario, aqua in urbem perducta eſt, partim ſubterraneo rivo, partim ſubſtructione, partim opere arquato. Cujus quidem operis a Sclavis proculdubio everſi, adhuc extant veſtigia, atque quibuſdam in locis inſcriptiones Latinis literis nomina Curatorum indicantes.*

Ὅτι ἡ Δυόκλεια χώρα) Diocleæ regionis terminos deſcribit Porphyrogenitus ſupra capite XXX. his verbis. Ἡ δὲ Δυόκλεια πλησιάζει πρὸς τὰ κάστρα τοῦ Δυραχίου, ὑπερκειμένου πρὸς τοὺς Ἐλβασσάν, καὶ πρὸς τὴν Ἐλβασσάνων, καὶ τὴν Ἀντίβαριν, ἐκτείνεται μέχρι τῆς Δεκατέρας, πρὸς τὰ ὄρεσιν δὲ πλησιάζει τῇ Σερβλίᾳ. *Diocleæ vero propinqua eſt Dyrrachii oppidis Eliſſo, Helgaſio, Antibari, extenditurque uſque Decatera; montana autem Serbliæ ſeptima ſunt.* pag. 111.

Καὶ πάλιν ὑπὸ Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως ἐκράτει) Sub Heraclio Imperatore a Serblis occupata fuit hæc regio, ut ſcribit ſupra Porphyrogenitus.

Ὅτι ἐκτίσθη ὁ βασιλεὺς Διοκλητιανὸς) Atqui longe ante Diocletianum Imperatorem Diocleæ urbs extabat cum hujus meminerint Ptolemæus & Plinius. Non igitur huic urbi nomen Diocletianus dedit; ſed potius ille ab ea nomen accepit, quod in ea natus eſt, & a matre Diocleæ pariter appellata, ut ſcribit Sex. Aurel. Victor: *Diocletianus Delmata, Anulini Senatoris libertinus, matre pariter atque oppido nomine Diocleæ, quorum vocabulis, donec imperium ſumeret, Diocles appellatus, ubi orbis Romani potentiam cepit, Græcum nomen in Romanum morem convertit*, &c. Similia habet & Paulus Diaconus lib. 10. Diocles vero Diocletianus ante imperium dicitur & Lactantio, ſeu potius Lucio Cæcilio de Mortib. perſecut. c. 9. & 19. ubi vide quæ hac de re doceat eruditiſſimus vir noſtrique amantiſſimus Nicolaus le Nourry ſodalis noſter. 238.

Νῦν δὲ ἐστὶ ἐρημώτερον, &c.) Diocleæ ſeu Diocleæ urbs everſa a fundamentis fuit circa finem decimi ſeculi a Samuele Bulgarorum rege; ejuſque veſtigia ac ruinæ marmoreaque monumenta ſub aquis viſuntur in lacu Lygnitiri ad quem ſita fuit, ut ſcribit Ludovicus Tubero lib. VIII. Comment. de Temporibus ſuis: *E quibus fane Maracius in juſtum pene auctus fluvium eo ipſo accipitur lacu, quo Diocleæ (quam & ipſam erumpentibus ſubito aquis abſorptam eſſe tradunt) veſtigia ac ruinæ, marmoreaque monumenta ſub aquis viſuntur.* Falluntur ergo Scriptores illi, qui Diocleam hodie *Antibarim*, aut *Medon* aut *Catarum* appellant; cum primum deſtructa fuerit Diocleæ a Slavis, deinde a Bulgaris, tandem erumpentibus ſubito aquis abſorpta. Diocleæ autem urbe a Bulgaris, uti jam diximus, everſa circa finem decimi ſeculi, Joannes Archiepiſcopus Docleenſis Raguſium ſe contulit; atque ab eo tempore Eccleſia Raguſina Archiepiſcopalem dignitatem accepit a Benedicto V. Pontifice Max. ut ſcribit Seraphinus Razzius Florentinus Ordinis S. Dominici, in Hiſtoria Archiepiſcoporum Raguſinorum, quæ Italico idiomate conſcripta, aſſervatur manuſcripta, in Bibliotheca S. Marci Florentiæ: cujus quidem verba a nobis Latine facta hic proferre libet: *Devaſtato a Gothis atque fere a fundamentis everſo circa annum noſtræ Salutis 404. Epidauro nobiliſſima Dalmatiæ urbe, Joannes Epidaurius Civis & Archiepiſcopus fuga ſibi conſulens Tribunium petiit, ibique translata ſede atque titulo ſuæ Eccleſiæ diu commoratus eſt. At oppugnata Raſcia, ſubactaque Boſona cum finitimis ab infidelium, ſchiſmaticorumque tyrannide diu Eccleſia illa viduata manſit paſtore. Anno vero 863. temporibus Nicolai Papæ I. cum ad fidem Catholicam Bulgarorum Imperator veniſſet, conſenſu Pontificis Tribunienſis Archiepiſcopatus Docleam transfertur. Denique anno circiter 980. propter everſionem quoque Diocleæ a Bulgaris & Græcis factam coactus fuit primam ſedem repetere, atque ſtabulum Mercanenſe haud plus quatuor milliaribus ab Epidauro diſſitum, nec diu incoluit: illis quippe temporibus a Saracenis Adriatico mari infeſtato inſulani atque maritimi in magno periculo verſabantur; ratus itaque neque illic tutam ſibi ſore ſtationem, Raguſium novum mœnibus arceque munitum profiſciſcitur: ubi perurbane exceptus, ac Benedicti V. Pontificis Maximi auctoritate, titulo ſedeque illuc deportata; a Patribus decimæ, aliique proventus, qui ad Epiſcopum ſpecta-*

bant, illi attribuuntur, atque ab eodem Pontifice ſuffraganei deſignantur, videlicet, Cattarenſis, Antibarenſis, Dulcignenſis, Corcyrenſis, aliique, quanquam hodiernis temporibus Stagnenſem, atque Metzanenſem dumtaxat habeat. Et neſcio quidem quo fato evenit, ut quemadmodum ultimus Epidaurius appellatus fuit Joannes, ita primus Raguſinus nuncupetur. Joannes itaque Primus Archiepiſcopus Raguſinus, patria Docleenſis ſanctiſſime ſuam rexit Eccleſiam annis fere triginta; ibique cum extremum diem obiiſſet, in Eccleſia ſancti Stephani Protomartyris tumulatus fuit. Nec parum a vero aberrant qui eum Vitarum ſanctorum Martyrum Andreæ, Petri & Lauretii authorem faciunt, quorum corpora Raguſii aſſervantur, cum Joannem II. Archiepiſcopum tertium decimum, patria Venetum, revera illarum auctorem extitiſſe pro comperto habeatur.

Edit. Pariſ. pag. 112.

Τὸ Ναρηνῶν) Sic in MS. Codice: in Editis vero legitur, τὸ τῶν Γαρδῶν.

Ἡ χώρα ἡ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἕως Παγανῶν) Terminos Paganiæ deſcribit Porphyrogenitus ſupra capite xxx. Ab Orontio flumine, inquit, Pagania incipit, procurritque ad Zentinam flumen, &c. Ex quibus Porphyrogeniti verbis conſtat Narentanos, ſive Paganos eam partem continentis Dalmatiæ obtinuiſſe, quæ a Cerina Naronem verſus protenditur. Flumen, & Zupanias tres habet.

Διὰ τὸ μὴ καταδέξασθαι αὐτοὺς τῷ τότε χωρὶς βατσιδίνων, &c.) Chrobati ac Serbli, uti ſupra ad caput xxx. adnotavimus, fidem Chriſti ſuſcepe-

239.

runt Heraclio Juniore imperante; Pagani vero ſive Arentani baptizati fuere ſub Baſilio Macedone, ut idem Porphyrogenitus ſcribit ſupra cap. xxix. quemadmodum etiam plures alii ex Slavis, qui Dalmatiam incolebant, ut ipſe tradit eodem loco, & in Vita Baſilii num. LIV. ex editione Regia. Quod quidem congruit cum Platina, qui Adriani ſecundi Pontificis, & Suetopoli principis Dalmatiæ Sclavos Chriſti fidem ſuſcepiſſe ait in vita Joannis XIII. quem pro XIV. ponit. Hæc autem Platinam ex Blondo, Blondum vero ex Chronico MS. Andreæ Danduli exſcripſiſſe ajunt; ubi ſic legitur: *Hujus autem B. Cyrilli prædicatione Suetopolis Rex Dalmatiæ, qui ab Odrillo germano Totilæ Regis Gothorum originem duxerat, cum toto ſuo populo fidem Catholicam ſuſcepit.* Verum Dandulus hæc ſub Michaele contigiſſe ſcribit, Platina vero ſub Baſilio Macedone. Neque ſoli Arentani ac nonnulli alii ex Slavis Dalmatiæ accolis ſub Baſilio Macedone baptiſmum ſuſceperunt; verum & Bulgaros ad meliorem frugem revocavit idem Imperator, Ruſſique perſuaſit, ut ſacrum Baptiſma ſuſciperent, quemadmodum narrat laudatus Porphyrogenitus in ævi Vita num. XCV. & XCVI. De Ruſſorum autem ad fidem Chriſti converſione libet hic proferre hiſtoriam, quæ a principio mutila eſt; quam quidem reperi in Codice MS. Colbertino recenti manu conſcripto n. 4432. & Latinam fecimus. Sic igitur habet.

Et quæ ad religionem eorum pertinent accurate edicerent. Illi vero ſciſcitandi ſtudio cupidi, Romam ſe conferunt: iſtieque omnia perſcrutantur & exquirunt, ac curioſiſſime diſpiciunt cum ſanctorum templorum decorem, tum ſacerdotum & pontificum ordinem. Imo etiam Patriarcham eorum, quem Papam vocant, inviſunt; a quo verbis & doctrina ad utilitatem ſuam ſpectante inſtituti, revertuntur ac regionem ſuam repetunt, hinc ſeſe magno Regi ſiſtunt; ipſique omnia quæ viderant & audierant ſedulo recenſent. Adfirmabant porro, magna illa & veriſſima exiſtere, nec ulteriori perquiſitione & perſcrutatione opus eſſe. Quod ſi velis, inquiunt, illuſtriſſime & glorioſiſſime Domine princepsque noſter, ipſorum fidem amplecti, id ipſis ſignificato, atque eorum myſteriis rite initiare. Quibus auditis proceres qui cum rege erant, maximeque ii, qui ipſi talis propoſiti auctores fuerant, rurſus ipſum ita compellant: Non videtur nobis id agendum eſſe, niſi prius iidem ipſi Conſtantinopolitanos ritus explorent & ediſcant. Fama quippe eſt eam urbem magnam, imo præſtantiorem eſſe. Demumque e re fuerit, ut iidem hujus quoque religionem & cultum examinent ac experiantur: & ſic poſtea ex his duabus meliorem deligemus. Tum Rex ille prudens & conſpicuus, hoc conſilium admiſit & amplexus eſt. Quamobrem quatuor illos ſæpe memoratos viros, Conſtantinopolim mittit, ut omnia quæ ad religionem ſpectabant explorarent ac experirentur. In hanc vero illi urbem nec ſine magno labore concedunt, atque Baſilio Macedoni, tunc Romanorum ſceptra moderanti ſe ſiſtunt, ipſique tanti ſuſcepti itineris cauſam renuntiant. Is vero ingenti gaudio hos excipiens, mox viros illis eruditos & præclaros adjungit, qui omnia in urbe pulcherrima monſtrarent, quique rogata eorum recte intelligere poſſent, illique ſatisfacere. Hi au-

pag. 113.

A Καὶ τὰ ἅ σιβάσματες πάντων καλῶς καταμάθωσιν. οἱ δὲ τὸ ἅ λόγῳ εἰπεῖν πτεροῦσι (lic) χυόμενοι, τὴν Ῥώμην καταλαμβάνουσι, καὶ τὰ ἐκεῖσε πάντα ἱερωμένα & σκεπάσεις (lic) καὶ καλῶς πεπεργάζονται ἅ τε θείων ναῶν ἅ ἐυκρέπειαν, καὶ τὰς ἐκεῖσε ἱερὰς καὶ ἀρχιερᾶς. καὶ μὴν ἀλλὰ ἅ πατριάρχην αὐτῶν ὁρῶσι, ἅ καὶ Πάπαν καλοῦσιν, καὶ λόγους ὠφελείας παρ' αὐτοῦ πλείστους ἀκούσαντες καὶ ὥσπερ ἐυδαίμονες πανηγυρίσαντες καὶ ἅ ἑαυτῶν καταλαμβάνουσι χώραν, καὶ πρὸς ἅ μέγαν ῥῆγα ἑαυτοὺς ἐμφανίζουσι καὶ ἄπιρ εἶδον καὶ ἤκουσαν κἀκεῖσε καλῶς ἐξαγγέλλουσιν· εἶναι δὲ μεγάλα καὶ ἀληθῆ διαβεβαιοῦνται πάντα, καὶ ὑδὲν δεῖσθαι ἔτερας τινὸς ἀναζητήσεως καὶ ἐρεύνης. καὶ εἰ θέλοις ἐφησαν, λαμπρότατε καὶ ἐνδοξότατε ἡμῶν αὐθέντα καὶ ἄρχον, ἅ τὸν πίστιν δέξασθαι, μύησον αὐτῆς, καὶ καλῶς τὰ ἐκείνων μυήσεται. ὡς δὲ οἱ σὺν ἐκείνῳ ἄρχοντες πάντα ἤκουσαν· μᾶλλον δὲ οἵτινες καὶ πρώην αὐτῷ συνεβούλευσαν πάλιν πρὸς αὐτὸν, καὶ αὖθις ἐρώτησαν· ἃ καλὸν φαίνῃ τὸν γενέσθαι πᾶσιν ἡμῖν, ἵνα μὴ οἱ αὐτοὶ καὶ τὰ ἅ Κωνσταντινουπόλεως καλῶς δοκιμάσωσι καὶ καταμάθωσιν. ἔπειτα δὲ καὶ ταύτην πόλιν μεγάλην τινὰ καὶ κρείττονα τινὸς εἶναι ἀφομοιοῦσι. λοιπὸν ἄξιόν ἐστιν ὅπως καὶ ταύτης τὰ σέβας καὶ ἅ λατρείαν οἱ αὐτοὶ ἐρευνήσωσι καὶ ἀναζητήσωσι, καὶ ὅπως ἀμφοτέρων (lic) τὸ κρεῖττον ἐκλεξόμεθα. ἦκεν πάλιν καὶ τοῦτο ὁ ἐχθρὸν καὶ πιεβόντος ῥῆγας ἐχθίστου καὶ πρεσβεύσας, καὶ καλῶς ἀπεδέξατο. διὸ καὶ τοὺς δηλωθέντας πολλάκις τιμαρας ἄνδρας πάλιν ἐκπέμπει καὶ πρὸς ἅ Κωνσταντινούπολιν, ὡς ἵνα καὶ τὰ ἐκεῖσε πάντα καταπτώσωσι καὶ ἐπιπειράσωνται. καὶ δὴ μὴ πολλῷ κόπῳ καὶ ταύτην καταλαμβάνουσι, καὶ τῷ τότε τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα ἰθύνοντι Βασιλείῳ φημὶ τῷ ἐκ Μακεδονίας προσήρχοντο, & ἅ αἰτίαν ἅ αὐτῷ ἀφίξεως ἀπαγγέλλουσιν. ὁ δὲ ἀσμένως & τερασσόμενος τοὺς ἀποδεξάμενος, ἄρχοντάς τινας παραυτὰ τῷ ἐλλογίμων αὐτοῖς ἐπιδίδωσιν, ὅπως τὰ κάλλιστα πάντα τῆς πόλεως αὐτοῖς ἐπιδείξωσι, καὶ τὰς πίστεις αὐτῷ πᾶσαν καλῶς διεκτερήσωσι καὶ ἀπολογήσωνται. οἱ δὲ ἄνδρες

παραλαβόντες, καὶ πολλὰ ἐν τῇ πόλει ἀξιοθέατα ἐπιδείξαντες, εἰσῆλθον πρὸς τὸ περιβόητον καὶ μέγαν θεῖον ναὸν τῆς Θεοῦ Σοφίας. καὶ δὴ ὡς ὁ λόγος κρατεῖ, ὅτι καὶ ἑορτή μεγάλη τις πρὸς αὐτὸν ἐπλεῖτο τὸ τότε, εἴτε δὴ τοῦ Χρυσορρήμονος, εἴτε καὶ κοίμησις τῆς ὑπεραγίας μητρὸς τοῦ Κυρίου μου, ἀκριβῶς λέγειν οὐκ ἔχω· πλὴν ἑορτὴ ἐπλεῖτο θαυμαστὴ καὶ μεγάλη. καὶ οἱ τέσσαρες ἐκεῖνοι ἄνδρες, οἱ μετὰ τῶν ἀρχόντων ἡμῶν ὄντες τὸν ναὸν πάντα περιεσκέψαντο, καὶ τὰ πλούσια τῆς ἑορτῆς τὰ πλεῖστα φῶτα βλέποντες, καὶ τὴν μελῳδίαν τῶν ᾀσμάτων ἀκούοντες, θαυμάζοντες διετέροντο. ἐμβιβάσαντες δὲ ἐκεῖνοι τοὺς ἱεροπρεπεῖς ὕμνους καὶ τὰ ὀρθρινὰ, καὶ πολλὰ εἰπόντες καὶ ἀκούσαντες, φθάσει καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἱερᾶς καὶ θείας λειτουργίας· καὶ πάλιν οἱ ῥηθέντες ἄνδρες μετὰ τῶν τοῦ βασιλέως ἀρχόντων, εἰς τὸ σεβάσμιον καὶ μέγιστον ναὸν εἰσέρχονται, ὅπως τὰ ἀναμάκτου καὶ θείας μυσταγωγίας θεάται γένωνται. ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενομένου ἐπλήττοντο τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, τὸ θέλοντος πάντας σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. ἐγὼ δὲ ἐπεὶ οἱ ἐθνικοὶ καὶ βάρβαροι ἄνδρες ἐκεῖνοι ἐν τῷ τεσσαρικίῳ ναῷ εἰσῆλθον ὡς εἴρηται· καθεῖστο ἱστάμενοι τὰ δρώμενα πάντα ἐν τῷ ναῷ ἰσχύων, καὶ ἀκριβῶς κατεμάνθανον· πῶς πρότερον ἡ λεγομένη μικρὰ εἴσοδος γίνεται· εἶτα καὶ ἡ μεγάλη μυστιπλίζετο, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι καὶ οἱ διάκονοι ἐξεπορεύοντο τοῦ ἱεροῦ βήματος, μετὰ λαμπάδων καὶ ῥιπιδίων· ἀλλὰ καὶ ἱερεῖς πλεῖστοι καὶ ἀρχιερεῖς καὶ τὸ συνήθεις μετὰ καὶ τοῦ φορητοῦ καὶ θείων μυστηρίων, καὶ αὐτὸς ὁ τῆς ἀρχιεπισκοπῆς τότε ἔχων πατριάρχης, ἐν πάντες μὲν ἐπ' ἐδάφους κατέπεσον οἱ ἐκεῖσε ὄντες, καὶ δάκρυα ἐζεπέσετο (sic) καὶ τὸ, Κύριε ἐλέησον· ἔκραζον· μόνοι δὲ οἱ τέσσαρες ἄνδρες ἐκεῖνοι οἱ ἐθνικοὶ ἀνασκαρδαμυκτὶ καὶ ἀδιῶς ἐνεπίπτιζον, καὶ πάντων τελουμένων ἐσκόπουν· διὸ καὶ ὁ ἐλεήμων ἡμῶν Θεὸς καὶ ἐλέησε τὰς ὀφθαλμὰς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἀνέῳξε, καὶ εἶδον φοβερά τινα καὶ παράδοξα· ἔπειρ καὶ ἐρωτήσαντες τὴν ἀλήθειαν ἀκριβῶς ἔμαθον. ὡς δὲ ἡ θεία ἐκείνη καὶ μεγάλη εἴσοδος τέλος ἔλαβε, καὶ ἐκ τῆς καταπλήσιος πάντες ἀνέστησαν, παρελθὼν οἱ τῷ ξύλῳ ὀπτασίαν ἑωρακότες ἄνδρες, τοὺς συνεύγγυς αὐτοῖς ἄρχοντας τῶν βασιλέως ἐπὶ χεῖρας λαβόμενοι, τοιαῦτα πρὸς αὐτοὺς ἔφησαν· ὅτι φοβερὰ καὶ μεγάλα μὲν ὑπῆρχον ἄπερ ἄρτι βλέπομεν πάντα, οὐκ ἀρνούμεθα· τὸ δὲ νῦν ὁραθὲν ἡμῖν ὑπὲρ τὴν φύσιν ἐστὶ τὴν ἀνθρωπίνην. τοιοῦτοι γάρ τινας ἑωράκαμεν πτηνοὺς, σολλῷ ξύλῳ ὡραίαν ἐνδεδυμένους· καὶ μὲν ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἔδαφος τοῦ ναοῦ ἐπάτουν· ἀλλ' ὑπὸ αἴρος ἐφέροντο ψάλλοντες, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος· ὅπερ πάντας ἡμᾶς πλέον πάντων τῶν ἄλλων ἐξέπληξε καὶ εἰς μεγίστην ἀμηχανίαν ἐνέβαλεν. ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσαν οἱ τοῦ βασιλέως ἄρχοντες, πρὸς αὐτοὺς ἀπεκρίναντο λέγοντες· καὶ τάχα πάντα ἀγνοεῖτε τὰ τῶν χριστιανῶν μυστήρια, καὶ ἀγνοεῖτε ἄλως, ὅτι ἄγγελοι ἐκ τῶν οὐρανῶν καταρχοὶ καὶ λειτουργοῦσι μετὰ τῶν ἱερέων ἡμῶν; ἐκεῖνοι τοῦτο ἀκούσαντες εἶπον· παρόλκθεις καὶ φαιδρόν ἐστι ὅπερ ἡμῖν λέγετε, καὶ ἐπίδηλος ὑποδείξεως καὶ δίκη· αὐτοὶ γὰρ πάντα οἰκείοις ὀφθαλμοῖς ἑωράκαμεν. λοιπὸν ἂν ἐφάσατε ἡμᾶς ὅπως ἔτι ταχέως ἀπέλθωμεν ὅθεν καὶ ἐστάλημεν, ὅπως καὶ τὰ καταρχθέντα ἡμῶν καλῶς πληροφορήσωμεν, καὶ βεβαιώσωμεν ἅπερ ἴδομεν καὶ ἐμάθομεν καλῶς, ὅπερ καὶ ἀπέπεμψαν μετὰ χαρᾶς μεγάλης καὶ εὐφροσύνης πάλιν ἐκεῖσε· οἱ δὲ ἐπαναπαύσαντες καὶ τὰ ἑαυτῶν καταλαβόντες χώραν, εὗρον τὰ λαμπρότατα καὶ μέγαν ῥοῦγαν, καὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν, ἅπερ εἶδον καὶ ἤκουσαν πάντα ἅπερ καὶ διεσάφησαν

tem cum multa ipsis in urbe spectaculo digna ostendissent, in celebratissimum illum magnumque sanctæ Sophiæ templum cum ipsis ingressi sunt. Atque ut vulgo fertur, tum magna solennitas celebrabatur, sive S. Chrysostomi, sive Dormitionis sanctissimæ Matris Domini mei; id vero non certo dicere valeo: verum tamen est tunc fuisse mirabilem magnamque celebritatem. Quatuor porro viri qui cum proceribus nostris erant, totum templum circumspexerunt, necnon quæ ad celebritatem spectabant: luminaque cernentes, ac canticorum melodiam audientes, stupebant attoniti. Cum illic autem vespertini & matutini hymni tempore venissent, multaque dixissent audivissentque, accedit sacræ & divinæ liturgiæ tempus; rursusque laudati viri cum proceribus illis ab Imperatore missis in venerandum & maximum Templum ingrediuntur, ut incruenti & divini mysterii spectatores essent. Huc deducto sermone, Dei erga homines amorem, qui vult omnes salvos fieri & ad cognitionem veritatis venire, stupens considero. Nam cum Ethnici & barbari illi in termaximum, ut diximus, templum intrassent; stantesque omnia quæ ibi tum gerebantur considerarent, curioseque scisciterentur, cur primum quem parvum vocant, ingressus, deinde vero magnus fieret, quare Subdiaconi & Diaconi ex sacro bemate, cum lucernis & flabellis egrederentur, imo etiam sacerdotes & pontifices, pro assueto more cum tremendis ac divinis mysteriis, necnon Patriarcha qui tunc sedem obtinebat: ac turba in pavimento procideret, preces effunderet clamaretque, *Domine miserere*. Illi vero quatuor gentiles soli, intentis oculis sine reverentia hæc respiciebant: omnesque sacros ritus considerabant. Quare misericors ille & miserator Deus noster, iisdem viris oculos aperuit, ut quædam tremenda & mirabilia viderent, at postea scisciantes, rei veritatem ediscerent. Absoluto quippe divino illo & magno ingressu, cum ligno vocati omnes surrexissent: quamprimum viri illi qui stupendam visionem conspexerant Imperatoris proceres secum adstantes, manibus arreptos sic alloquuntur: Tremenda & magna esse quæ hactenus videramus non dissitemur: quod autem nunc vidimus humanam naturam exsuperat: juvenes quippe quosdam conspeximus alatos, speciosoque nec assueto amictu, qui pavimentum minime contingebant, sed per aera ferebantur psallentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Quod sane nos omnes plus quam cætera in stuporem magnamque admirationem conjecit. Quibus auditis Imperatoris proceres ita respondent: Et fortasse omnia Christianorum mysteria ignorantes, nescitis ipsos Angelos de cœlo descendere, & cum Sacerdotibus nostris ministerium obire. Tum illi, Verissimum sane & manifestum est quod vos dicitis; nec alio argumento opus habet: omnia quippe ipsis oculis vidimus. Demum nos remittite ut eo redeamus unde legati fuimus, quo principem nostrum de iis quæ vidimus & probe didicimus, certiorem faciamus. Quos illi tunc cum gaudio & lætitia magna dimiserunt. Reversi autem illi in regionem suam, clarissimo & magno Regi se sistentes, post solitum exhibitum obsequium, omnia quæ viderant & audierant ipsi renuntiarunt, talia lo-

Edit. Paris. pag. 114.

quentes : Magna & ſplendida quædam nos Romæ nuper vidiſſe non negamus: at quæ Conſtantinopoli viſa nobis ſunt, humanam omnem mentem obſtupefaciunt; quæ illi minutatim recenſuerunt. Magnus vero princeps rei veritatem ab ipſis edoctus, de eaque certior factus, nulla interpoſita mora, Conſtantinopolim ad piiſſimum Imperatorem legatos mittit, qui Epiſcopum peterent, ut innumeram ibi populi multitudinem doctrina imbueret & baptizaret. Tunc porro Baſilius Macedo Romanorum ſceptra moderabatur; qui exceptis cum gaudio magno hujuſmodi legatis, Epiſcopum eo miſit pietate & virtute clarum, cum comitibus duobus, Cyrillo & Athanaſio: qui & ipſi virtute, eruditione & prudentia ornatiſſimi erant: neque ſolum divinæ Scripturæ notitia repleti; ſed etiam in humanioribus literis probe exercitati, ut eorum ſcripta teſtificantur. Eo profecti illi, omnes edocuerunt & baptizarunt; & Chriſtianæ pietatis rudimentis inſtituerunt. Cum autem gentem eam omnino barbaram & rudem cernerent; ac nullo modo poſſent doctiſſimi viri viginti quatuor Græcorum literas ipſos edocere: ne rurſus a pia religione deflecterent, triginta quinque literas ab ſe inventas & exaratas iiſdem tradiderunt, quarum nomina hæc ſunt; *As*, *Mpuci*, *Beid*, *Glaod*, *Dopro*, *Greſti*, *Zibit*, *Zelo*, *Zeplea*, *I*, *Sel*, *Cato*, *Ludia*, *Mi*, *Nas*, *On*, *Pocoi*, *Ritzli*, *Sthlobo*, *Nteberdo*, *Ic*, *Phetot*, *Cber*, *Ot*, *Tzi*, *Tzerbi*, *Sua*, *Stbia*, *Geor*, *Geri*, *Ger*, *Geat*, *Giu*, *Geus*, *Gea*. Hæ ſunt triginta quinque Ruſſorum literæ, quas hactenus omnes ediſcunt, atque rectam piæ religionis notitiam obtinent. Narrant autem quidam miraculum hujuſmodi illis in partibus contigiſſe. Cum enim princeps ille, optimatesque, imo tota eorum natio, priſtina adhuc ſuperſtitione tenereturr; ac nuper invectum cultum, Chriſtianorumque fidem conſiderarent, Epiſcopum qui non diu advenerat evocant: quem Princeps ille interrogavit, quid contra religionem ſuam dicendum haberet, & quænam ipſe doctturus eſſet. Illo autem ſacrum divini Evangelii librum protendente, narranteque miracula quædam, a Deo in humano adventu ſuo patrata: Niſi quid ſimile, inquit Ruſſorum turba, nos quoque videamus; maxime vero quale narras in camino trium puerorum factum eſſe, nullo modo iis quæ dicturus es credemus. Ille vero fidem habens huic veriſſimo dicto: *Quodcumque petieritis in nomine meo, accipietis*; &c, *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, imo majora eorum faciet*; reſpondit illis: Etſi non liceat tentare Dominum Deum, attamen ſi ex animo ad Deum accedere decreviſtis, petite quidquid volueritis: idque Deus petitioni veſtræ obtemperans exequetur, etiamſi nos quam minimi & indigni ſimus. Illi vero ſtatim petierunt ut liber Evangeliorum in rogum ab ſe accenſum mitteretur, & ſi hic illæſus ſervaretur, ſe ad Dei, quem prædicabant, cultum acceſſuros. Accepta conditio fuit. Sacerdoreque ad Deum oculos & manus erigente, ac dicente, Spiritum ſanctum tuum glorifica Jeſu Chriſte Deus noſter: in conſpectu totius gentis liber S. Evangelii in caminum conjectus eſt. Cumque horis non paucis arſiſſet caminus, hinc igne penitus extincto, ſanctus ille liber illæſus

Edit. Pariſ. pag. 215.

A τρανῶς λέγοντες καὶ τοῦτο· ὅτι μὲν μεγάλα τινὰ καὶ λαμπρὰ πρώην ἐν τῇ Ῥώμῃ ἑθεασάμεθα, οὐκ ἀρνούμεθα· τὰ δὲ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει σραθέντα πάντα τοῖς ἀνθρώποις καταπλήττουσι, καὶ ὃν καθ' ἓν λεπτομερῶς διηγήσαντο. ὁ δὲ μέγας ἐκείνων ἄρχων ὡς ἡ ἀλήθεια παρ' ἐκείνων ἀκριβῶς ἐσήμανθη καὶ ἐβεβαιώθη, μηδὲν μελλήσας, ἀλλὰ παραυτὰ, στέλλει πρὸς τὴ βασιλέα τὴ εὐσεβέσατον τῶ Ρωμαίων ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἀρχιερέα αὐτῶ· ὡς ἂν τὸ ἐκεῖσε μυριάνδρων ἔθνος διδάξῃ B & βαπτίσῃ· ὢν δὲ τότε Βασίλειος ὁ ἐκ Μακεδονίας ὁ τὰ τῶ Ρωμαίων σκῆπτρα διέπων· ὃς καὶ μὴ χαρᾶς μεγάλης τὰς καλίστας ἐκ τῶ ἐκεῖσε ἀνθρώπως δεξάμενος· ἀρχιερέα τινὰ αὐτοῖς ἐξαπέμπει, ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἀρετῇ διαβόητον, καὶ σὺν αὐτῷ ἄνδρας δύο, Κύριλλον καὶ Ἀθανάσιον, ἐναρέτους καὶ αὐτὰς ὀρθοδόξους καὶ πάνυ λογιωτάτους καὶ φρονιμωτάτους, καὶ ἃ μόνον τὴ θείας γραφῆς ἅπασαν ἐμπλέοι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξω καλῶς ἐξησκημένοι· ὡς τὰ τε γενόμενα ὑπ' αὐτῷ γράμματα μαρτυρεῖσι ταῦτα καλῶς. ὅτοι δὲ ἐκεῖσε ἀπελθόντες, πάντας ἐδίδασκον & ἐβάπτιζον, & πρὸς τὴ τῶ Χριστιανῶν εὐσέβειαν ἐτίγγανε. βάρβαροι δὲ πάντη καὶ σόλοικον βλέποντες τὸ τοιοῦτον ἔθνος, οὐκ εἶχον οἱ ῥηθέντες λογιώτατοι ἄνδρες ὅπως καὶ τὰ τῶ Ἑλλήνων εἴκοσι πέντε γράμματα αὐτοῖς διδάξωσι, μήποτε πάλιν ἡ εὐσεβείας παρεκκλίνωσι. διὸ καὶ τριάκοντα πέντε στοιχεῖα γραμμάτων αὐτοῖς ἐπεχείρησαν καὶ ἐδίδαξαν. ὥσπερ καὶ ἡ κλῆσις ὀνομάτων ἐστὶν αὐτῶν· ἄς, μπούκι, βίτδ, γλαοὸδ, δοπρῶ, γέτσι, C ζηβὶτ, ζελῶ, ζεπλέα, ἰ, ζιῶ, κάτω, λυδία, μὶ, νὰς, ὦν, ποκόι, ῥιτζλίν, σθλόβω, στιβέρδω, ὖκ, φίρων, χὲρ, ὦτ, τζῖ, τζέρβι, σύα, θία, γίορ, γερῦ, γὶρ, γέατ, γίυ, γέυς, γία. ταῦτα μὲν εἰσὶ τὰ λε. γράμματα τῶ Ῥώσων· ἅπερ καὶ ἕως τῶ νῦν μανθάνουσι, πάντες, καὶ καλῶς τὴ εὐσέβειαν γινώσκουσι. λέγουσι δέ τινες καὶ τοιοῦτό τι θαῦμα γενέσθαι ἐν τοῖς ἐκεῖσε· ἔτι γὰρ τῆ δεισιδαιμονίᾳ κατεχόμενος αὐτός τε ὁ ἄρχων, καὶ οἱ μαγισσᾶνες αὐτῶ, καὶ ἅπαν τὸ ἔθνος, καὶ σκοπούμενοι περὶ τὴ πρώην αὐτῷ θρησκείας καὶ τὴ τῶ χειστιανῶν πίστεως, εἰσκαλοῦσι πρὸς αὐτοὺς τὸν ἄρτι φοιτήσαντα ἀρχιερέα, ὃν καὶ ἐπερώτησεν ὁ ἄρχων· τίνα τὰ κατ' αὐτῷ ἐπαγγελλόμενα παρ' αὐτῶ, καὶ αὐτὰ τὰ διδάσκεσθαι μέλοντα; & δὴ τῶν ἱερὰν τῶ θείω Εὐαγγελίω προτείναντος βίβλον, καὶ τίνα θαύD ματα ἐξηγουμένω τῶ ὑπὸ τῶ Θεῶ ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ ἐπιδημίᾳ τετραπρᾳχθέντα· εἰ μὴ τί τῶν ἐμοίων, τὸ πλῆθος ἔφη τῶ Ῥώσων, καὶ ἡμεῖς θεασώμεθα, καὶ μάλιστα ὁποῖον λέγεις, ἐν τῇ καμίνῳ τῶν τριῶν παίδων γενέσθαι, οὐκ ἄν σοι ὅλως πιστεύσωμεν. ὁ δὲ τῇ ἀφελείᾳ πιστεύσας λόγῳ τῶ εἰπόντος· ὅτι ὃ ἐὰν αἰτήσησθε ἐν τῇ ὀνόματί μου λήψεσθε καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει· ἔφη πρὸς αὐτούς· εἰ καὶ μὴ ἔξεστιν ἐκπειράζειν Κύριον τὸν Θεόν, ὅμως εἰ ἐκ ψυχῆς διεγνώκατε προσελθεῖν τῇ Θεῷ, αἰτήσασθε ὅπερ βούλεσθε, καὶ ποιήσει τοῦτο πάντως διὰ τὴν αἴτησιν ὑμῶν ὁ Θεὸς, κἂν ἡμεῖς ἐλάχιστοι καὶ ἀνάξιοι· οἱ δὲ εὐθέως ἤρξαντο τῶ Θεῶ Εὐαγγελίω πυκτίδα ἐν τῇ παρ' αὐτῷ ἀναφθείσῃ ῥιφῆναι πυρκαϊᾷ, καὶ εἰ ἀβλαβὴς αὐτὴ πρυθείη, προσελθεῖν & αὐτὸς τῇ παρ' αὐτῶ κυρυσσομένῳ Θεῷ. ἐδόκει ταῦτα· καὶ δὴ ἱερέως πρὸς Θεὸν τὰς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς χεῖρας ἐπαίροντος· καὶ, δέξασθαι σε τὸ ἅγιον πνεῦμα Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰπόντος, & ὀφθαλμοῖς τῶ ἔθνους παντὸς ἐρρίφη εἰς τὸν κάμινον ἡ τῶ ἁγίου Εὐαγγελίου βίβλος. ἐν ὥρᾳ δὲ ἱκανὰς τῆς καμίνου ἐκκαιομένης, εἶτα καὶ πλέον ἐκμαρανθείσης, εὑρέθη τὸ ἱερὸν πυκτίον ἀβλαβὲς καὶ ἀλάβητον, μηδεμίαν

μίαν ἀπὸ τῦ πυρὸς διξάμβος λύμω. ἅτερ ἰδόντες οἱ βάρβαροι ἢ τῇ μεγίθει καταπλαγέντες τῦ θαύματος, ἀνυδοιάστως πρὸς τὸ βάπτισμα πορεύοντο, ἢ καθαιρόμβοι τὸν τῦ τῶν ὅλων σωτῆρα ἐδόξαζον κύριον· ᾧ ἡ δόξα ἢ τὸ κράτος νῦν ἢ ἀεὶ ἢ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Edit. Paris. pag. 116.

integerque repertus est, nulla ignis nota vel damno remanente. Quod conspicati barbari, ac magnitudine miraculi perculsi, sine mora vel dubitatione ad sanctum baptisma sponte accesserunt, ac mente purgati Salvatorem Dominum laudibus celebrarunt: cui gloria & imperium nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Libet aliqua hic monere ad præfatam Anonymi historiam de Russorum ad fidem Christi conversione. Et primo quod ait hic Scriptor Anonymus, Russos adhæsisse ritui Græcorum, propterea quod legati Romam & Constantinopolim missi ad utramque ritum contemplandum, ritum Græcum Romano prætulerunt; eadem ferme narrantur a Scriptoribus de conversione Wlodomiri Russorum Ducis, qui fidem Christi suscepit, Imperatoribus Basilio & Constantino, qui eidem Duci sororem Annam in matrimonium dederunt; nam & ille ritui Græco adhæsit, propterea quod legati, quos ea causa Constantinopolim miserat, homines nimirum militares & adhuc semibarbari, eos vehementer commendassent, Latinorum vero ritus vel iidem, vel farinæ ejusdem alii nuptii haud satis religiose peragi, ac templa parum esse ornata retulissent; nisi id postea Græci Schismatis propugnatores confinxerint, cum Wlodomirum ac filios plerosque constet Catholicæ fidei cum primis studiosos extitisse, quorum duo David ac Romanus, sive Borissus, ac Glebus in catalogo Sanctorum a Russis, etiam Romanæ Ecclesiæ unitis recensentur. Quod autem ait de Cyrillo, is est ille Episcopus & Apostolus Slavorum, sancti Methodii Olomucii in Moravia Episcopi, & Slavorum item Apostoli frater; quorum quidem memoria colitur die IX. Martii. Sanctus Cyrillus vero Thessalonicæ natus est & prius dictus fuit Constantinus, qui propter mirabile ejus ingenium dictus fuit Philosophus; postmodum vero de consensu Pontificis Cyrillus nuncupatus fuit, ut patet ex Vita eorundem Sanctorum Cyrilli & Methodii ex MS. Blaudurano, edita in Actis Sanctorum die IX. Martii; quæ sic habet: *Tempore Michaelis Imperatoris, fuit quidam vir genere nobilis, civitate Thessalonica ortus, nomine Constantinus, qui propter mirabile ejus ingenium dictus est Philosophus. Hic quinquagesimo die ante obitum suum, ex licentia summi Pontificis imposuit sibi nomen Cyrillus*, &c. Eadem habentur & in alia ejusdem Vita ibidem edita: necnon in historia Regni Slavorum Presbyteri Diocleatis. Perperam autem in Breviario, quod hodie Bohemi, Moravi & Poloni utuntur, Lect. x. dicitur Cyrilli & Methodii pater fuisse Constantinus cognomento Philosophus; erat quippe hoc ipsius Cyrilli nomen, ut ex supra dictis patet, & ex assertione Anastasii oculati testis in epistola ad Carolum Calvum Francorum Regem anno DCCCLXXV. data, qua nuntiat corpus sancti Clementis Papæ a Constantino Philosopho Romam allatum; atqui constat a Cyrillo id factum, Methodii fratre; quorum quidem pater fuit Leo Patricius, ut scribit Diocleates pag. 238. ex editione Joannis Lucii: sed quæ ibi monet idem Lucius de Constantino Philosopho, Cyrillo & Methodio, futilia omnino sunt. Eadem quoque dicenda sunt de epistola Joannis VIII. Papæ Suetoplucho Comiti, ejusdem Cyrilli coævo scripta, in qua ait, Constantinum Philosophum fuisse inventorem literarum Slavonicarum: *Litteras*, inquit, *Sclavonicas a Constantino quodam Philosopho repertas, quibus Deo Laudes debitæ resonant jure laudamus*. Anonymus quippe hic noster, Diocleates, Acta sancti Cyrilli ac reliqui Scriptores Cyrillo, qui & Constantinus dictus fuit, uti supra demonstravimus, hoc adtribuunt; quin & perpetua apud nostrates traditio habetur, unum ex duobus Alphabetis Slavonicis *Kurillizam* dictum ipsius Cyrilli esse, a *Kiurul* nomine Slavo, quod Cyrillum Latine sonat, denominatum: alterum vero *Bukuizam* appellatum Divi Hieronymi. De his duobus Alphabetis sic habet Joannes Palatinus in Opere Italico de arte scribendi: *E da sapere che qui Illirici populi, overo Schiavoni hanno due sorti d'alfaberi, & quelle Provincie, le quali sono più verso l'Oriente si servono di quello che è simile al Greco, del quale fu autore Cirillo, & di qui le chiamano Chiurilizza, l'altre Provincie, le quali sono più verso il mezo giorno, e verso l'Occidente, si servono di quello, del quale fu autore S. Gerolamo, & le chiamo Buchuiza, il quale alfabeto è dissimile a tutti gli altri del mondo. Et avvertir a sapere, che il parlar del volgo è quello proprio col qual continuamente dicono i loro officii, & tutti popoli l'intendono, come intendiamo noi il volgar nostro. E ampliissimo di vocaboli, ma difficilissimo a proferire, a chi non è nudrito da putto fra loro, & ne hanno Messali, Brevarii, & officii della nostra Donna, & anco la Biblia.* De Characteribus vero S. Hieronymi sic loquitur Guillelmus Postellius: *Ex Græca lingua nata est Georgianorum & Servinorum lingua & litera.* Atque alibi: *Tzerviani seu Pezenziani usi sunt Characteribus Hieronymi seu Dalmaticis, ut lingua fuit communis Pannoniis, Illyribus, Dalmatis, Mysis. Cum autem Græcis ob quædam dogmata esset interdictum communione Latinorum, si qui Græcis erant vicinieres, characteres Græcos, ut plurimum, nomine priorum servato, repererunt, quæ sunt numero 30.* Et paulo post: *Græci ut plurimum sunt characteres, quibus utuntur, quidam priscam illam suam linguam scribentes, in qua omnia vulgaria, & sacrificium ipsum habent. Alii Græcam cum sua scribunt. Cujusmodi sunt multi Valacherum, qui ad Dacos & Mysos inferiores pertinent; qui Patriarcham Constantinopolitanum audiunt. Plures etiam illorum, qui ad Istrum agunt, ut pars Lithuanorum, & incolæ Maris Pontici, Taurica Chersonesi, Paphlagonesque utuntur sacris mere Græcorum communium Dalmatis, Illyribus, Pannoniis & Mysis. Anno circiter 300. a Christi nativitate, una erat, eademque fere lingua permixta sermone Græco, Italo, & aliquando Germanico. Quibus Hieronymus characteres reperit, ut in hac re differrent etiam a cæteris nationibus, sicut & lingua: etiam fortasse, ut in hac re nomen consecraret immortalitati. Videtur reperisse postquam perceperat literas Hebraicas & Græcas. Sunt enim multi characteres cum illis communes: omnia etiam nomina literarum significativa sunt, ut peritis ejus linguæ asserunt. Quod cum solis Hebræis commune est. Idem Hieronymus vetus & novum instrumentum cum sacrificio & precationibus traduxit, eo Idiomate reliquit. Ita Sacerdotes omnes, & populus prædicat in tota Dalmatia. Excudunter permulti admodum libri harum duarum linguarum Venetiis, ut illic distrahantur.* Quid vero ipse de S. Hieronymi Alphabeto, & versione Sacræ Scripturæ ab ipso, ut ajunt, in Slavonicam Linguam facta, sentiam, libenter fatebor. Nullibi in operibus Divi Hieronymi ne quidem vestigium reperi Linguæ Slavonicæ: quam quidem si calluisset, in explanandis Scripturis, & pluries cum de nominibus Hebraicis, ea proculdubio usus esset. Ubi vero Divus Hieronymus patrium sermonem appellat, aut nostrarum linguam: id de lingua Latina, quæ tunc per universum Romanum orbem in usu erat intelligendum esse, nemo eruditus ignorat. Nomina autem literarum Slavonicarum a sancto Cyrillo inventarum, quæ profert hic Anonymus Scriptor, cum sine nonnihil depravata, ut passim occurrit apud Scriptores Græcos, dum alienas voces proferunt, ideo hic proponere placet varia Slavorum Alphabeta, quæ etiamnum in usu sunt: ubi & formas literarum Slavonicarum & nomina videre licet.

pag. 117.

Alphabetum Sclavonicum



Tabibus characteribus Sclavonorum Typographi in imprimendis libris utuntur Alius est apud eos amanuensium character, quo solent Epistolas, Chirographas, privilegia aliaq; complurima extempore manuscribere, quem characterem taliter infra expressū habes.



Alphabetum Sclauonicum ex literis uncialibus constans

Alphabetum Mixtum



Alphabetum Amanuensium in quo literæ eædem pluribus diuersimode exprimuntur ad perfectam manuscriptorum Sclavonicorum cognitionem

Alphabeti genuina pronunciatio.



Alphabetum Tzervianorum literæ ſunt 30.

A	a.
Б	buchi. b.
В	vide. u. conſonans.
Г	glagoia. g.
Д	dobro d.
Е	ieſte.
Ж	exivit. ex. x.
З	zielo. z.
Ѕ	zziemelie. zz. tz.
И	ixe non eſt litera, ſed numerus 10.
І	ii.
К	caco. k.
Л	lvvide. l.
М	miſſite. m.
Н	nas n.
О	on o.
П	pocoe p.
Р	reci. r.
С	ſlouo. s.
Т	terdo. t.
Ꙋ	vsch. v. vocalis non conſonans.
Ф	phert ph.
Х	chi. ch.
Ѡ	od. od.
Ц	o in principio & in fine tantum
Ч	thi. th.
Ш	ci. c. craſſum, vt proferunt Florentini, Tuſcu: lanive.
Щ	ciani. c.
Ъ	ſcha ſch. ab Hebræis.
Ы	gſcha gſch.
Ь	hier. aſpirans eſt in fine dictionis poſt conſo: nantem, vel in medio ad tollendum hiatum
Ѣ	iat. ia.
Ѥ	ia. ia.
Ю	iu. iu.
Ѧ	ie. ie.
Ѩ	ieſt. ieſt.

Alphabetum Dalmaticum divi Hieronymi

As a.	*Vuli* v conſon.		vr vt.
buchi b.	br.	bo.	*glagoia* g. gl. go.
dobro d.	*ieſt* e.	*exiuit* x.	*zielo* z.
zziema tz.	*iſse* ige.	i vocal.	ige i conſon.
caco k ko.	*luidi* l.	*miſſit* m.	*nas* n no.
on o.	*pocoe* p.	p.	po.
reci r.	*ſlouo* s.		
terdo t.	tb.	tu.	*huchy apert.*
phert ph.	*chier* ch. cha	oto u.	*ſchia tc* ou ſch.
ci c co.	*cierph.*	*ſcia.*	*ier.*	iet.	ias.

Alphabetum Illyricum divi Hieronymi.

a	b	uu	gama	d	e
Hás	*Búchi*	*Viddí*	*Glaggoglie*	*Dobró*	*Ieſt*
xe		z		i	gie
Xiuitte	*Snélo*	*Szemglia*	*Isé*	*Hij*	*Hié*
k	l	m	n	o	p
Chacc	*Cliúdi*	*Múlite*	*Nás*	*On*	*Poccoí*
r	s	t	u	f	ha
Hérzzi	*Slow*	*Térddo*	*Húch*	*Férth*	*Hír*
Hoth	*Schiá*	zz	c	sc	
		Szi	*Cérf*	*Sciá*	*Stá*
		Iér	ia *Iáth*	iuu *Iuu*	

Alphabetum authore Cyrillo.

a	b	uu	ga	d
Hás	*Búcchi*	*Viddi*	*Glagoglie*	*Dobro*
e	x	z	i	k
Ieſt	*Xiuitte*	*Szemgliá*	*Ii*	*Chacco*
l	m	n	o	p
Cliúdi	*Múlite*	*Nás*	*On*	*Poccoí*
r	s	t	u	f
Horzzi	*Szlouo*	*Térddo*	*Húch*	*Ferth*
ha	*Nullæ*			
Hír	*Hoth*	*Schiá*	*Pse*	*Sciú*
	Nullæ)	*Ia*	*Stí*	*iú*

Cæterum quod alt hic Scriptor Anonymus, Ruſ-
Edit. Paris. pag. 120. ſos tandem miraculo libri Evangeliorum, qui cum in ignem conjectus eſſet, ibi illæſus ac integer repertus eſt, ad Chriſti fidem converſos fuiſſe, ſatis convenit cum iis quæ de eadem re habet Porphyrogenitus in avi Vita num. XCVI. ex Editione Regia; quæ cum ſint longiuſcula hic non exſcribo.

Καὶ γὰρ Παγανοὶ τῇ τῶν Σκλάβων διαλέκτῳ ἐβάπτισε, &c.) Sic ex MS. Codice. In Editis locus iſte mutilus ac depravatus eſt. Eadem vero hæc repetit ſupra cap. XXIX. Porphyrogenitus; ubi vide quæ adnotavimus.

Ἀρένται καλοῦνται) Hodie regio illa Narenta & populi illius Narentani dicuntur.

Μόκρον) Mocrum Slave *Mocra* nuncupatur.

Ὄτρον) Slave *Ostrog* appellatur.

Κόρκυρα, ἥτις νῦν Κέρκυρ) Corcra ſive Cicer Latine *Corcira*, Slave *Kerker* dicitur.

Μέλιτα, ἥτις Μελιζέντα) Meleta, ſive Malozeatæ, Slave *Milet*; Latine vero dicitur *Melita* Plinio. Hinc catuli Melitæi, Callimacho auctore, apud Plinium. Hujus autem inſulæ ſupremum dominium hodie eſt penes Rempublicam Raguſinam, utile vero, ut ajunt, dominium penes Monaſterium noſtrum ſanctæ Mariæ dictum. Sed quia de hac Inſula, & Monaſterio noſtro alibi pluribus loquemur; ideo hic ſufficiet ea tantum exſcribere, quæ Maurus Orbinus noſter hac de re ſcribit in Opere, cui titulus, *Il Regno degli Slavi*, ubi ſic habet:

„ Meleda anticamente detta Melita, & Melligene, di longhezza tira circa trenta miglia, e di circuito ſeſſanta, & è diſtante da Rauſa intorno a trenta miglia. Queſta ne' tempi andati (come narra Appiano Aleſſandrino nell' Illirico) Ceſare Auguſto vinſe con gran guerra. Imperoche andavano i Melitani ſcorrendo, & rubbando il mare, & fece uccider tutti i più gioveni, che non havevano ancor poſto la barba, & gli altri fece vender tutti all' incanto. Produce queſta Iſola vini aſſai, e per lo più roſſi, e molto potenti; del grano non ne raccoglie à ſufficienza. Et ha da parte di mezo giorno, overo d' Oſtro un lago d' acqua marina di longhezza intorno à due miglia, & di larghezza manco d' un miglio, e di circuito ſette miglia, con una bocca, onde entra l' acqua del mare, così ſtretta, che con fatica dà ingreſſo alle picciole barche. Et quando vogliono con l' oppoſitione delle catene groſſe poſte nel mezo di quella, ſi prohibiſſe etiamdio à detti piccioli vaſcelli il paſſo. Et detto ameno lago è cinto dogn' intorno da pini ſalvatichi, da roveri, & altri alberi, i quali ſtanno così vicini all' acque, che non ſolamente fanno ombra la ſtate à chi lungo quello per ſuo diporto paſſeggia: ma anche ſpeſſo s' è ritrovato, che l' oſtriche ſi ſono à i verdi rami di quelli verſo l' acque inclinati, appiccate. Imperoche queſto lago contiene in ſe ogni ſorte di conchiglie marine, & è copioſo di peſce, maſſime d' Orate, Varoli, e triglie, ch' eccedono la grandezza di quelle, che ſi pigliano in altri luoghi. Poi in un ſeno del detto lago s' erge un picciolo ſcoglio, ſopra di cui è edificata una venerabile Badia, e Monaſterio dei Padri di San Benedetto negri, capo della Congregatione di detto ordine monacale, perciò Melitenſe addimandata, ove io mi ſon fatto monaco. Queſta quaſi ſempre hebbe huomini grandi nelle lettere, fra i quali fu D. Macore de Bobali; il quale, oltra che meritò per l' integrità della ſua vita havere lo ſpirito della profetia, fù etiamdio perſona molto dotta nella ſacra ſcrittura. Seguitarono poi Chriſoſtomo Calvino che fù fatto Arcivelcovo di Rauſa, huomo dottiſſimo nella Hebrea, Greca, & Latina lingua; & Baſilio di Gradi, e poi Veſcovo di Stagno, D Gioan batiſta di Giorgi, al preſente Abbate, & Preſidente della detta Congregatione; D. Benedetto di Menze, D. Cornelio Franciſco, tutti huomini di gran litteratura, & di pari cognitione della varietà delle lingue. D. Mauro Vetrani Poeta nella lingua Slava, eccellentiſſimo, & D. Euſebio Caboga, il quale ſcriſſe nella lingua latina gli Annali di Rauſa, & le vite di ſuoi Pontefici. Le quali opere, prevenuto dalla morte, non potè dar in luce; ma le laſciò in mano del Monſignor Chriſoſtomo Ragnina moderno Veſcovo di Stagno, & prima monaco di detta Congregatione Melitenſe. Nel detto lago intrano alle volte Orſi marini, & vi fanno gran danni del peſce. Onde volendo poi uſcire nel mar grande, nello ſtretto, dove hanno da paſſare, tendono loro groſſe reti; nelle quali poiche ſi vedono caduti, & aſſaliti da' peſcatori, fanno maravigliosa difeſa. Ma mentre ſtanno rinchiuſi dentro al lago, ſpeſſo vengono lungo lido, & ſi laſciano vedere ſenza alcuna paura: moſtrando con certi atti, che ſanno, d' intendere tutto ciò, che vien detto loro.——Preſſo al quale, in un luogo molto ameno, chiamato Porto palazzo, lungo il mare, ſi vedono ancor hoggidì le ruine del Palazzo, fabricato già da Ageſilao Cilico, che fù ivi relegato da Severo Imperadore. Il quale havendo vinto Peſcennio, e andando per Cilicia, fù incontrato da tutti quei Baroni del paeſe, in ſuor di Apeſilao. Il quale fù per ciò da lui mandato in eſſilio à Meleda: dove ſtette fino che Antonino ſucceſſe à Severo nell' Imperio. Perciochè havendo Oppiano figlivolo di Ageſilao, mentre ſtette col padre in eſſilio, fatto un belliſſimo trattato in verſo heroico ſopra la caccia de' peſci, & preſentatolo ad Antonino, meritò da lui ottenere la gratia di reſtituire il padre nella patria. Tornato adunque Ageſilao in Cilicia, il palazzo, che haveva fabricato à Meleda, fu dà Saraceni non molto dopo ruinato. Queſta Iſola ſendo con ſucceſſo di tempo venuta ſotto il dominio de' Signori di Chelmo, Deſſa Duca di Raſſia nel 1151. la donò à i Monaci della ſudetta Badia, con haverla laſciato in cura, & protettione particulare de' Signori Raſſei. La onde non v' è hoggidì alcuno nativo di quella Iſola, che egli non ſia vilano ò ſuddito d' eſſi Monaci. Et perche CHI ſerve ſempre ſi duole, queſti Melitani ſpeſſo ſenza alcuna giuſta cagione ſi levano contra i ſuoi patroni, & à quelli alle volte danno di gran travagli. Due coſe hò viſto à Meleda, che mi parono degne d' eſſere poſte in carta: una è che gli ſuoi habitatori parlano inſieme co' l fiſchio, & s' intendono benſiſimo, ancor che ſieno lontano uno dall'altro non meno che quelli, che nel parlare eſprimono le parole: l' altra è, che mi hà fatto quaſi ſtupire. Perche nel 1410. occorſe che nel caſale di Babinopoglie in detta Iſola una madre haveva un figlivolo unico, chiamato Sciurmalo, & da lei amato teneramente. Coſtui pervenuto all' età virile preſe la moglie, & ſi partì dalla madre. La quale venendo una ſera alquanto tardi à caſa del figlivolo, egli ſerrò le porte, perche non poteſſe entrare dentro. Onde la povera madre hormai vecchiarella il cominciò pregare, che la riceveſſe in caſa; e tanto più inſtava, che vedeva venire una gran pioggia. Ma tutte queſte coſe non furono baſtanti à mover à compaſſione lo ſpietato figlivolo verſo la propria madre. La quale vedendo ciò, ſi voltò à imprecarli contra l' ira di Dio, & frà l'altre, diſſe; ſi come hora voi non mi riceveſte in caſa voſtra, così Dio permetta, che nè la terra, ne il mare riceva l' oſſa voſtra. Che volete altro? More il crudele figlivolo, & è ſepelito avanti la chieſa di San Pancratio: & la mattina ſeguente ſù trovato fuori della ſepoltura, che la terra non l' haveva voluto ricever, il che ſi vide far ancor li due giorni ſequenti. Onde ſù buttato in mare, il quale all' hora ſi trovava tutto tranquillo; ma ſubito che ricevè in ſè quel corpo maledetto, incominciò turbarſi, e quaſi in quell' iſtante lo regettò frà alcune ripe, ove quelle oſſa ſi ſono attaccate alla pietra in modo, che con difficultà ſi poſſono hoggi diſtaccare etiandio con „ *pag. 121.*

» un ferro ben forte; ſi come io più volte hò fatto » prova.

Edit. Pariſ. pag. 122. Poſt Mauri Orbini obitum quamplurimi alii in ea Congregatione extiterunt viri pietate ac doctrina illuſtres; ex quibus nonnulli etiam ad Epiſcopalem dignitatem evecti fuere. Quod autem narrat laudatus Orbinus de oſſibus filii improbi ac inobſequentis, id ego centum circiter annis poſt, a quo hæc ſcribebat Orbinus, cum illac præternavigarem iter habens ad Monaſterium noſtrum Melitenſe, diu non abſque admiratione contemplatus ſum, cum oſſa illa adhuc ibi comparerent, ita ſaxis impacta, ac ſi una cum ipſis creverint; neque temporis diuturnitate, neque fluctibus, qui ibi, cum agitatum eſt mare, magno cum impetu alliduntur, attrita ſunt.

Ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων) Hæc habentur in Actibus Apoſtolorum cap. XXVIII. Sed num illud Pauli naufragium acciderit prope Melitam inſulam maris Adriatici, an vero prope Melitam maris Africi inſulam, non facile ex Actibus Apoſtolorum cognoſci poteſt; & meo quidem judicio quæſtio illa inſolubilis videtur.

Φάρα) Latine etiam Phara, Slave vero *Huar*.

Βρατζες) Bratzes Latine *Brachia*, Slave *Brac*.

Χώρε) Antonini in itinerario Corra dicitur.

Ἰσσ) Iſs Latine *Iſſa*, Slave vero *Uvis* nuncupatur.

Λάστοβον) Laſtobon Stephani Ladeſta, Tab. Peut. Ladeſtris. Latine *Ladeſtina* dicitur, Slave vero *Laſtovo*; paretque Reipublicæ Raguſinæ. Hæ autem quatuor magnæ inſulæ Orientales, inquit Lucius, continenti Paganorum, ſeu Narentanorum proximiores, ab ipſis occupatæ, in eorundem quoque nomen, ſimul cum poſſeſſione tranſivere, & inter Dalmaticas numerari deſiere. Iſſam autem, & Ladeſtinam cum Choara ad Paganos, ſeu Narentanos non pertinuiſſe Porphyrogenitus ait, ideo Dalmaticum nomen ſervaſſe, & ſimul cum Adriatici dominio, has quoque Inſulas in alto mari ſitas, Romanos retinuiſſe; harumque Inſularum commoditate navigationem Adriatici, & dominium reliquæ Dalmatiæ continuaſſe dicendum eſt.

Οἱ Πατζινακίται τὸ ἀπ' ἀρχῆς πλησίον τοῦ ποταμοῦ Ἀτήλ, &c.) Patzinacitæ qui & Patzinacæ a principio incoluerunt antiquam magnamque Bulgariam circa flumen *Atel* dictum, quod Theophani *Atelis* dicitur, & *Edel* Tartarice; a Rutenis vero *Volga* ſeu Wolga appellatur, olim *Rha* Ptolemæo: poſtmodum vero iidem Patzinacitæ trans Iſtrum planicies incoluerunt a Boryſthene fluvio ad Pannoniam uſque porrectas. De hujus autem regionis incolis Patzinacitis, & gentibus ipſis conterminis pluribus agit Scriptor noſter in principio hujus operis, & infra cap. XLII. ubi terminos illarum gentium aſſignat. Patzinacitæ vero quamplurima bella varia fortuna geſſerunt tam cum Romanis, quam cum aliis nationibus; tandem devicti fuere a Joanne Comneno, qui in hujus victoriæ memoriam diem feſtum inſtituit: quem quidem ἡμέραν τῶν Πατζινακιτῶν τελετὴν nuncupavit, ut ſcribit Chonïates in ejus vita: *Τοῦτον τὸν τῶν βαρβάρων τροπαιοῦχον καὶ Σκυθῶν ὑπερμάχου ἱερώτατον καὶ μέγιστον τῶν τροπαίων, τοῦ κατὰ τῶν Θεῷ ἀποδίδωσι. ἣν δὴ Πατζινάκων λεγομένων ἐκεῖνοι τελετὴν τὴν ἐπώνυμον ἐποιήσαντο ἡμέραν τὴν τροπαιοῦχον τῇ χαρᾷ ἐκείνῃ. Hunc de Scythia parta victoria, & illuſtri edito facinore, Joannes vota Deo perſolvit: quod feſtum Patzinacarum noſtro tempore dicitur, in vel geſtæ monimentum, & grati animi teſtimonium.* Patzinacarum autem nomen ex Ruſſico, vel Polonico Pyeczinigorum deſumptum ſcribit Allatius, & ex eo Lucius de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. VI. cap. V. ubi ait Patzinacas, ſeu Patzinacitas poſtmodum Vlahos appellatos fuiſſe.

Ἔχοντα ταῖς τὰ Μαζίκαι, &c.) Sic in MSS. & in Editis: ſed ſunt qui hic pro Μαζίκαι Χαζίραι legendum putent, cum ſubjungat Porphyrogenitus, καὶ ἐξῆς δὲ ποτίζοντα οἱ λεγόμενοι Οὔζ μετὰ τῆς Χαζίραι ἐμπνέοντες, &c. *Duæ annos vero quinquaginta ii qui Uzi dicuntur cum Chazaris conſpirantes*, &c.

Εἰς δύσιν εἶναι δ' αὐτῶν) Et paulo infra tradit idem Scriptor, hæc octo Patzinacitarum Themata dividi in partes quadraginta: Cedrenus vero pag. 775. ſcribit Patzinacitarum gentem magnam ac populoſam dividi in tredecim tribus: Τὸ ἔθνος τῶν Πατζινάκων, Σκυθικὸν ὑπάρχον, ὑπὸ τῶν μεγαλείων Βασιλέων Σκυθῶν, μέχρι τελείας τριακοστῆς, φύλ δ' ἦν ἐν αὐτοῖς καθ' ἑνὸς Σκυθικοῦ γένους αὐτοκράτωρ ἐκάστου δήμους ἢ φυλὰς τρισκαίδεκα γενέσθαι, ἃ τινες καλοῦσι μὲν τάξεις τῇ κοινῇ διαλέκτῳ· ἔχουσι δὲ ἴδιόν τι ἕκαστον ἀφ' ἑαυτοῦ προσηγορίαν καὶ ἀρχηγόν, ἀφ' οὗπερ καὶ τὴν ὀνομασίαν κληρονομεῖν. Δήμους δὲ τοὺς πάντας ἔχειν ἐκ τῶν Βαρδαρίας πεδίων ἕως μέχρι Παιονίας ἐκτεινομένους πεδιάδας, τοιούσδε τοὺς ὄντας, ἢ ἀπὸ ποταμῶν ἐπωνυμίαν ἔχοντας ἢ ἀπὸ ὀρῶν τινων. *Patzinacarum gens Scythica eſt, eorum Scytharum qui Baſilii dicuntur, magna & populoſa, & cui nulla alia gens Scythica reſiſtere ſola poſſit. Dividitur autem in tredecim tribus, quæ ut univerſæ commune Patzinacitarum nomen uſurpant, ita quævis a ſuo generis principe atque auctore peculiarem ſortita eſt appellationem. Incolunt trans Iſtrum planicies a Boryſthene fluvio ad Pannoniam uſque porrectas, incertis errantes ſedibus, ſemperque in tabernaculis degentes.* In hoc autem Patzinacarum tractu hodie *Podolia*, & *Moldavia* viſuntur, ut ſcribit Ortelius.

Ὄνομα τὸ πρῶτον δήματος Ἡτζίμ) Omnia hæc Themata paulo infra compoſitis nominibus inſigniuntur, exceptis Gyla & Charoboe. Nec dubito quin plurima horum Thematum nomina corrupta ac depravata ſint, ut ſæpe accidere ſolet Scriptoribus Græcis, dum barbara nomina referunt.

Ἀντὶ τῆς ἰδίων τούτων) In MS. diverſis verbis hæc habentur, ἀντὶ τῶν ἰδίων χώρων.

Εἰς τὸ Χονὶς τὸν Γυζῆ) Sic MS. Codex, in Editis vero, Φ Γυσὶ legitur. Et paulo infra idem Thema Γυζιχονὶς appellatur a nomine ejuſdem principis. 242.

